UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

Visual Library


Th. 1001 a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONCILIORVM

TOMVS TERTIVS.

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.



PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DC. XLIV.

FERDINANDVS Dei et Apostolicæ sedis gratiâ Epus Paderbornensis
Coadjutor Monasteriensis, S.R.I. Princeps, Comes
Pyrmontanus, Theodoriano Soc. Jesv collegio
Paderborna donavit
Ao 1673. 29 Decemb.

CONCILIORVM

TOMVS TERTIVS

Ab anno CCCXXVII. ad annum CCCCL.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDEX CONCILIORVM
QVÆ IN HOC TOMO III. CONTINENTVR.

Pontifices.	*Anni Christi.*	*Concilia.*	
IVLIVS P.I.	347	CONCILIVM SARDICENSE GENERALE.	*pag.* 1
		Conciliabulum Sardicense.	80
	348	Concilium Carthaginense I.	101
	350	Concilium Mediolanense II.	113
		Concilium Hierosolymitanum.	115
	...	Concilium Vasense.	118
LIBERIVS PAPA.	352	Concilium Romanum.	162
	355	Concilium Arelatense.	163
		Concilium Mediolanense.	165
	356	Concilium Biterrense.	176
	357	Concilium Sirmiense.	178
	358	Concilium Ancyranum.	186
		Concilium Gallicum incerti loci.	187
	359	Concilium Ariminense.	188
		Conciliabulum Ariminense.	198
		Conciliabulum Seleucience.	201
		Conciliabulum Constantinopolitanum.	202
	360	Conciliabulum Antiochenum I.	204
	362	Concilium Alexandrinum I.	206
		Concilium Parisiense I.	215
	363	Concilium Alexandrinum II.	218
		Concilium Antiochenum II.	221
	364	Conciliabulum Lampsacenum.	223
	365	Concilium Siculum.	225
		Synodus Illyrica.	225
		Concilium Tyanense.	231
	366	Conciliabulum in Caria.	234
		Conciliabulum Singediminum.	234
FELIX P.II.	355		
	357		
DAMASVS P. I.	367		
	368	Concilium Romanum I.	298
	369	Concilium Romanum II.	299
	373	Concilium Romanum III.	302
	374	Concilium Valentinum I.	309

	377	Concilium Antiochenum.	315
	381	CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM I. GENERALE.	317
		Concilium Aquileiense.	386
		Concilium Cæsarauguſtanum.	413
	382	Concilium Romanum IV.	419
		Concilium Conſtantinopolitanum II.	421
	383	Concilium Sydenſe.	422
SIRICIVS PAPA.	385	Concilium Burdigalenſe.	447
	386	Concilium Romanum.	448
		Concilium Treuirenſe.	449
	389	Synodus Capuana.	454
	...	Concilium Nemauſenſe.	455
	390	Concilium Mediolanenſe.	455
	391	Concilium Nouatianorum Angari celebratum.	456
	393	Concilium Hipponenſe.	457
	394	Concilium Conſtantinopolitanum.	458
		Concilium Adrumetinum.	458
		Concilium Cauernenſe.	459
		Conciliabulum Bagaienſe.	459
	397	Concilium Taurinenſe.	460
		Concilium Carthaginenſe II.	465
		Concilium Carthaginenſe III.	481
ANASTASIVS P. I.	398	Concilium Carthaginenſe IV.	552
		Concilium Carthaginenſe V.	557
	399	Synodus Alexandrina.	564
		Concilium Africanum I.	566
	400	Concilium Conſtantinopolitanum.	567
		Concilium Toletanum I.	568
	401	Concilium Africanum II.	597
		Concilium Africanum III.	597

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDEX EPISTOLARVM.

LIBERII papæ vita. pag. 121
Epistolæ I. Liberii papæ ad Osium fragmentum. 129
Epistola II. Liberii papæ ad Constantium. 130
Epistola III. Liberii papæ ad Eusebium. 134
Epistola IV. Liberii papæ ad eumdem. 135
Epistola V. Liberii papæ ad eumdem. 136
Epistola VI. Liberii papæ ad omnes confessores exules. 137
Epistola VII. Liberii papæ ad orientales episcopos. 139
Epistolæ Liberii papæ ad eosdem fragmentum. 140
Epistola spuria Liberii papæ ad Vrsacium, Valentem & Germinium. 141
Epistola VIII. Liberii papæ ad Vincentium Capuæ episcopum. 143
Epistola IX. Liberii papæ ad episcopos Italiæ. 144
Epistolæ X. Liberii papæ ad Athanasium fragmentum. 145
Epistola XI. Liberii papæ ad orientales. 146
Epistola XII. Liberii papæ ad omnes episcopos. 149
Epistola Athanasii & Ægyptiorum episcoporum ad Liberium papam. 153
Epistola XIII. Liberii papæ ad Athanasium & episcopos Ægyptios responsoria. 156
Athanasii rescriptum ad Liberium. 159
Decreta Liberii papæ. 161

FELICIS papæ II. vita. 239
Epistola Ægyptiorum pontificum ad Felicem II. 241
Epistola I. Felicis papæ II. ad episcopos in Alexandrina Synodo congregatos. 249
Epistola II. Felicis papæ II. ad eosdem. 259

DAMASI papæ I. vita. 263
Epistola I. Damasi papæ I. ad Paulinum Antiochenum episcopum. 268
Epistola II. Damasi papæ I. ad episcopos orientales. 270
Epistola III. Damasi papæ I. ad S. Hieronymum. 271
Rescriptum sancti Hieronymi ad Damasum papam. 272
Epistola Stephani archiepiscopi & trium Conciliorum Africæ ad Damasum papam. 273
Epistola IV. Damasi papæ I. ad eumdem Stephanum & Concilia Africæ. 274
Epistola V. Damasi papæ I. ad episcopos Numidiæ. 283
Epistola VI. Damasi papæ I. ad episcopos Illyrici. 292
Epistola VII. Damasi papæ I. ad episcopos Italiæ. 294
Decreta Damasi papæ I. 296

SIRICII *papæ vita.* 422
Epistola I. Siricii papæ ad Himerium Tarraconensem episcopum. 424
Epistola II. Siricii papæ ad ecclesiam Mediolanensem. 433
Rescriptum sancti Ambrosii, &c. ad Siricium papam. 435
Epistola III. Siricii papæ ad vniuersos orthodoxos. 439
Epistola IV. Siricii papæ ad episcopos Africæ. 441
Epistola Maximi ad Siricium papam. 444
Epistola Maximi ad Valentinianum Augustum. 445

ANASTASII *papæ I. vita.* 523
Epistola I. Anastasii papæ I. ad Germaniæ & Burgundiæ episcopos. 525
Epistola II. Anastasii papæ I. ad Nerianum. 528
Epistola III. Anastasii papæ I. ad Ioannem episcopum Hierosolymitanum. 529



ANNO CHRISTI 347.



ΗΕΝ

ΣΑΡΔΙΚΗ, ΑΓΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΤΗΣ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ, ΠΑΡΑΦΥΑΣ.

CONCILIVM SARDICENSE GENERALE, QVOD EST NICÆNI APPENDIX.

HISTORIA CONCILII SARDICENSIS.

POSTEAQVAM *Nicæni patres, quorum auctoritas fuerat orthodoxæ fidei clypeus, impiorum terror ac luctus, Ecclesiarum nexus & quies, ad capienda certaminum suorum præmia e corporis vinculis euocati sunt plerique omnes; Ariana hæresis nefario quodam quasi postliminio reuersa, colligere vires iterum, nec parum conualescere cœpit, auctoribus*[a] *Eusebio Nicomediensi, Theognide Nicæno, Asterio Sophista, Macedonio Constantinopolitano, Vrsacio Singidunensi in Mœsia, Valente Mursensi in Pannonia, aliisque id genus Arianis Episcopis. Freti namque præsidiis tam*[b] *Constantii, qui post Constantini patris obitum toti præerat Orienti; quam multorum adhuc præsidum, qui militum stipati copiis, omnibus erant formidini; Nicænæ Synodi*[c] *fidem, quam aperte conuellere non audebant, occulte frequentioribus Conciliis oppugnare*

[a] Socrat. lib. 1. c. 18. & seq. lib. 2. c. 2. & seq. Theod. lib. 1. c. 21. 26. & seq. & lib. 2. c. 3. Sozom. lib. 2. c. 20. & seq.

[b] Socrat. lib. 2. c. 2. & seq. Athan. de Syno. Theod. lib. 2. c. 3. & seq. Sozo. lib. 3. c. 1.

[c] Socrat. l. 2. c. 7.

ANNO CHRISTI 347.

conabantur, ſtudebantque[d] Catholicos paſtores minis, vinculis, ſpoliatione bonorum, abdicationibus, exiliis perterrere, Athanaſium in primis Alexandrinum Epiſcopum, aduerſus quem vt fortiſſimum Eccleſiæ pugilem, & acerrimum diuini Homouſii propugnatorem, quot inſidias ſtruxerint, non mortuo ſolum, ſed etiam ſuperſtite Conſtantino, longum eſt percenſere. Coacta[e] ad Tyrum Synodo, Arſenii manum ab Athanaſio amputatam ad vſum magicæ artis criminantur: qua fraude[f] aliiſque reiectis, ab Imperatore per impudentiſſimam extorquent calumniam, vt Athanaſium, quod Alexandrinum frumentum Conſtantinopolim conuehi prohiberet, Treueris in Gallia iubeat exulare: deinde[g] Conſtantini iunioris literis Alexandriæ reſtitutum, in Antiocheno rurſus nonaginta Epiſcoporum[h] Conuentu, variis confictis criminibus, eo cum primis, quod ſine communi Epiſcoporum Concilio reuerſus ab exilio Alexandrinam inuaſiſſet Eccleſiam, per ſummam iniuriam abdicant epiſcopatu. Athanaſius,[i] & cum eo Paulus, qui e Conſtantinopolitana ſede fuerat pulſus, Marcellus Ancyranus tunc Catholicus[k] habitus, Aſclepas Gazæus, Lucius Hadrianopolitanus, ceterique Epiſcopi, quos orthodoxæ fidei cauſa ſuis eiecerant ſedibus Ariani, ad Romanam Eccleſiam, vt Eccleſiarum omnium matrem, rectæque fidei petram, cui tunc Iulius Pontifex præerat, confugere. Quos vt terrerent[l] Ariani, datis ad Iulium literis ex Antiocheno Conciliabulo, obſequium ac pietatem ſimulant; delatoque ad eum totius cauſæ iudicio, rogant, vt Synodum alteram, qua veritas accuratius explicetur, indicat. Indixit[m] Iulius, eoſque, miſſis in Orientem Elpidio & Philoxeno preſbyteris, Romæ ad certam diem adeſſe iuſſit. Verum ipſi eo decreto[n] perculſi, quod viderent Athanaſium & ſocios, vt Nicænæ fidei conſtantiſſimos defenſores, in Romanam communionem cooptatos, remque in Vrbe non ſicariorum manu, quibus confidebant, ſed Epiſcoporum ſententiis decernendam eſſe; excuſant primum bellorum tumultus, deinde[o] præſtituti temporis anguſtias: dumque moras ex mora, & cauſas ex cauſis nectunt, annus & ſex integri menſes effluxerunt. Quo toto tempore Iulius, acceptis ab Aegypto variis literis,[p] grauiſſimiſque Epiſcoporum teſtimoniis de Athanaſii innocentia, coacto[q] Romæ quinquaginta Epiſcoporum Concilio, & criminibus, quæ falſo Catholicis Epiſcopis obiecta fuerant, palam reiectis, tam Athanaſium, quam ſocios, & ab omni noxa liberos, & dignos qui ſuas reciperent Eccleſias, tota approbante Synodo

[d] Athan. de Synod. & epiſt. ad ſolit. vit. agen. Socrat. Theod. vbi ſup.

[e] Socrat. lib. 1. c. 21. Theod. li. 1. c. 30. Sozom. lib. 2. c. 24. Athan. apol. 2.

[f] Socrat. lib. 1. c. 23. Theod. lib. 1. c. 31.

[g] Socrat. lib. 2. c. 2. Sozom. lib. 3. c. 2.

[h] Socrat. lib. 2. c. 5. Sozom. lib. 3. c. 5. Athan. de Synodis.

[i] Athan. apol. ad Conſtan. & apol. 2. & ad ſolit. vit. agen. Socrat. lib. 2. c. 11. Sozom. lib. 3. c. 7.

[k] Athan. epiſt. ad ſolit. vit. agé. & epiſt. Conc. Sard. apud eũ de ma pol. 2.

[l] Athan. apol. 2. Theod. lib. 2. c. 4.

[m] Athan. apol. 2. & epiſt. ad ſolit. vit. agen. Theod. lib. 2. c. 4.

[n] Athan. vbi ſup.

[o] Athan. apol. 2.

[p] Socrat. lib. 2. c. 23. Sozom. lib. 3. c. 9.

[q] Athan. apol. 2. & epiſt. ad ſolit. vitam agen.

ANNO CHRISTI 347.

pronuntiauit. Grauiter rem tulerunt[r] *Ariani, iterumque ad Antiocheni Conuentus latibula regressi, literis contumeliarum plenis tam Athanasium, quam Iulium ob vsurpatam potestatem dissoluendi quod ab eorum Synodo constitutum fuerat, lacerarunt. Quorum audacia cum in dies ad grauiores spectaret tumultus, eo potissimum, quod duabus fidei*[t] *formulis aduersus Nicænam euulgatis, omnia susque deque miscerent: Iulius, vt afflictis rebus consuleret, negotium ad Constantem*[t] *detulit. qui cum Constantio fratri, qui Orientem moderabatur,* [u] *per literas vt Synodus cogeretur suasisset: Pontificis auctoritate (nam de*[x] *præstituti ad Concilium temporis angustia nonnulli orientales Episcopi eum criminabantur) Imperatorumque*[y] *consensu apud Sardicam Illyrii vrbem Synodus generalis indicitur, Rufino*[z] *& Eusebio Coss. anno post obitum Constantini vndecimo. Eo conuenere*[a] *Episcopi circiter ducenti octoginta ex Occidente, & ex Oriente septuaginta sex. Osius,*[b] *Archidamus & Philoxenus Iulii nomine præerant. Adfuit*[c] *& Athanasius cum sociis, ad crimina quorum postulati fuerant, diluenda. Verum Orientales Ario pleni, cum intelligerent rem agendam esse sine*[d] *Musoniano, Hesychio, & Castritio, quorum muniti lictoribus, Episcoporum solebant obterere libertatem; diffisi causæ, & scelerum conscientia consternati, venturos*[e] *se in Synodi conspectum, nisi prius Athanasio & sociis de medio pulsis, palam negarunt. Quod cum Sardicenses Patres de innocentibus ac sanctissimis viris, iamque in Romanam communionem receptis, abnuerent constituere, Arianosque iterum atque iterum commonuissent, vt e palatio, quo sese*[f] *abdiderant, prodirent in medium, flagitia quæ Athanasio intenderant, probaturi; alioquin ipsos reorum loco habendos esse: illi tam incorruptis iudicum subselliis res suas credere non ausi, clam*[g] *Philippopolim*[h] *Thraciæ defugere. Vbi*[i] *noua fidei formula, velut ad explendum quod Nicænæ deerat, edita, damnarunt Homousion; aduersus Athanasium & socios sua decreta confirmarunt; Iulio, Osio, ceterisque Athanasii fautoribus edixerunt anathema, & episcopale nomen*[k] *abrogarunt. Quæ omnia quo plus haberent auctoritatis ac ponderis, ad hæreticorum dolos conuersi, tamquam acta gestaque in Sardicensi Synodo, cuius abutebantur nomine, ad Donatum*[l] *tunc Catholicæ Ecclesiæ infensissimum in Africa, vt ipsum suis adiungerent partibus, perscripsere; tametsi ea fraus haudquaquam sefellerit Africanos Patres. Nam longo post tempore cum Donatistæ eo Concilio, quod coactum fuerat ab Arianis, in suæ causæ patrocinium vellent abuti, con-*

[r] Socrat. lib. 2. c. 11. Sozom. lib. 3. c. 7. & Iulius in epist. apud Athan. apol. 2.

[t] Athan. de Synod. Socrat. lib. 2. c. 14. & 15. Sozom. lib. 3. c. 9. & 10.

[s] Sozom. lib. 3. c. 9. Theod. lib. 2. c. 5.

[u] Socrat. lib. 2. c. 16.

[x] Athan. apol. 2. & epist. ad solit. vitam agen.

[y] Socrat. lib. 2. c. 16. Sozom. lib. 3. c. 11.

[z] Athan. apol. 2. Theod. lib. 2. c. 7. Socrat. vbi sup.

[a] Athan. apol. 2.

[b] Athan. ead. apol. 2. & epist. ad solit. vit. agen. Socrat. & Theod. vbi sup.

[c] Athan. loc. cit.

[d] Socrat. lib. 2. c. 16. Athan. apolog. 2.

[e] Athan. epist. ad solit. vit. agen. & apol. 2.

[f] Athan. vbi sup.

[g] Socrat. lib. 2. c. 16. Sozom. lib. 3. c. 10.

[h] Athan. epist. ad Antiochen.

[i] Sozom. lib. 3. c. 10.

[k] S. Aug. lib. 3. cont. Cresc. c. 34. & epist. 263.

[l] Epist. Concil. Sardicen. apud Athan. apol. 2. & idem Athan. in epist. ad solit. vit. agen. Socrat. lib. 2. c. 16. Sozom. lib. 3. c. 11.

ANNO CHRISTI 347.

tinuo beatus Augustinus ex iniquissima Iulii & Athanasii condemnatione, quæ tamquam in eo Concilio facta recitabatur, opus ex Ariana officina prodiisse deprehendit. Harum[a] rerum indignitate, & singulari hominum impudentia commoti Sardicenses Patres, in eos vt causæ desertores, criminatores piorum omnium, & orthodoxæ fidei aduersarios, iustissimum anathema conclamant; Stephanum Antiochenum, Menophantem Ephesinum, Narcissum Neroniadis, Theodorum Heracleensem, Acacium Cæsariensem, Vrsacium & Valentem ex episcopali gradu dimouent, Gregorium in primis, qui in Alexandrinam sedem armatis militibus septus irruperat: Athanasium & socios honorificis iudicum sententiis ac decretis ornatos, suarum iterum iubent ecclesiarum gubernacula capessere: Homousion, Nicænamque doctrinam, vt nullis egentem[b] assumentis, sed numeris omnibus absolutam, religiosissimis acclamationibus comprobant: tabellam vero, ac nouam formulam, quam aduersarii finxerant, & nomine Synodi Sardicensis ediderant, vt adulterinam ac supposititiam abrogant, atque rescindunt: viginti denique Canones [c]Græce ac Latine in communem Ecclesiæ vtilitatem sanciunt: omniaque quo ordine gesta sunt, diligenter perscribunt, primum[d] Iulio Romano Pontifici, ceterisque[e] Episcopis; vt iis quos Ariani iniustissime vexauerant, solatio ac perfugio essent: deinde Alexandrinæ ecclesiæ, cuius tantopere intererat, quæcumque ad Athanasii causam spectabant non ignorare: tum Constanti Augusto, qui[f] mox per literas egit cum fratre Constantio, vt (quod & sancta Synodus[g] missis ad eum Euphrata Agrippinæ, & Vincētio Capuæ Episcopis, rogabat) Athanasio & sociis contra fas & ius omne depulsis suas reddi ecclesias imperaret. Atque hic fuit Synodi Sardicensis exitus. Quoniam autem nihil nouum, quod ad fidem pertineret, in hac Synodo sancitum fuit, nec[h] nouus fidei articulus explicatus, sed ea tantum nouis suffragiis stabilita ac confirmata, quæ Patres in Nicæna Synodo tradiderant: propterea Synodus Sardicensis, licet ex toto fere orbe collecta, semper tamquam pars appendixque Nicæni Concilii fuit habita; cum omnia quæ de fide fuerunt definita, ad illius decreta seruanda referantur. Itaque licet hæc Synodus altera fuerit a Nicæna, tamen quia non nouas suscepit fidei vel Ecclesiæ causas, sed Nicænæ tantum fidei tutelam ac patrocinium, &, vt est in Concilio Calchedonensi,[i] Arianorum reliquias oppugnauit: & quia ipsorum Sardicensium & Nicænorum Patrum vna fuit sententia, vna mens, vnus spiritus; idcirco Sardicense Concilium

[a] Epist. Concil. Sardicen. apud Athan. apol. 2. & idem Athan. in epist. ad solit. vit. agen. Socrat. lib. 2. c. 16. Sozom. lib. 3. c. 11.

[b] Athan. epist. ad Antioch.

[c] Nicol. I. epist. 11. ad Photium. & Dionys. Exig. in præfat. Canonum.

[d] apud Crescon.

[e] apud Athan. apol. 2.

[f] Socrat. lib. 2. c. 18.

[g] Athan. epist. ad solit. vit. agen.

[h] Athan. epist. ad Antioch.

[i] Act. 16.

ANNO CHRISTI 347. *Nicæni nomine a multis comprehenditur, quemadmodum vrbs, ac vrbis propugnaculum, vna res censeri solet ac nominari. Quamobrem* [k] *Innocentius &* [l] *Zosimus Sardicenses Canones appellant Nicænos, vt ex Concilio sexto Carthaginensi apparet. Eamdem item ob causam sanctus* [m] *Gregorius, Isidorus* [n], *Beda* [o], *& alii Patres, cum prima quatuor Concilia enumerant, Sardicense, quamuis reuera generale, silentio prætereunt, tamquam Nicæno inclusum. Quantam autem hæc Synodus auctoritatem habeat, multis validisque rationibus probari potest. Primum enim esse generalem colligitur, tum ex magna Episcoporum frequentia, qui ad eam conuenerunt, vt apparet ex* [p] *Athanasio & aliis, qui Patrum numerum protulerunt: tum quia Iulii Pontificis maximi auctoritate* [q] *conuocata fuit, eiusque legati eidem præfuerunt. His accedit Constantis & Constantii impp. auctoritas, qui omnem dederunt operam, vt Episcopi ex omnibus fere prouinciis conuenirent. Extat præterea Socratis, & (quod maius est) Iustiniani imp. testimonium, qui in edicto de tribus Capitulis hæc verba scribit: Quoniam ex his qui in Nicæna sancta Synodo conuenerunt, & expositæ ab ea fidei definitioni vel symbolo subscripserunt, * quoniam postea contraire sapientes apparuerunt; alii quidem viui, alii post mortem anathematizati sunt a Damaso sanctæ memoriæ Papa antiquioris Romæ, vel ab vniuersali Sardicensi Synodo, prout testatur sanctus Athanasius. hæc Iustinianus. Cum autem ipsemet Iulius* [r] *in epistola ad Alexandrinos, suam de Athanasio restituendo sententiam a Synodo approbatam esse gratuletur, perspicuum est ab eodem approbatam fuisse; præsertim cum Osius & reliqui literas ad ipsum dederint, eumdemque* [s] *rogauerint, vt Concilii sententiam sua auctoritate confirmaret. Itaque si omnia diligenter perpendantur, exploratum erit, hanc Synodum generalem esse, cum nihil ex his quæ ad Concilium generale pertineant, in illa desiderari possit. Apostolica etiam sedes Sardicensi Concilio semper honorem habuit: nam & in corpore Canonum, quo in primis olim in controuersiis ecclesiasticis diiudicandis vtebatur, Sardicenses Canones collocauit: & Leo IIII. in epistola ad Episcopos Britanniæ, per huius Concilii Canones Ecclesiæ disceptationes dissoluendas docuit. Gratus etiam Carthaginensis Episcopus in Carthaginensi primo Concilio idem confirmat, cuius verba hæc sunt: Memini in sanctissimo Concilio Sardicensi statutum, vt nemo alterius plebis hominem vsurpet: sed si forte erit necessarius, petat a collega suo,*

* fort. *quidam contraria sapiant.*

[k] epist. ad Victr. c. 3.
[l] Carthag. 6. c. 3. & seq.
[m] lib. 2. epist. 10.
[n] lib. 6. etymol. c. 16.
[o] lib. de temp. cap. 65.
[p] Apolog. 2.
[q] Socrat. lib. 2. c. 16.
[r] apud Athan. apol. 2.
[s] Sozom. lib. 3. c. 11. Niceph. lib. 9. c. 12.
Can. 5.

& per conſenſum habeat. Quod in Sardicenſi Concilio Can. xv. de- ANNO CHRISTI
cretum eſt. Et Nicolaus primus in epiſtola iiij. Rhotadi cauſam 347.
huius Synodi auctoritate compoſuit: & epiſtola ad clerum Conſtantinopolitanum ab omni Eccleſia Sardicenſe Concilium receptum eſſe teſtatur.

KANONES TΩN EN ΣARΔIKH. ΣYNEΛΘONTΩN ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων.

CANONES SANCTORVM ET BEATORVM Patrum qui Sardicæ conuenerunt.

SANCTA SYNODVS Sardicæ congregata ex diuerſis prouinciis, definiuit quæ ſequuntur.

I.

OSIVS vrbis Cordubæ Epiſcopus dixit: Non tam mala conſuetudo, quam perniciosiſſima rerum corruptela, eſt ex ipſis fundamentis penitus extirpanda: ne cui Epiſcopo liceat a parua ciuitate in aliam migrare. Eius enim cauſæ prætextus eſt manifeſtus, propter quem talia tentantur. Nullus enim Epiſcopus adhuc inueniri potuit, qui a maiori ciuitate in minorem tranſire ſtuduerit. Vnde conſtat, eos ardenti plura habendi cupiditate ſuccendi, & magis arrogantiæ ſeruire, vt videantur maiorem habere poteſtatem. Placetne hoc omnibus, vt eiuſmodi improbitas acerbius vindicetur? Exiſtimo enim eos ne laicorum quidem debere habere communionem. Omnes Epiſcopi dixerunt: Placet omnibus.

II.

Oſius Epiſcopus dixit: Si

ΗΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ Σαρδικῇ συλλεγεῖσα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν, ὥρισε τὰ ὑποτεταγμένα.

α'.

ΟΣΙΟΣ ἐπίσκοπος πόλεως Κορδούβης εἶπεν. οὐ τοσοῦτον ἡ φαύλη συνήθεια, ὅσον ἡ βλαβερωτάτη τῶν πραγμάτων διαφθορὰ ἐξ αὐτῶν τῶν θεμελίων ἐστὶν ἐκριζωτέα· ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι. ἡ γὰρ τῆς αἰτίας ταύτης πρόφασις φανερά ἐστι, διὰ ἣν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειροῦνται. ἀδεὲς γὰρ πώποτε εὑρεθῆναι ἐπισκόπων δεδιώτα, ὃς ἀπὸ μείζονος πόλεως εἰς ἐλαχίστην πόλιν ἐπανύδασε μεταστῆναι. ὅθεν συνέσηκε διαπύρῳ πλεονεξίας τρόπῳ ὑποκαίεσθαι τοὺς τοιούτους, & μᾶλλον τῇ ἀλαζονείᾳ δουλεύειν, ὅπως ἐξουσίαν δοκοῖεν μείζονα κεκτῆσθαι. εἰ πᾶσι τοίνυν τοῦτο ἀρέσκει, ὥστε τὴν τοιαύτην σκαιότητα αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι; ἡγοῦμαι γὰρ μηδὲ λαϊκῶν ἔχειν τοὺς τοιούτους κοινωνίαν. πάντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἀρέσκει πᾶσιν.

β'.

Οσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· εἰ δέ τις τοιοῦ-

ANNO CHRISTI 347.

τος θεϊσκοιτο μανιώδης ἢ τολμηρὸς, ὡς περὶ τῶν τοιούτων δόξαι τινὰ φέρειν παραίτησιν, διαβεβαιέμενον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἑαυτὸν κεκομίσθαι γράμματα· δῆλόν ἐστιν, ὀλίγους τινὰς δεδωκέναι μισθῷ καὶ πρήγματι διαφθαρέντας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ στασιάζειν, ὡς δῆθεν ἀξιοῦντας αὐτὸν ἔχειν ἐπίσκοπον. καθάπαξ οὖν τὰς ῥαδιουργίας τὰς τοιαύτας καὶ τέχνας κολαστέας εἶναι νομίζω, ὥστε μηδένα τοσοῦτον μηδὲ ἐν τῷ τέλει λαϊκῆς γοῦν ἀξιοῦσθαι κοινωνίας. εἰ τοίνυν ἀρέσκει ἡ γνώμη αὕτη, ὑποκρίνασθε. ἀπεκρίναντο· τὰ λεχθέντα ἤρεσεν.

γ'.

Οσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο προστεθῆναι δίκαιον, ἵνα μηδεὶς ἐπισκόπων ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, ἐν ᾗ τυγχάνουσιν ὄντες ἐπίσκοποι, διαβαίνῃ, εἰ μή τοι παρὰ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἑαυτοῦ κληθείη· διὰ τὸ μὴ δοκεῖν ἡμᾶς τὰς τῆς ἀγάπης ἀποκλείειν πύλας. καὶ τοῦτο ὡσαύτως προνοητέον, ὥστε ἐάν τινι ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων τις ἀπεικῆς ἀδελφὸς ἑαυτοῦ καὶ συνεπισκόπου πρᾶγμα ποιῇ, μηδέτερον ἐκ τούτων ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας ἐπισκόποις ἐπιγνώμονας ἐπικαλεῖσθαι. εἰ δέ τις ἐπισκόπων ἐν τινι πράγματι δόξῃ κατακρίνεσθαι, καὶ ὑπολαμβάνει ἑαυτὸν μὴ σαφῶς, ἀλλὰ καλὸν ἔχειν τὸ πρᾶγμα, ἵνα ἡ αὖθις ἡ κρίσις ἀνανεωθῇ· εἰ δοκεῖ ὑμῖν τῇ ἀγάπῃ, Πέτρου τοῦ ἀποστόλου τιμὴν μνήμιον τιμήσωμεν, καὶ γράφωμεν πρὸς τούτων τῶν κρινάντων Ἰουλίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ρώμης, ὥστε διὰ τῶν γειτνιώντων τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, εἰ δέοι, ἀνανεωθῆναι τὸ δικάσαι, καὶ ἐπιγνώμονας αὐτοὺς παράσχοι. εἰ δὲ μὴ συ-

quis autem adeo insanus, vel audax inueniatur, vt de iis videatur aliquam afferre excusationem, asserens sibi a populo allatas esse literas; clarum est potuisse paucos aliquos mercede & precio corruptos in ecclesia seditionem mouere, vt eumdem vtique postulent habere Episcopum. Omnino ergo has fraudes & artes puniendas esse existimo; vt nemo possit, qui est eiusmodi, ne in fine quidem laica communione dignus haberi. An ergo hæc placeat sententia, respondete. Responderunt: Placent quæ dicta sunt.

III.

Osius Episcopus dixit: Hoc quoque necessario est adiiciendum, vt nullus Episcoporum ex sua prouincia in aliam prouinciam, in qua sunt Episcopi, transeat; nisi vtique a suis fratribus vocetur; ne videamur dilectionis fores claudere. Hoc autem etiam similiter prouidendum est, vt si in aliqua prouincia Episcoporum quispiam aduersus fratrem suum & coepiscopum negotium habeat, neuter eorum ex alia prouincia Episcopos cognitores euocet. Si quis autem Episcoporum in aliquo negotio condemnandus visus fuerit, & existimet se non malam, sed bonam causam habere, vt etiam rursus iudicium renouetur: si vestræ dilectioni videtur, Petri Apostoli memoriam honoremus, vt ab iis qui iudicauerunt, scribatur Iulio Romanorum Episcopo; & per propinquos prouinciæ Episcopos, si opus sit, iudicium renouetur; & cognitores ipse præbeat. Si autem probari non po-

ANNO CHRISTI 347.

test, causam eius esse talem, vt eam rursus iudicari opus sit; quae semel sunt iudicata, non infirmentur, sed rata sit lata sententia.

IV.

Gaudentius Episcopus dixit: Si videtur, necesse esse adiici huic sententiae, quam sincera dilectione plenam protulisti, vt si quis Episcopus fuerit depositus iudicio Episcoporum, qui sunt in vicinia, & dicat rursus sibi defensionis negotium competere; non prius in cathedram alius substituatur, quam Romanus Episcopus causa cognita sententiam tulerit.

V.

Osius Episcopus dixit: Placuit, vt si quis Episcopus delatus fuerit, & congregati eiusdem regionis Episcopi eum gradu mouerint; & veluti appellans confugerit ad beatissimum Romanae Ecclesiae Episcopum, & velit ipsum audire, & iustum esse existimauerit eius rei examinationem renouari; coepiscopis scribere dignetur, qui sunt propinqui prouinciae, vt ipsi diligenter & accurate singula perscrutentur, & ex veritatis fide de re sententiam ferant. Si quis autem postulet suum negotium rursus audiri, & ad suam supplicationem Romanorum Episcopum *iudicare visum fuerit, vt a proprio latere presbyteros mittat; & sit in potestate ipsius quodcumque recte habere probauerit. & si decreuerit oportere eos mitti, qui cum Episcopis sint iudicaturi, habentes auctoritatem eius, a quo missi sunt; &

* mouere

ϛ-λῶαι δυώπαν τοιοῦτον αὐῷ εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὡς παλινδικίας χρήζειν, τὰ ἅπαξ κεκριμένα μὴ ἀναλύεσθαι· τὰ ὄντα, βέβαια τυγχάνειν.

δ'.

Γαυδέντιος ἐπίσκοπος εἶπεν· εἰ δοκεῖ, ἀναγκαῖον πρόσθεσθαι ταύτῃ τῇ ἀποφάσει, ἵνα ἀγάπης εἰλικρινοῖς πλήρη ἐξενέγκωμεν, ὥστε ἐάν τις ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ τῇ κρίσει τούτων τῶν ἐπισκόπων τῶν συγγενίας τυγχανόντων, καὶ φάσκῃ πάλιν ἑαυτῷ ἀπολογίας πρᾶγμα ἐπιβάλλειν, μὴ πρότερον εἰς τὸν καθέδραν αὐτοῦ ἕτερον ἐποκαθίστασθαι, ἐὰν μὴ ὁ τῶν Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ἐπιγνοὺς περὶ τούτου ὁρίσῃ ἐξενέγκῃ.

ε'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἤρεσεν, ἵν' εἴ τις ἐπίσκοπος καταγελασθείη, καὶ συναθροισθέντες οἱ ἐπίσκοποι τῆς παροικίας τοῦ αὐτοῦ, τοῦ βαθμοῦ αὐτὸν ἀποκινήσωσι· καὶ ὥσπερ ἐγκαλεσάμενος καταφύγῃ ἐπὶ τὸν μακαριώτατον τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, καὶ βουληθείη αὐτῷ διακοῦσαι, δίκαιόν τε εἶναι νομίσῃ ἀνανεώσασθαι αὐτῷ τὴν ἐξέτασιν τοῦ πράγματος, γράφειν τούτοις τοῖς συνεπισκόποις καταξιώσῃ, τοῖς ἀγχοῦθι τῆς ἐπαρχίας, ἵνα αὐτοὶ ἐπιμελῶς καὶ μετ' ἀκριβείας ἕκαστα διερευνήσωσι, καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας πίστιν, ψῆφον περὶ τοῦ πράγματος ἐξενέγκωσιν. Εἰ δέ τις ἀξιῶν καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι, καὶ τῇ δεήσει τῇ ἑαυτοῦ τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον * κρίνειν δόξειεν, ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ πρεσβυτέρους ἀποστεῖλαι, * ἔναγ σὺν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου, ὅπερ αὖ καλῶς ἔχειν δοκιμάσῃ, * καὶ οἷς δεῖν ἀποστελλῆναι σὺν μετὰ τῶν ἐπισκόπων κρινοῦντας, ἔχοντάς τε τὴν αὐθεντίαν τούτου

* κατὰν δόξειεν, ἐν τῷ
* ἵνα ὦσι
* ἵνας, καὶ

ᾧ

ANNO CHRISTI 347.

παρ' οὗ ἀπεστάλησαν· καὶ τοῦτο ἕτερον. εἰ ὃ ἐξαρκεῖν νομίσῃ τοῖς τῆς μείζονος ἐπιγνώσιν, καὶ ὑποφασιν ἐπισκόπου, ποιήσῃ ὅπερ ἂν τῇ ἐμφρονεστάτῃ αὐτοῦ βουλῇ καλῶς ἔχειν δόξῃ. ἀπεκρίναντο οἱ ἐπίσκοποι· τὰ λεχθέντα ἤρεσεν.

ε'.

Οσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐὰν συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ, ἐν ᾗ πλείονες ἐπίσκοποι τυγχάνουσιν, ἕνα ἐπίσκοπον ὑπομεῖναι, κἀκεῖνος κατά τινα ἀμέλειαν μὴ βουληθῇ συνελθεῖν ἢ συναινέσαι τῇ καταστάσει τῶν ἐπισκόπων, τὸ δὲ πλῆθος συναθροισθέντα παρακαλοῖεν γίνεσθαι τὴν κατάστασιν ἐπὶ ἄνδρα ἐπιζητουμένου ἐπισκόπου· χρὴ πρότερον ἐκεῖνον τὸν ἐπαπομείναντα ἐπίσκοπον νουθετηθῆναι διὰ γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας, λέγω δὴ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως, ὅπως αἰτήσωσι τὸ πλῆθος ποιμένα αὐτοῖς δοθῆναι· ἡγοῦμαι καλῶς ἔχειν καὶ τοῦτον ἐκδέχεσθαι, ἵνα παραγένηται. εἰ δὲ μὴ διὰ γραμμάτων αἰτιωθεὶς παραγένηται, μή τε μεῖον αἴτημα φέροι, τὸ ἱκανὸν τῇ βουλήσει τοῦ πλήθους χρὴ γίνεσθαι. χρὴ δὲ καὶ μεταπαλεῖσθαι καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους πρὸς τὴν καθέδραν τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου· μὴ ἐξεῖναι δὲ ἁπλῶς καθίσαι ἐπίσκοπον ἐν κώμῃ τινὶ ἢ βραχείᾳ πόλει, ἢ τινι καὶ εἷς μόνος πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ. οὐκ ἀναγκαῖον γὰρ ἐπισκόποις ἐκεῖσε καθίσασθαι, ἵνα μὴ καταλυμαίνηται τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα καὶ ἡ αὐθεντία. ἀλλ' οἱ τῆς ἐπαρχίας, ὡς πρόσθεν, ἐπίσκοποι ἐν ταύταις ταῖς πόλεσι καθίσαι ἐπισκόπους ὀφείλουσιν, ἔνθα καὶ πρότερον ἐτύγχανον γεγονότες ἐπίσκοποι. εἰ δὲ εὑρεθείη οὕτως πληθύουσά τις ἐν πολλῷ ἀριθμῷ λαοῦ πόλις, ὡς ἀξίαν αὐτὴν εἶναι ἐπισκοπῆς νο-

hoc ponendum est. Si autem sufficere putauerit ad rei cognitionem, & Episcopi sententiã, faciet quod prudentissimo eius consilio recte habere videbitur. Responderunt Episcopi: Quæ dicta sunt placuerunt.

VI.

Osius Episcopus dixit: Si contigerit in vna prouincia, in qua sunt plurimi Episcopi, vnum Episcopum cõuentui non interesse, & ille per quãdam negligentiam nolit conuenire, & Episcoporum institutioni & electioni assentiri, congregata autem populi multitudo instet, vt fiat institutio Episcopi, qui ab eis postulatur: oportet illum prius, qui non adfuerit, Episcopum admoneri per literas Primatis prouinciæ, nempe Episcopi metropolitani, quod rogat populus sibi pastorem dari: & existimo recte habere hunc quoque expectari, vt adsit. Si autem literis rogatus non adfuerit, ac ne rescripserit quidem; populi voluntati satisfiat. Oportet autem ex vicina quoque prouincia accersi Episcopos ad metropolitani Episcopi institutionem. Non licere autem simpliciter Episcopum constituere in aliquo pago vel parua vrbe, cui vel vnus presbyter sufficit. non necesse est enim illic Episcopum constitui, ne Episcopi nomen & auctoritas vilipendatur. Sed prouinciæ (vt prius dixi) Episcopi debent in iis vrbibus Episcopos constituere, vbi etiam prius Episcopi fuerunt. Si autem inueniatur vrbs aliqua, quæ adeo populosa euadat, vt ipsa episcopatu digna iudicetur, accipiat. An hoc

omnibus placet? Responderunt omnes: Placet.

VII.

Osius Episcopus dixit: Importunitas nostra, & multa assiduitas, & iniustæ preces effecerunt, vt nos non habeamus tantã gratiam & libertatem dicendi, quantam debebamus habere. Multi enim Episcopi non intermittunt ad castra accedere, & maxime Afri; qui, quemadmodum cognouimus a dilecto fratre nostro & coepiscopo Grato, salutaria consilia non admittunt, sed ita contemnunt, vt vnus homo in castra plurimas & diuersas, & quæ non possunt iuuare Ecclesias, preces afferat, & non (vt debet fieri & conuenit) pauperibus & laicis, vel viduis opem & auxilium ferat, sed sæculares dignitates & functiones aliquibus acquirat. Hæc ergo peruersitas detrimentum non sine offendiculo & condemnatione nobis conciliat. Conuenientius autem esse existimaui, vt Episcopus illi suum auxilium præbeat, cui ab aliquo vis affertur; vel si quæ vidua iniuria afficiatur, vel si quis pupillus priuetur iis, quæ ad ipsum pertinent; si quidem hæc nomina iustam habeant causam & supplicationem. Si itaque, dilecti fratres, hoc omnibus videtur, statuite nullum oportere Episcopum ad castra accedere, præter eos quos pius Imperator noster suis literis accersit. Sed quia sæpe contingit, aliquos qui egent misericordia, ad Ecclesiam confugere, qui propter sua peccata vel relegatione, vel in insulam deportatione damnati, vel quauis alia sententia

μίζεσθαι, λαμβανέτω. εἰ πᾶσιν ἀρέσκει τοῦτο; ἀπεκρίναντο πάντες, ἀρέσκει.

ζ'.

Ὅσιος ὁ ἐπίσκοπος εἶπεν· ἡ ἀκαιρία ἡμῶν, καὶ ἡ πολλὴ συνέχεια, καὶ αἱ ἄδικοι αἰτιώσεις πεποιήκασιν ἡμᾶς μὴ τοσαύτην ἔχειν χάριν καὶ παῤῥησίαν, ὅσην ὀφείλομεν κεκτῆσθαι. πολλοὶ γὰρ τῶν ἐπισκόπων οὐ διαλείπουσιν εἰς τὸ στρατόπεδον παραγινόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ Ἀφροι· οἵτινες, καθὼς ἐγνωμεν παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπου Γρήτου, τὰς σωτηριώδεις συμβουλὰς οὐ παραδέχονται, ἀλλὰ καταφρονοῦσιν οὕτως, ὡς ἕνα αὐθέντην εἰς τὸ στρατόπεδον πλείστας καὶ διαφόρους καὶ μὴ δυναμένας ὠφελῆσαι τὰς ἐκκλησίας, δήσεις διακομίζειν, καὶ μὴ ὡς ὀφείλει γίνεσθαι, καὶ ὡς πρέπον ἐστί, τοῖς πένησι καὶ τοῖς λαϊκοῖς, ἢ ταῖς χήραις συναίρεσθαι καὶ ἐπικουρεῖν, ἀλλὰ κοσμικὰ ἀξιώματα καὶ πράξεις προσκυνεῖν ποιοῦσιν. αὕτη τοίνυν ἡ σκαιότης τραυσμὸν ἐκ αὐτοῦ σκανδάλου τινὸς ἡμῖν καὶ κατηγορίας προξενεῖ. πρέπον δέ ἐστιν ἕνα ἑκάστην νομίσαι ἐπίσκοπον τὸν ἑαυτοῦ βοηθεῖν παρὰ δύναμιν ἐκείνῳ, ὅστις αὐτὸν ὑπό τινος βιάζηται, ἢ εἴ τις τῶν χηρῶν ἀδικοῖτο, ἢ αὖ πάλιν ὀρφανός τις ἀποστεροῖτο τῶν αὐτῷ προσηκόντων, εἴπερ ἄρα καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα δικαίαν ἔχει τὴν αἴτησιν. εἰ τοίνυν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, πᾶσι τοῦτο δοκεῖ, ἀπαγορεύσατε μηδένα ἐπίσκοπον χρῆναι εἰς τὸ στρατόπεδον παραγίνεσθαι, παρεκτὸς τούτων, οὓς αὐτὸς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἡμῶν τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασι μεταπέμπεται. ἀλλ' ἐπεὶ πολλάκις συμβαίνει τινὰς οἴκοθεν δεομένους καταφυγεῖν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, διὰ τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτήματα εἰς φυλακισμὸν ἢ νῆσον

ANNO CHRISTI 347.

καταδικαζέντας, ἢ αὖ πάλιν οἰαδήποτοῦν ἀποφάσει ἐκδεδομένους· τοῖς τοιούτοις μὴ ὀργητέαν εἶναι τὴν βοήθειαν, ἀλλὰ χωρεῖς μελλησμοῦ καὶ αὖθις τὴν δίκασιν τοῖς τοιούτοις αἰτεῖσθαι συγχώρησιν. εἰ τοίνυν καὶ τῇδε ἀρέσκει, σύμψηφοι γίνεσθε ἅπαντες. ἀπεκρίναντο ἅπαντες· ὁρίζεται καὶ τῇδε. η'.

addicti sunt; iis non esse negandum auxilium, sed sine cunctatione & dubitatione iis veniam esse petendam. Si itaque hoc quoque placet, omnes vna vestrum suffragium ferte. Responderunt omnes: Decernatur & hoc.

VIII.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τῇδε ἡ ἀγχίνοια ὑμῶν κρινάτω, ἵν' ὅπερ ἔδοξε, διὰ τὸ μὴ πιπλεῖν εἰς κατάγνωσίν τινα τῶν ἐπισκόπων ἀφικνούμενον εἰς τὸ στρατόπεδον, εἴ τινες αὐτῶν τοιαύτας ἔχοιεν δεήσεις, οἵων ἐπάνω ἐπεμνήσθημεν, διὰ ἰδίου διακόνου ἀποστέλλοιεν. τῷ τε γὰρ ὑπηρέτου τὸ πρόσωπον ἐκ ἐπίφθονον τυγχάνῃ, καὶ τὰ πραγματευσάμενα θᾶττον διακομισθῆναι δυνήσεται. ἀπεκρίναντο πάντες· καὶ τῇδε ὁρίζεται.

Osius Episcopus dixit: Hoc quoque vestra solertia iudicet, vt quia visum est, ne aliquis Episcopus in condemnationem incidat ad castra veniens, si qui eorum eiusmodi, quarum superius meminimus, habeant preces, per proprium diaconum mittant. Ministri enim persona non est inuidiosa, & quæ concessa fuerint, citius perferri poterunt. Responderunt omnes; Sanciatur & hoc.

θ'.

IX.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τῇδε ἀκόλουθον νομίζω εἶναι, ἵνα ἐὰν εἰ οἰαδήποτοῦν ἐπαρχίᾳ ἐπίσκοποι πρὸς ἀδελφὸν καὶ συνεπίσκοπον ἑαυτῶν ἀποστέλλοιεν δεήσεις, ὁ ἐν τῇ μείζονι τυγχάνων πόλει, τοῦτ' ἔστι τῇ μητροπόλει, αὐτὸς καὶ Ⓜ διάκονον αὐτοῦ καὶ τὰς δεήσεις ἀποστέλλοι, παρέχων αὐτῷ καὶ συστατικὰς ἐπιστολὰς, γράφων δηλονότι καὶ ἀκολουθεῖν καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, εἴ τινες εἰσὶν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐν τοῖς τόποις ἢ ἐν ταῖς πόλεσι διάγοιεν, ἐν αἷς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς τὰ δημόσια πράγματα διακυβερνᾷ. εἰ ἤ ἔχοι τις τῶν ἐπισκόπων φίλους ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ παλατίου, καὶ βούλοιτο πρεῖττόν τινος, ὅπερ πρεπωδέστερον εἶη, αἰτιᾶσθαι, μὴ κωλύοιτο διὰ τοῦ ἑαυτοῦ διακόνου καὶ αἰτιᾶσθαι καὶ ἐντέλλεσθαι τούτοις, ὥστε τὸ αὐτῶν ἀγαθὸν βοήθειαν αἰτιοῦντι αὐτῷ παρέχειν. Ⓐ ἢ εἰς Ῥώμην πα-

Osius Episcopus dixit: Hoc quoque consequens esse existimo, vt si in quacumque prouincia Episcopi ad fratrem & coepiscopum suum mittant preces, is qui est in maiori ciuitate, hoc est in metropoli, ipse ministrum suum & preces mittat, præbens ei commendatitias quoque literas, scribens videlicet per consequentiam etiam ad fratres & coepiscopos nostros, qui scilicet illo tempore in locis vel ciuitatibus agant, in quibus piissimus Imperator remp. gubernat. Si quis autem Episcopus habet amicos in aula palatii, & velit aliquid, quod sit honestum & iustum, impetrare, ne prohibeatur per suum ministrum & rogare, & iis mandare, vt bonum suum auxilium ei velint præbere. Qui autem Romam

accedunt (quemadmodum ſuperius dictum eſt) dilecto fratri noſtro & coepiſcopo Iulio preces, quas habent dandas, præbere debent, vt ipſe prius examinet, ſi aliquæ earum non ſunt impudentes ; & ſic ſuam opem & curam præbens, eos ad caſtra mittat. Omnes Episcopi dixerunt, eis placere, & eſſe conuenientiſſimum hoc conſilium.

X.

Oſius Episcopus dixit: Hoc quoque neceſſarium exiſtimo, vt cum omni cura & diligentia examinetur; vt ſi quis ex foro ſiue diues, ſiue ſcholaſticus, Episcopus fieri dignus habeatur, non prius conſtituatur, quam lectoris & diaconi & presbyteri miniſterium peregerit: vt in vnoquoque gradu, ſi dignus exiſtimatus fuerit, ad Episcopatus faſtigium per progreſſionem poſſit aſcēdere. Habebit autem vniuſcuiuſque ordinis gradus non minimi ſcilicet temporis longitudinē, per quod & fides & morum probitas, & conſtantia, & moderatio poſſit cognoſci: & ipſe diuino ſacerdotio dignus exiſtimatus, maximū honorem aſſequatur. Neque enim conuenit, neque ſcientia & bona conuerſatio hoc recipit, vt temere & leuiter ad id accedatur, vt Episcopus, vel presbyter, vel diaconus prompte ac facile conſtituatur. Sic enim merito neophytus exiſtimetur, quandoquidem & beatiſſimus Apoſtolus, qui fuit etiam doctor gentium, prohibuiſſe plane videtur, ne celeres fiant ordinationes. Longiſſimi enim temporis probatio & conuerſatio-

1. *Tim.* 3. *b.* 6.

1. *Tim.* 5. *d.* 22.

ANNO CHRISTI 347.

ἐξαιρόμενοι, καθὼς προείρηκα, τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπῳ Ἰουλίῳ τὰς δεήσεις, ἃς ἔχουσιν διδόναι, ὀφείλουσι παρέχειν, ἵνα προσῇ αὐτὸς δοκιμάζῃ, εἰ μή τινες ὦσιν ἀπὸ ἀναισχυντίας· καὶ ὅπως τὰ ἑαυτῷ προσταθῇ καὶ φροντίδα προσέχων, εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτοὺς ἀποστέλλοι. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι ἀπεκρίναντο, ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ πρεπωδέστατον εἶναι τὴν συμβουλὴν ταύτην. ι'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω, ἵνα μὴ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας ἐξεπίτηδες, ὥστε ἐάν τις πλούσιος, ἢ σχολαστικὸς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀξιοῦται ἐπίσκοπος γίνεσθαι, μὴ πρότερον καθίσασθαι, ἐὰν μὴ ἀναγνώστου, καὶ διακόνου, καὶ πρεσβυτέρου λειτουργίαν ἐκπληρώσῃ· ἵνα καθ' ἕκαστον βαθμὸν, ἐὰν ἄξιος νομισθείη, εἰς τὴν ἀφορμὴν τῆς ἐπισκοπῆς καὶ προκοπὴν διαβαίνων δυνηθείη. ἔχει γὰρ ἑκάστου τάγματος ὁ βαθμὸς ἐκ ἐλαχίστου χρόνου μῆκος, δι' οὗ ἡ πίστις αὐτοῦ, καὶ ἡ τῶν τρόπων καλοκαγαθία, καὶ ἡ σεμνότης, καὶ ἡ ἐπιείκεια γνώριμος γενέσθαι δυνήσεται· καὶ αὐτὸς ἄξιος τῆς θείας ἱερωσύνης νομισθείς, τῆς μεγίστης * ἀποναλῶσαι τιμῆς. οὔτε γὰρ πρόσκοπον ὄντα, οὔτε ἡ ἐπιστήμη, οὔτε ἡ ἀγαθὴ ἀναστροφὴ ἐπιδέχεται, τολμηρῶς καὶ κούφως ἐπὶ τοῦτο ἰέναι, ὥστε ἢ ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον προχείρως καθίσασθαι. οὕτω γὰρ ἂν εἰκότως νεόφυτος νομισθείη, ἐπεὶ μάλιστα καὶ ὁ μακαριώτατος ἀπόστολος, ὃς καὶ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος γεγένηται, φαίνεται κωλύσας ταχείας γίνεσθαι τὰς καταστάσεις. τὸ γὰρ μηκίστου χρόνου ἡ δοκιμασία τῆς ἀναστροφῆς καὶ

* al. ἀποναλῶσαι

ANNO CHRISTI 347.

ἐκάστου τόπον ἐκ ἀπεικότως ἐκτυποῦν δωήσεται. ἅπαντες εἶπον ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ καθάπαξ μὴ δεῖν ἀναβάλλεσθαι ταῦτα.

ια'.

Ὅσιος ὁ ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο δεῖ ὁρίσαι ὀφείλομεν, ἵνα ἐπίσκοπος, ὅταν ἐξ ἑτέρας πόλεως παραγένηται εἰς ἑτέραν πόλιν, ἢ ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, κόμπου χάριν ἐγκωμίοις οἰκείοις ὑπηρετούμενος, ἢ θρησκείας καθοσιώσει, καὶ πλείονα χρόνον βούλοιτο διάγειν, καὶ μὴ ὁ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπίσκοπος ἔμπειρος ᾖ διδασκαλίας· μὴ καταφρονῇ ἐκείνου, καὶ συνεχέστερον ὁμιλῇ, καταισχύνων δὲ καὶ βωτελίζειν τὸ πρόσωπον τοῦ αὐτόθι ἐπισκόπου ἀπουδάζων· αὕτη γὰρ ἡ πρόφασις εἰώθει ταραχὰς ποιεῖν· καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης πανηγύρεως τὴν ἀλλοτρίαν καθέδραν ἑαυτῷ πρόσθεσθαι καὶ παραπάσθαι ἀπουδάζῃ, μὴ δυσχεραίνων τὴν αὐτῷ παραδοθεῖσαν ἐκκλησίαν καταλιμπάνειν, καὶ εἰς ἑτέραν μεθίστασθαι. δεκτέον τοίνυν ἐπὶ τούτῳ χρόνον· ὑπὲρ οὗ καὶ τὸ μὴ ὑποδέχεσθαι ἐπίσκοπον, τὸν ἀπαντηθέντων ὑπὸ ἀκαίρων εἶναι νενόμισται. μέμνησθε γὰρ καὶ ἐν τῷ παράγοντι χρόνῳ τοὺς παρ' ἡμῶν κεκριμένους, ἵνα εἴ τις λαϊκὸς ἐν πόλει διάγων, τρεῖς κυριακὰς ἡμέρας ἐν τρισὶν ἑβδομάσι μὴ συνέρχοιτο, ἀποκινοῖτο τῆς κοινωνίας. εἰ τοίνυν περὶ τῶν λαϊκῶν τοῦτο τεθέσπισται, ἃ χρὴ, ἃ δὲ πρέπει, ἀλλ' οὐδὲ συμφέρει, ἐπίσκοπον, εἰ μηδεμίαν βαρυτέραν ἀνάγκην ἔχοι, ἢ πρᾶγμα δυσχερές, ὑπολείπειν ἀπολείπεσθαι τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίας, καὶ λυπεῖν τὸν ἐμπεπιστευμένον αὐτῷ λαόν. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἰρήκασι· καὶ τούτῳ τῷ γνώμῃ σφόδρα εὖ πρέπων δεσπότῃ ὁριζόμεθα.

nem, & vniuſcuiuſque mores non improbabiliter exprimere poterit. Omnes dixerunt ipſis placere, & omnino non oportere ea ſubuertere.

XI.

Oſius Epiſcopus dixit: Hoc quoque definire debemus; vt quando Epiſcopus ex alia ciuitate in aliam ciuitatem, vel ex alia prouincia in aliam prouinciã acceſſerit, iactationis gratia propriis laudibus ſeruiens, aut religionis cauſa, & velit longiori tempore illic agere; illius autem ciuitatis Epiſcopus doctrinæ non fuerit peritus: ne illum deſpiciat, & frequentius concionetur, ſtudens dedecore afficere & vilipendere perſonam Epiſcopi (hic enim prætextus ſolet turbas excitare) nec eiuſmodi calliditate alienam ſedem ſibi conciliare & attrahere ſtudeat, non dubitans ſibi traditam Eccleſiam relinquere, & in aliam tranſire. Ad hoc ergo tempus definiendum eſt. Nam Epiſcopum non recipi, inhumanum & inciuile exiſtimatum eſt. Recordemini autem, patres noſtros in tempore præterito iudicauiſſe, vt ſi quis laicus in aliqua vrbe agens, tribus diebus Dominicis in tribus hebdomadibus non conueniat, is communione moueatur. Si hoc ergo de laicis ſtatutum eſt, non oportet, nec conuenit, ſed neque eſt vtile, Epiſcopum, ſi nullam habet grauiorem neceſſitatem, vel negotium difficilius, a ſua Eccleſia diutius abeſſe, & ſibi commiſſum populum contriſtare. Omnes Epiſcopi dixerunt, hanc quoque ſententiam eſſe conuenientiſſimam.

ANNO CHRISTI 347.

XII.

Osius Episcopus dixit: Quia nihil est prætermittendum, hoc quoq; definiatur. Quidam fratres & coepiscopi in ciuitatibus, in quibus Episcopi constituuntur, videntur valde pauca, quæ sibi sint propria, possidere; in aliis autem locis magnas possessiones, ex quibus etiam possunt opem ferre pauperibus: iis igitur ita esse concedendũ iudico, vt si in suas possessiones venturi sunt, & fructus suos collecturi, tribus diebus Dominicis, id est, tribus septimanis in suis possessionibus degant; & in Ecclesia, quæ prope est, in qua presbyter populum congregat, ne congregationis expers esse videatur, conueniat, & officia diuina obeat; & ne frequentius in ciuitate, in qua est Episcopus, adsit. Eo enim modo & res eius propter ipsius absentiam nihil detrimenti patientur, & arrogantiæ ac superbiæ crimen effugere videbitur. Omnes Episcopi dixerunt: Placet hæc quoque constitutio.

XIII.

Osius Episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placeat; vt si diaconus, vel presbyter, vel etiam aliquis ex clericis sit excommunicatus, & ad alium Episcopum, qui eum nouit, confugerit, scientem eum a proprio Episcopo esse communione motum, non oportere Episcopo & fratri suo iniuriam facientem, ei cõmunionem præbere. Sin autem hoc facere ausus fuerit, sciat cum conuenerint Episcopi, seipsum causam esse dicturum. Omnes Episcopi

ιβ'.

Οσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ὅπερ οὐδὲν ὄφελι παραλειπτέον, καὶ τοῦτο ὁρισθήτω. Τινὲς τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς ἐπίσκοποι καθίσαντα, δοκοῦσι κεκτῆσθαι σφόδρα ὀλίγα ὑπαρχόντα ἴδια· ἐν ἑτέροις δὲ τόποις κτήσεις μεγάλας, ἐξ ὧν καὶ ἐπικουρεῖν δυνατόν ἐστι τοῖς πένησιν. οὕτως οὖν αὐτοῖς συγχωρητέον εἶναι κρίνω, ἵνα εἰ μέλλοιεν εἰς τὰς ἑαυτῶν παραγίνεσθαι κτήσεις, καὶ τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν ποιεῖσθαι, ἓξ εἰς κωλακὰς ἡμέρας, τοῦτ' ἔστι, τρεῖς ἑβδομάδας ἐν τοῖς ἑαυτῶν κτήμασιν αὐτοῦ διάγειν, καὶ ἐν τῇ ἀγρυπνούσῃ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ πρεσβύτερος συνάγοι, ὑπὲρ τοῦ μὴ χωρὶς συνελεύσεως αὐτὸν δοκεῖν εἶναι, συνέρχεσθαι καὶ λειτουργεῖν, καὶ μὴ συνεχέστερον εἰς τὴν πόλιν, ἐν ᾗ ὅστιν ἐπίσκοπος, παραγίνοιτο. τοῦτον γὰρ καὶ ζῆλον καὶ τὰ οἰκεῖα αὐτοῦ πράγματα πρὸς τὴν αὐτοῦ ἐποπτείαν οὐδεμίαν ὑπομένει ζημίαν, καὶ τὸ τῆς ἀλαζονείας καὶ τοῦ τύφου ἐκκλίνειν δόξῃ ἔγκλημα. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἀρέσκει καὶ αὕτη ἡ διατύπωσις.

ιγ'.

Οσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο πᾶσιν ἀρεσάτω, ἵνα εἴ τις διάκονος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ καί τις τῶν κληρικῶν ἀκοινώνητος γένηται, καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον ἐὰν εἰδὼς αὐτὸν καταφύγοι, γινώσκοντα ὑποκεκινῆσθαι αὐτὸν τῆς κοινωνίας πρὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, μὴ χρῆναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ ἀδελφῷ αὐτοῦ ὕβριν ποιοῦντα, πρόφασιν αὐτῷ κοινωνίαν. εἰ δὲ τολμήσοι τις τοῦτο ποιῆσαι, γινωσκέτω συνελθόντων ἐπισκόπων ἀπολογίᾳ ἑαυτὸν ὑποβάθυνον καθιστάναι. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· αὕτη ἡ

ANNO CHRISTI 347.

κρίσις καὶ τὸ εἰρηνεύειν πάντοτε διαφυλάξει, καὶ διατηρήσει τὴν πάντων ὁμόνοιαν.

ιδ'.

Οσιος ἐπίσκοπος εἶπε. τὸ δὲ πάντοτέ με κινοῦν ἀποσιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω. εἰ γάρ τις ἐπίσκοπος ὀξύχολος εὑρεθείη· ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἐν τοιούτῳ ἀνδρὶ πολιτεύεσθαι· καὶ ταχέως ἀνιαρὸν πρεσβυτέρου ἢ διακόνου κινηθεὶς ἐκβαλεῖν ἐκκλησίας * αὐτὸν ἐθελήσει· προνοητέον ὅπως μὴ * ἀθρόον τὸ τοιοῦτον κατακρίνεσθαι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερεῖσθαι. πάντες εἰρήκασιν· ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας καταφυγεῖν· εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἄπεστιν, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον καταφεύγειν καὶ αἰτεῖσθαι, ἵνα μετὰ ἀκριβείας αὖθις ἐξετάζηται τὸ πρᾶγμα. οὐ χρὴ γὰρ μὴ ἐπιτείνειν τὰς ἀκοὰς τοῖς αἰτοῦσι. κἀκεῖνον δὲ ὁ ἐπίσκοπος ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τόπον, γνωμίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται· καὶ ἡ κυρωθῇ αὖθις ἡ ἀποφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν δὲ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως ἕκαστα ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν, πρὸ τῆς διαγνώσεως τοῦ πράγματος, ἑαυτὸν οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν. ἐὰν δὲ συνελθόντες τῶν κληρικῶν τινες, καταιδῶσι τὴν ὑπερηφάνειαν καὶ τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ· ἐπεὶ οὐ πρέπον ἐστὶν ὕβριν ἢ μέμψιν ἄδικον ὑπομένειν, πικροτέροις καὶ βαρυτέροις ῥήμασιν ἐπιτρέφειν τοιοῦτον ὀφείλουσιν, ἵνα τῷ τὰ πρέποντα κελεύοντι ὑπηρετῶνται καὶ ὑπακούωσιν. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐπίσκοπος τοῖς ὑπηρέταις εἰλικρινῆ ὀφείλει τὴν ἀγάπην καὶ τὴν διάθεσιν παρέχειν, αὐτὸν χρὴ καὶ ὑποτεταγμένοι

* al. πρὸ
* al. ἀθρόως

dixerunt: Hoc iudicium & pacem vsque custodiet, & omnium concordiam tuebitur.

XIV.

Osius Episcopus dixit: Quod autem me vndequaque mouet, reticere non debeo. Si inueniatur quis Episcopus ad iram propensus (quod quidem ab eiusmodi homine abesse debet) & aduersus presbyterum, vel diaconum cito commotus, eum ex Ecclesia eiicere voluerit; prouidendum est, ne is repente condemnetur, & communione priuetur. Omnes Episcopi dixerunt: Qui eiicitur, potestatem habeat confugiendi ad Episcopum metropolis eiusdem prouinciæ: si autem Metropolitanus abest, ad finitimum concurrendi, & rogandi, vt suum negotium accurate examinetur. Neque enim non sunt aures præbendæ iis qui rogant. Ille quoque Episcopus, qui iure vel iniuria eum expulit, æquo animo ferre debet vt rei fiat examinatio, & vel eius confirmetur sententia, vel corrigatur. Priusquã autem diligenter & ex fide singula examinata fuerint, qui cõmunionẽ non habet, non debet ante rei cognitionem sibi communionem arrogare. Si autem clerici aliqui conuenerint, & eius superbiam & arrogantiam viderint; quia non conuenit cõtumeliam vel iniustam expostulationem pati, acerbioribus & grauioribus verbis eum debent corrigere; vt ei qui iubet quæ decent, inseruiant & obediant. Sicut enim debet Episcopus ministris sinceram dilectionem & affectum præbere; eodem modo & subiecti debent E-

piscopis non fraudulentum ministerium & obsequium exhibere.

XV.

Osius Episcopus dixit: Hoc quoque omnes definiamus; vt si quis Episcopus ex alia parochia velit alienum ministrum sine consensu proprii Episcopi in aliquo gradu constituere, irrita & infirma eiusmodi constitutio existimetur. Si qui autem hoc sibiipsis permiserint, a fratribus & coepiscopis & admoneri & corrigi debent. Omnes dixerunt: Hoc quoque decretum stet firmum & immobile.

XVI.

Aetius Episcopus dixit: Non ignoratis qualis quantaque sit Thessalonicensium metropolis. Sæpe itaque ad eam ex aliis prouinciis presbyteri & diaconi accedunt, & breuis temporis mora non contenti, permanent, & omne tempus illic agentes transigunt; vel vix tandem post plurimum tempus in suas Ecclesias reuerti coguntur. De iis ergo definiendum est. Osius Episcopus dixit: ea decreta, quæ de Episcopis constituta sunt, seruentur etiam in eiusmodi personis.

XVII.

Suggerente fratre nostro Olympio, hoc quoque placuit; vt si quis Episcopus vim passus, iniuste iectus sit, vel propter scientiam, vel propter Catholicæ Ecclesiæ confessionem, vel propter veritatis defensionem, & fugiens periculum, innocens execrationi subiectus in aliam vrbem venerit; ne prohibeatur illic tamdiu agere, donec reuertatur, vel a facta sibi iniuria possit. * ἄδολα τοῖς ἐπισκόποις τὰ τῆς ὑπηρεσίας ἐκπελεῖν ὀφείλοισιν.

ιέ.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· Καὶ τοῦτο ὃ πάντες ὁρίσωμεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος ἐξ ἑτέρας παροικίας βουληθῇ ἀλλότριον ὑπηρέτην, χωρὶς τῆς συγκαταθέσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, εἰς ἑνα βαθμὸν καταστῆσαι, ἄκυρος καὶ ἀβέβαιος ἡ κατάστασις ἡ τοιαύτη νομιζοίτο. εἴ τινες δ' ἂν ὑπ' αὐτοῖς ἐπιτρέψαιεν, παρὰ τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν καὶ ὑπομιμνήσκεσθαι καὶ διορθοῦσθαι ὀφείλοισιν. ἅπαντες εἰρήκασι· καὶ οὗτος ὁ ὅρος * στήτω ἀσάλευτος. * ἑστάτω

ιϛ.

Αἴσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκ ἀγνοεῖτε ὁποία καὶ πηλίκη τυγχάνει ἡ τῶν Θεσσαλονικέων μητρόπολις. πολλάκις τοιγαροῦν εἰς αὐτὴν ἀπὸ ἑτέρων ἐπαρχιῶν πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι παραγίνονται, καὶ οὐκ ὀλιγόμηνοι βραχέος διατριβῆς χρόνου, ἀναπομένουσι, καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον αὐτόθι ποιοῦντες διατελοῦσιν· ἢ μόλις μὴ πλεῖστον χρόνον εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐπανιέναι ἐκκλησίας ἀναγκάζονται. περὶ τούτων οὖν ὁριστέον. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οὗτοι οἱ ὅροι, οἱ καὶ ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων ὡρισμένοι, φυλαττέσθωσαν καὶ ἐπὶ τούτων τῶν προσώπων.

ιζ.

Ὑποβάλλοντος καὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ὀλυμπίου, καὶ τοῦτο ἤρεσεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος βίαν ὑπομείνας ἀδίκως ἐκβληθῇ, ἢ διὰ τὸν ἐπιστήμιον, ἢ διὰ τὸν ὁμολογίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἢ διὰ τὸν τῆς ἀληθείας ἔκδικίαν, καὶ φεύγων τὸν κίνδυνον, ἀθῷος καὶ καθωσιωμένος ὢν εἰς ἑτέραν ἔλθοι πόλιν, μὴ κωλυέσθω ἐκεῖ ἐπὶ τοσοῦτον διάγειν, ἕως ἂν ἐπανέλθῃ, ἢ τῆς ὕβρεως τῆς γεγυμνωμένης

ANNO CHRISTI 347. * ἀσάλευτος

ANNO CHRISTI 347.

μὴν ἀπὸ ἀπαλλαγὴν βύρεος δωιη-
θῆ. σκληρὸν γὰρ καὶ βαρύτατον, ἐλασθέν-
τα ἄδικον ὑπομεμψικότα μὴ ἀποδέχεσ-
θαι ὑφ' ἡμῶν. πλείστη γὰρ καλοκαγαθία καὶ
φιλοφρονήσει ὀφείλει παραδέχεσθαι ὁ
τοιοῦτος. πάντες εἰρήκασιν· ἤρεσε καὶ τοῦτο.

ιη'.

Γαυδέντιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οἶδας
ἀδελφὲ Αέτιε, ὡς τὸ γενικῶτατά ποτε
καταστάντος σου ἐπισκόπου, ἡ εἰρήνη
λοιπὸν ἐβράβευσεν, ἵνα μή τινα λείψα-
να δυσνοίας περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν
ἀναπομείνῃ· ἔδοξε καὶ σοὶ περὶ Μου-
σαίου καταστάντας, καὶ σοὶ περὶ Εὐ-
τυχιανοῦ, ὑφ' ἡμῶν οὐδεμία αἰτία
εὑρίσκοιτο, πάντας ἀποδεχθῆναι.

ιθ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· τῆς ἐμῆς με-
τριότητος ἡ ἀποφασίς ἐστιν αὕτη· ἐ-
πειδὴ ἥσυχοι καὶ ἀπομονητικοὶ ὀφεί-
λομεν εἶναι, καὶ διαρκῆ πρὸς πάντας
ἔχειν οἶκτον, ἅπαξ σοὶ εἰς κλῆρον ἐκ-
κλησιαστικὸν προσαχθέντας ὑπό τινων ἀ-
δελφῶν ἡμῶν, ἐὰν μὴ βούλοιντο ἐπαν-
έρχεσθαι εἰς ἃς κατωνομάσθησαν ἐκ-
κλησίας, τὰ λοιπὸν μὴ ἀποδέχεσθαι·
Εὐτυχιανὸν δὲ μήτε ἐπισκόπου ἑαυτῷ
διεκδικεῖν ὄνομα· ἀλλ' οὐδὲ Μουσαῖον
ὡς ἐπίσκοπον νομίζεσθαι. εἰ δὲ λαϊκὴν
κοινωνίαν ἀπαιτοῖεν, μὴ κωλῦσαι αὐτοῖς
ἀρνεῖσθαι. πάντες εἶπον· ἀρέσκει.

κ'.

Γαυδέντιος ἐπίσκοπος εἶπε· ταῦτα
σωτηριωδῶς καὶ ἀκολούθως ὁρισθέντα,
καὶ πρεπόντως τῇ ἐπιεικείᾳ ἡμῶν τῶν ἱε-
ρέων, καὶ θεῷ ἀρέσαντα καὶ ἀνθρώποις,
τὴν δυνάμιν καὶ τὴν ἰσχὺν ἑαυτῶν κα-
τασχεῖν οὐ δυνήσονται· ἐὰν μὴ καὶ φό-
βος ταῖς ἐξενεχθείσαις ἀποφάσεσιν ἀ-
κολουθήσῃ. ἴσμεν γὰρ καὶ αὐτοὶ, πλεο-

sit liberationem inuenire. Durum enim est, atque adeo grauissimum, eum qui iniustam eiectionem passus est, a nobis non susci pi. Is enim debet a nobis plurima humanitate & benignitate excipi. Omnes dixerunt: Hoc etiam placuit.

XVIII.

Gaudentius Episcopus dixit: Scis frater Aetie, quod tunc cum Episcopus constitutus es, pax deinceps viguit; ne aliquæ dissidii reliquiæ remaneant, visum est, vt qui a Musæo & Eutychiano constituti sunt, quia nulla eorum culpa inueniebatur, omnes susci piantur.

XIX.

Osius Episcopus dixit: Meæ mediocritatis hæc est sententia, quia quieti & patientes esse debemus, & perennem in omnes habere misericordiam, eos qui semel in clerum Ecclesiasticum ab aliquibus fratribus nostris promoti sunt, si nolint redire ad eas, ad quas nominati sunt, Ecclesias, deinceps non admitti: Eutychianum autem ne Episcopi quidem sibi nomen vsurpare, sed neque Musæum vt Episcopum existimari. si autem laicam communionem petiuerint, non oportere eis denegari. Omnes dixerunt: Placet.

XX.

Gaudentius Episcopus dixit: Hæc salutariter & congruenter definita, & nostræ sacerdotum dignitati conuenienter, & quæ Deo & hominibus placuerunt, potentiam & vires suas obtinere non poterunt, nisi etiam metus editas sententias consecutus fuerit. Ipsi enim scimus, sæpe

propter paucorum impudentiam, diuinum & in primis venerandum ſacerdotii nomen in * damnationem incurriſſe. Si quis ergo præter ea quæ omnibus viſa ſunt, auſus fuerit, ſtudens faſtui magis & arrogantiæ ſeruire, quam Deo placere, aliquid aliud agere: ſciat iam ſe criminis reum, ac defenſioni obnoxium conſtituere, & epiſcopatus honorem ac dignitatem amittere. Omnes reſponderũt: Decet, & placet nobis hæc ſententia.

* vituperationem, vel contemptum

Porro autem hoc quoque illinc erit maxime notum & re ipſa obſeruatum, ſi vnuſquiſque noſtrum, qui ſumus prope vias publicas ſeu canale conſtituti Epiſcopi, cum viderit Epiſcopum, quærat cauſam tranſitus, & quo pergat: & ſi eum quidem in caſtra proficiſcentem inuenerit, quærat conditiones, quæ ſuperius propoſitæ ſunt: & ſi euocatus veniat, ei abeunti nihil impedimenti fiat: ſin autem oſtentationis gratia, quemadmodum veſtræ dilectioni ſuperius dictum eſt, vel propter aliquorum poſtulata in caſtra feſtinat; nec literis eius ſubſcribat, nec cum eo communicet. Omnes dixerunt: Hoc quoq; decernatur.

ANNO CHRISTI 347.

νάκις διὰ τὴν ὀλίγων ἀναιχυντίαν τὸ θεῖον καὶ σεβασμιώτατον ὄνομα τῆς ἱεροσυνης εἰς καταγνωσιν ἐλθεῖν. εἰ τοίνυν τις παρὰ τὰ πᾶσι δόξαντα τολμήσει, ἀσυνδάλως τύφῳ μᾶλλον καὶ ἀλαζονείᾳ, ἢ τῷ θεῷ ἀρέσαι, ἔργον τε διαπράξασθαι ἤδη γινωσκέτω ἐκλελυμένον ἀπολογίας ἑαυτὸν ὑποβάθιον * καθιστᾶν, καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλλειν. ἅπαντες ἀπεκρίναντο πρέπειν, καὶ ἀρέσκειν ἡμῖν τοιαύτη γνώμη.

* al. καθίσταν.

Καὶ τοῦτο ὃ ἐκεῖθεν μάλιστα γνώριμον γενήσεται, καὶ πληροφορήσεται, ἐὰν ἕκαστος ἡμῶν τῶν ἐν ταῖς παρόδοις ἤτοι καναλίῳ καθεστώτων ἐπισκόπων, θεασάμενος ἐπίσκοπον, ἐπιζητοίη τὴν αἰτίαν τῆς παρόδου, καὶ ποῦ τὴν πορείαν ποιεῖται. καὶ ἐὰν μὲν εὕρῃ αὐτὸν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀπιόντα, ἐπιζητήσας τὰς αἱρέσεις τὰς ἐπαίνῳ προκειμένας. κἂν κεκλημένῳ ἀφικνῆται, ἀπιόντι αὐτῷ μηδὲν ἐμπόδιον γινοίτω· εἰ δὲ ἐπιδείξεως χάριν, καθὼς προείρηται τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, ἢ διὰ ζῆνων ἀξιώσας ἀσυνδάλως ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, μήτε τοῖς γράμμασιν αὐτοῦ ὑπογράφειν, μήτε κοινωνεῖν τῷ τοιούτῳ. ἅπαντες εἶπον· ὁρίζεται καὶ τοῦτο.

---

[h] CANONES CONCILII SARDICENSIS,

Ex interpretatione Dionyſii Exigui.

I.

[i] OSIVS Epiſcopus dixit: Non minus mala conſuetudo, quam pernicioſa corruptela fun-

ANNO CHRISTI 347. ditus eradicanda est; ne cui liceat Episcopo de ciuitate sua ad aliam transire ciuitatem. Manifesta est enim causa, qua hoc facere tentant; cum nullus in hac re inuentus sit Episcopus, qui de maiore ciuitate ad minorem transiret. Vnde apparet, auaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni seruire, & vt dominationem agant. Si omnibus placet, huiusmodi pernicies *sæuius & austerius vindicetur, vt nec laicam communionem habeat qui talis est. Respondérunt vniuersi: Placet.

*seuerius

II.

Osius Episcopus dixit: Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, vt fortassis excusationem afferens asseueret, quod populi literas acceperit; cum manifestum sit, potuisse paucos præmio & mercede corrumpi, eos qui sinceram fidem non habent, vt clamarent in Ecclesia, & ipsum petere viderentur Episcopum. Omnino has fraudes damnandas esse arbitror, ita vt nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si vobis omnibus placet, statuite. Synodus respondit: Placet.

III.

Osius Episcopus dixit: Illud quoque necessario adiiciendum est, vt Episcopi de sua prouincia ad aliam prouinciam, in qua sunt Episcopi, non transeant: nisi forte a fratribus suis inuitati; ne videamur ianuam claudere caritatis. Quod si in aliqua prouincia aliquis Episcopus contra fratrem suum Episcopum litem habuerit; ne vnus e duobus ex alia prouincia aduocet Episcopum cognitorem. Quod si aliquis Episcoporum iudicatus fuerit in

aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, vt iterum Concilium renouetur; ſi vobis placet, ſancti Petri Apoſtoli memoriam honoremus, vt ſcribatur ab his qui cauſam examinarunt, Iulio Romano Epiſcopo: & ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem cauſam eſſe, vt non refricentur ea quæ acta ſunt; quæ decreuerit, confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus reſpondit: Placet. ANNO CHRISTI 347.

IV.

Gaudentius Epiſcopus dixit: Addendum, ſi placet, huic ſententiæ, quam plenam ſanctitate protuliſti; vt cum aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamauerit agendum ſibi negotium in vrbe Roma: alter Epiſcopus in eius cathedra, poſt appellationem eius qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur; niſi cauſa fuerit in iudicio Epiſcopi Romani determinata.

V.

In Græc. vt. Oſius Epiſcopus dixit: Si contigerit in vna prouincia, in qua plurimi fuerint Epiſcopi, vnum forte remanere Epiſcopum; ille vero per negligentiam noluerit ordinare Epiſcopum, & populi conuenerint; Epiſcopi vicinæ prouinciæ debent illum prius conuenire Epiſcopum, qui in ea prouincia moratur: & oſtendere, quod populi petant ſibi rectorem; & hoc iuſtum eſſe, vt & *ipſi veniant, & cum ipſo ordinent Epiſcopum. quod ſi conuentus literis tacuerit & diſſimulauerit, nihilque reſcripſerit; ſatisfaciendum eſſe populis, vt veniant ex vicina

* ipſe veniat,

ANNO CHRISTI 347. prouincia Episcopi, & ordinent Episcopum.

VI.

[m] Licentia vero danda non est ordinandi Episcopum aut in vico aliquo, aut in modica ciuitate, cui sufficit vnus presbyter: quia non est necesse ibi Episcopum fieri, ne vilescat nomen Episcopi & auctoritas. Non debent illi ex alia prouincia inuitati facere Episcopum, nisi aut in his ciuitatibus quæ Episcopos habuerunt; aut si qua talis, aut tam populosa est ciuitas, quæ mereatur habere Episcopum. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet. In Græco igitur præcedenti.

VII.

Osius Episcopus dixit: Placuit autem, vt si Episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint: si appellauerit qui deiectus est, & confugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ, & voluerit se audiri: si iustum putauerit, vt * renouetur iudicium, vel discussionis examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit Episcopum Romanum, vt de latere suo presbyterum mittat: erit in potestate Episcopi quid velit, & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum Episcopis iudicent, habentes eius auctoritatem, a quo destinati sunt; erit in suo arbitrio. Si vero crediderit Episcopos sufficere, vt negotio terminum imponant; faciet quod sapientissimo consilio suo iudicauerit. In Græc. v.

* renouetur examen,

ANNO CHRISTI 347.

VIII.

In Gr. v 11. Osius Episcopus dixit: Importunitates, & nimia frequentia, & iniustæ petitiones fecerunt, nos non tantam habere vel gratiam, vel fiduciam, dum quidam non cessant ad comitatum ire Episcopi, & maxime Afri; qui (sicuti cognouimus) sanctissimi fratris & coepiscopi nostri Grati salutaria consilia spernunt atque contemnunt, vt non solum ad comitatum multas & diuersas Ecclesiæ non profuturas perferant causas, neque vt fieri solet, aut oportet, vt pauperibus, aut viduis, aut pupillis subueniatur; sed & dignitates sæculares, & administrationes quibusdam postulent. Hæc itaque prauitas olim non solum murmurationes, sed & scandala excitat. Honestum est autem, vt Episcopi intercessionem his præstent, qui iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus expolietur: si tamen * ist- hæc nomina iustam habeant causam, aut petitionem. Si ergo vobis, fratres carissimi, placet, decernite, [n] ne Episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hi, qui religiosi Imperatoris literis vel inuitati, vel euocati fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, vt ad misericordiam Ecclesiæ confugiant, qui iniuriam patiuntur, aut qui peccantes, in exilio vel insulis damnantur, aut certe quamcumque sententiam excipiunt: subueniendum est his, & sine dubitatione petenda indulgentia. Hoc ergo decernite, si vobis placet. Vniuersi dixerunt: Placet, & constituatur.

* ista omnia

IX.

In Gr. VIII. Osius Episcopus dixit: Hoc quoque prouidentia vestra tractare debet; quia decreuistis, ne Epi-

ANNO CHRISTI 347. scoporum improbitas nitatur, vt ad comitatum pergant. Quicumque ergo, quales superius memorauimus, preces habuerint, vel acceperint; per diaconum suum mittant: quia persona ministri inuidiosa non est, & quæ impetrauerit, celerius poterit referre. * Et hoc consequens esse videtur, vt de qualibet prouincia Episcopi ad eum fratrem & coepiscopum nostrum preces mittant, qui in metropoli consistit; vt ille & diaconum eius, & supplicationes destinet, tribuens commendatitias epistolas pari ratione ad fratres & coepiscopos nostros, qui in illo tempore in his regionibus & vrbibus morantur, in quibus felix & beatus Augustus rempublicam gubernat. Si vero habet Episcopus amicos in palatio, qui cupit aliquid (quod tamen honestum est) impetrare; non * prohibetur per diaconum suum rogare ac significare his, quos scit benignam intercessionem sibi absenti posse præstare *.

In Græc. IX.

* prohibeatur

* si tamen opportunum fuerit.

X.

Qui vero Romam venerint, sicut dictum est, sanctissimo fratri & coepiscopo nostro Romanæ Ecclesiæ preces quas habent, tradant; vt & ipse prius examinet, si honestæ & iustæ sunt, & præstet diligentiam atque solicitudinem, vt ad comitatum perferantur. Vniuersi dixerunt placere sibi, & honestum esse consilium. * Alypius Episcopus dixit: Si propter pupillos & viduas, vel laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis: nunc vero cum ea postulent præcipue, quæ sine inuidia * hominum, & sine reprehensione esse non

In Græc. est postr. pars Can. IX.

Hæc pars in Græco non habetur.

* omniû.

ANNO CHRISTI 347.

possunt, non necesse est eos ire ad comitatum.

XI.

In Gr. xx. Gaudentius Episcopus dixit: Ea quæ salubriter * prouidistis, conuenientia & æstimationi omniũ, & Deo placitura & hominibus, tenere * hactenus firmitatem possunt, si metus huic sententiæ coniungatur. Scimus enim & ipsi, sæpissime propter paucorum impudentiam, religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur aliquis contra omnium sententiam nisus voluerit ambitioni magis placere quam Deo; is debet scire, causis redditis, honorem dignitatemque se amissurum. Quod ita demum compleri poterit, si vnusquisque nostrum ° qui in canali constitutus est, cum progredientem Episcopum viderit, inquirat transitum eius, causas videat, quo tendat agnoscat: & si quidem eum inuenerit ire ad comitatum, requirat & illud quod superius comprehensum est, * ne forte inuitatus sit, vt ei facultas eundi permittatur. Si vero vt superius memorauit sanctitas vestra, propter desideria & ambitiones ad comitatum pergat: neque in literis eius subscribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placet, omnium sententia confirmari debet. Vniuersi dixerunt honestum esse, & placere sibi hanc constitutionem.

* præmonuistis, * suam

* nisi inuitatus

XII.

Non est in Græco. Osius Episcopus dixit: Sed & moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne adhuc aliqui nescientes quid decretum sit in Synodo, subito veniant ad ciuitates eas quæ in canali sunt. Debet ergo Episcopus ciuitatis ipsius admonere eum, & instruere,

ANNO CHRISTI 347. struere, vt ex eo loco diaconum suum mittat; admonitus ipse tamen redeat in parœciam suam.

XIII.

Osius Episcopus dixit[P]: Et hoc necessarium arbitror, vt diligentissime tractetis, si forte aut diues, aut scholasticus de foro, aut ex * administratore Episcopus fuerit postulatus; vt non prius ordinetur, nisi ante & lectoris munere, & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus; & ita per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habebũt vtiq; prolixum tempus, probari qua fide sit, quave modestia, qua grauitate & verecundia. Et si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio illustretur: quia conueniens non est, nec ratio vel disciplina patitur, vt temere & leuiter ordinetur aut Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est: maxime cum & magister gentium beatus Apostolus, ne hoc fieret, denuntiasse & prohibuisse videatur; sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint comprobata. Vniuersi dixerunt placere sibi hæc.

* administratione

In Græc. x.

1. Timot. 3. b. 6.

XIV.

Osius Episcopus dixit: Et hoc quoque statuere debetis; vt Episcopus, si ex alia ciuitate conuenerit ad aliam ciuitatem, vel ex prouincia sua ad aliam prouinciam, & ambitioni magis quam deuotioni seruiens, voluerit in aliena ciuitate multo tempore residere: forte enim euenit Episcopum loci non esse tam instructum, neque tam doctum; is vero qui aduenit, incipiat contemnere eum, & frequenter

In Græc. xi.

facere sermonem, vt dehonestet & infirmet illius personam; ita vt ex hac occasione non dubitet relinquere assignatam sibi ecclesiam, & transeat ad alienam: definite ergo tempus; quia & non recipi Episcopum, inhumanum est; & si diutius resideat, pernicioſum est. Hoc ergo ne fiat, prouidendum est. Memini autem superiore Concilio fratres nostros constituisse, vt si quis laicus in ea, in qua commoratur ciuitate, tres Dominicos dies, id est, per tres septimanas non celebrasset conuentum, communione priuaretur. Si ergo hæc circa laicos constituta sunt; multo magis Episcopum nec licet, nec decet, si nulla sit tam grauis necessitas quæ detineat, vt amplius a suprascripto tempore absens sit ab ecclesia sua. Vniuersi dixerunt placere sibi.

ANNO CHRISTI 347.

Concil. Eliberin. c. 21

XV.

In Gr. x 11.

Osius Episcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet; sunt quidam fratres & coepiscopi nostri, qui non in ea ciuitate residēt, in qua videntur Episcopi esse constituti, vel quod paruam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoscuntur; vel certe affectione proximorum, quibus indulgeant: hactenus permitti eis oportet, vt accedant ad possessiones suas, & disponant vel ordinent fructum laboris sui; vt post tres Dominicas, id est, post tres hebdomadas, si morari necesse est, in suis potius fundis morentur. Aut si est proxima ciuitas, in qua est presbyter, ne sine ecclesia videatur facere diem Dominicum, illuc accedat: vt neque res domesticæ per absentiam eius detrimentū sustineant, & non frequenter veniendo ad ciuitatem, in qua

ANNO CHRISTI 347. Episcopus moratur, suspicionem iactantiæ & ambitionis euadat. Vniuersi dixerunt placere sibi.

XVI.

Osius Episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placeat, vt siue diaconus, siue presbyter, siue quis clericorum ab Episcopo suo communione fuerit priuatus, & ad alterum perrexerit Episcopum; & scierit ille, ad quem confugit, eum ab Episcopo suo fuisse abiectum: non oportet vt ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se conuocatis Episcopis causas esse dicturum. Vniuersi dixerunt: Hoc statutum & pacem seruabit, & concordiam custodiet. In Gr. XIII.

XVII.

Osius Episcopus dixit: Quod me adhuc mouet, reticere non debeo. Si Episcopus quis forte iracundus (quod esse non debet) cito & aspere commoueatur aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit; prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo [q] habeat potestatem is qui abiectus est, vt Episcopos finitimos interpellet, & causa eius audiatur, ac diligentius tractetur; quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille Episcopus, qui aut iuste aut iniuste eum abiecit, patienter accipiat, vt negotium discutiatur: vt vel probetur sententia eius a plurimis, vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter & fideliter examinentur, eum qui fuerit a communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet præsumere, vt * communioni societ. Hi vero qui con- In Gr. XIV.

* recipiat, &

ANNO CHRISTI 347.

ueniunt ad audiendum, si viderint clericorum esse * fastidium & superbiam, quia iam non decet, vt Episcopus iniuriam, vel contumeliam patiatur, * seuerioribus eos verbis castigent, vt obediant honesta præcipienti Episcopo: quia sicut ille clericis sincerum exhibere debet amorem caritatis, ita quoque vicissim ministri infucata debent Episcopo suo exhibere obsequia.

* fastigiũ

* austerioribus

XVIII.

Caput istud Græce non extat.

Ianuarius Episcopus dixit: Illud quoque statuat sanctitas vestra, vt nulli Episcopo liceat alterius Episcopi ciuitatis ministrum ecclesiasticum solicitare, & in suis parochiis ordinare. Vniuersi dixerunt, Placet: quia ex his contentionibus solet nasci discordia; & ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat.

XIX.

In Gr. xv.

Osius Episcopus dixit: Et hoc vniuersi constituimus, vt quicumque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu Episcopi ipsius & sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio eius. Quicumque autem hoc vsurpauerit, a fratribus & coepiscopis nostris & admoneri debet, & corrigi.

XX.

In Gr. xvi.

Aetius Episcopus dixit: [r] Non ignoratis quanta & qualis sit Thessalonicensium ciuitas. sæpe ad eam veniunt ex aliis regionibus presbyteri & diaconi, & non sunt contenti breui tempore morari, sed aut residentibi, aut certe vix post longa spatia ad sua redire coguntur. Vniuersi dixerunt: Ea tempora,

ANNO CHRISTI 347. quæ constituta sunt circa Episcopos, & circa has personas, obseruari debent.

XXI.

Osius Episcopus dixit: Suggerente fratre & coepiscopo nostro Olympio, etiam hoc placuit; vt si aliquis vim perpessus est, & inique expulsus pro disciplina & Catholica * confessione, vel pro defensione veritatis, effugiens pericula, innocens & deuotus ad aliam venerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, quamdiu aut redire possit, aut iniuria eius remedium acceperit: quia durum est, eum qui persecutionem patitur, non recipi: etiam & larga beneuolentia, & humanitas ei est exhibenda. Omnis Synodus dixit: Vniuersa quæ constituta sunt, Catholica Ecclesia in vniuerso orbe diffusa custodiet.

* professione,

[f] Et subscripserunt qui conuenerant Episcopi omnes diuersarum prouinciarum, sic: Ego N. Episcopus ciuitatis N. & prouinciæ N. ita credo, sicut supra scriptum est.

CANONES CONCILII SARDICENSIS,

Ex interpretatione Isidori Mercatoris.

I.

OSIVS Episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quam pernicioſa corruptela funditus eradicanda est; ne cui liceat Episcopo de sua ciuitate ad aliam transire. Manifesta est enim causa, qua hoc facere tentant; cum nullus in hac re inuentus sit Episcopus, qui de maiore ciuitate

ad minorem tranſierit. Vnde apparet, auaritiæ eos ardore inflammari, & ambitioni ſeruire, & vt dominationem exerceant. Si ergo omnibus placet, huiuſmodi pernicies auſterius vindicetur, nec laicam communionem habeat qui talis eſt. Vniuerſi dixerunt: Placet. Oſius Epiſcopus dixit: Etiam ſi talis aliquis extiterit temerarius, vt forſitan excuſationem afferat, quod populi literas acceperit; cum manifeſtum ſit, præmio & mercede paucos, qui ſinceram fidem non habent, potuiſſe corrumpi, vt clamarent in Eccleſia, & ipſum petere viderentur Epiſcopum: omnino has fraudes damnandas eſſe arbitror, ita vt nec laicam communionem in fine accipiat talis. Quod ſi vobis omnibus placet, ſtatuite. Vniuerſi dixerunt: Placet. ANNO CHRISTI 347.

II.

Oſius Epiſcopus dixit: Illud quoque ſtatutum ſit, vt Epiſcopus de ſua prouincia ad aliam prouinciam, in qua ſunt Epiſcopi, non tranſeat, niſi forte a fratribus ſuis inuitatus; ne videamur ianuam caritatis claudere.

III.

Oſius Epiſcopus dixit: Prouidendum eſt etiam, vt ſi in aliqua prouincia forte aliquis Epiſcopus contra fratrem ſuum Epiſcopum litem habuerit; ne vnus e duobus ex alia prouincia aduocet Epiſcopos ad iudicium.

IV.

Oſius Epiſcopus dixit: Quod ſi aliquis Epiſcopus adiudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, vt iterum iudicium reno-

ANNO CHRISTI 347. uetur; si vobis placet, sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, vt scribatur vel ab his qui examinauerunt, vel etiam ab aliis Episcopis qui * in prouincia proxima morantur, Romano Episcopo. Et si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem causam, vt ea non refricentur quæ acta sunt; quæ decreuerit Romanus Episcopus, confirmata erunt. Si ergo hoc omnibus placet, statuatur. Synodus respondit: Placet.

* in propinquo morantur.

V.

Gaudentius Episcopus dixit: Addendum est, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulistis; vt cum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum iudicio, qui in vicinis commorantur locis, & proclamauerit agendum sibi negotium in vrbe Roma; alter Episcopus in eadem cathedra, post appellationem eius qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Romani Episcopi determinata.

VI.

Osius Episcopus dixit: Si contigerit in vna prouincia, in qua fuerint plurimi Episcopi, vnum forte remanere Episcopum; ille vero per negligentiam noluerit ordinare Episcopum, & populi * conuenerint: Episcopi vicinæ prouinciæ debent illum conuenire Episcopum, qui in eadem prouincia moratur, & ostendere quod populi petant sibi rectorem, & hoc iustum esse, vt & * ipse veniat, & cum eo ordinent Episcopum. Quod si conuentus literis ta-

* cõuenerint Episcoposvicinæ prouinciæ, debere illum prius conuenire Episcopum

* ipsi veniant

cuerit & dissimulauerit, nihilque responderit: tunc satisfaciendum esse populis, vt veniant ex vicinis prouinciis, & ordinent Episcopum. Iterum, licentia ordinandi Episcopum danda passim non est. Si enim subito aut vicus aliquis, aut modica ciuitas, cui satis est vnus presbyter, voluerit sibi Episcopum ordinari, ad hoc, vt vilescat nomen Episcopi, & summi honoris auctoritas: non debent illi ex alia prouincia inuitati facere Episcopum, nisi aut in ciuitatibus quæ Episcopos habuerunt, aut si qua tam populosa est ciuitas vel locus, qui mereatur habere Episcopum. Synodus respondit: Placet. ANNO CHRISTI 347.

VII.

Osius Episcopus dixit: Et hoc placuit, vt si Episcopus accusatus fuerit, & omnes iudicauerint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint; si appellauerit qui deiectus videtur, & confugerit ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ Episcopum, & voluerit se audiri: si iustum putauerit, vt renouetur examen, scribere his Episcopis dignetur Romanus Episcopus, qui in finitima & propinqua altera prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit Episcopum Romanum, vt de latere suo presbyteros mittat; erit in potestate ipsius quid velit, & quid æstimet. Si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum Episcopis iudicent, vt habeant etiam * auctoritatem personæ illius, a quo destinati sunt; erit in eius arbitrio. Si vero crediderit sufficere Episcopos

* potestatem

ANNO CHRISTI 347. piscopos comprouinciales, vt negotio terminum imponant', faciet quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

VIII.

Osius Episcopus dixit: Importunitatis nostræ nimia frequentia, & iniustæ petitiones fecerunt, nos non tantam habere gratiam, aut fiduciam, dum quidam non cessant ad comitatum ire Episcopi, & maxime Afri; qui (sicuti cognouimus) sanctissimi fratris & coepiscopi nostri Grati salutaria consilia spernunt atque contemnunt, & non solum ad comitatum multas & diuersas Ecclesiæ non profuturas perferunt causas, vt fieri solet, aut oportet, vt aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis subueniatur; sed & dignitates sæculares, & administrationes * quibusdam postulant. Hæc itaque prauitas olim non solum murmurationes, sed & scandala excitat. Honestum est autem, vt Episcopus intercessionem suam his præstet, qui aliqua iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus expolietur: tamen & ista omnia, si iustam habeant causam & petitionem. Si vobis ergo, fratres carissimi, placet, decernite, ne Episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hi, qui religiosissimi Imperatoris literis vel inuitati fuerint, vel vocati. Sed quoniam sæpe contingit, vt ad misericordiam Ecclesiæ confugiant, qui iniuriam patiuntur, & qui peccantes in exilium vel insulas damnantur, aut certe quamcumque sententiam suscipiunt: ideo subueniendum est his, & sine dubitatione eis petenda per Ecclesiam indulgentia. Si vero hoc vobis placet, statuatur. Vniuersi

* quasdam

dixerunt : Placet, & conſtituatur. ANNO CHRISTI 347.

IX.

Oſius Epiſcopus dixit : Hæc quoque prudentia veſtra tractare debet ; vt quia decreuiſtis, ne Epiſcopi improbitas notetur ad comitatum pergendo : quicumque ergo, quales ſuperius memorauimus, preces habuerint vel acceperint, per diaconum ſuum mittant ; quia perſona miniſtri non erit inuidioſa, & quæ celerius poterit quæ impetrauerit referre. Et hoc conſequens eſſe videtur, vt vnuſquiſque qui preces habuerit, eas ad fratres & coepiſcopos noſtros, qui in maxima ciuitate, id eſt, qui in metropoli conſiſtunt, mittat ; & illi per ſuos diaconos deſtinent, tribuendo commendatitias epiſtolas pari ratione ad fratres & coepiſcopos noſtros, qui illo tempore in his regionibus & vrbibus morantur, in quibus felix & beatus Auguſtus rempublicam gubernat. Si vero habet quis Epiſcoporum amicos in palatio, qui cupit aliquid (quod tamen honeſtum eſt) impetrare ; non prohibeatur per diaconum ſuum rogare, & ſignificare eis, quos ſcit benigna interceſſione ſibi abſenti poſſe præſtare. Qui vero Romam venerit, ſicut dictum eſt, ſanctiſſimo fratri & coepiſcopo noſtro Romanæ Eccleſiæ preces, quas habet, tradat, vt & ipſe prius examinet, ſi honeſtæ & iuſtæ ſunt, & præſtet diligentiam atque ſolicitudinem, vt ad comitatum perferantur. Vniuerſi dixerunt placere ſibi, & honeſtum eſſe conſilium.

X.

Alypius Epiſcopus dixit : Si propter pupillos &

ANNO CHRISTI 347. viduas, vel laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid iustæ rationis: nunc vero cum ea postulent, quæ sine inuidia omnium & reprehensione esse non possunt, non necesse est eos ire ad comitatum.

XI.

Gaudentius Episcopus dixit: Ea quæ salubriter * prouidistis conuenienti æstimatione, omniumque Deo placitura & hominibus, tenere hactenus fortitudinem possunt, si metus huic sententiæ coniungatur. Scimus enim etiam ipsi, sæpissime propter paucorum imprudentiam sacrum ac religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur contra omnium sententiam aliquis nisus, voluerit ambitioni magis placere quam Deo, is debet scire, causis redditis, honorem atque dignitatem se amissurum. Hoc autem sciri & comperiri poterit, si vnusquisque nostrum qui in canali constitutus est, cum progredientem Episcopum viderit, inquirat transitum eius, causas videat, quo tendit agnoscat. Et si quidem eum agnouerit ire ad comitatum, requirat illud quod superius comprehensum est, * ne forte inuitatus sit, vt ei facultas eundi permittatur. Si vero (vt superius meminit sanctitas vestra) propter desideria & ambitiones ire ad comitatum tentauerit, neque literis eius subscribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placet, omnium sententia confirmari debet. Vniuersi dixerunt, hoc honestum esse, & placere constitutionem.

* præuidistis

* nisi

XII.

ANNO CHRISTI 347.

Osius Episcopus dixit: Sed & moderatio est necessaria, dilectissimi fratres, ne adhuc quidam nescientes quid decretum sit in Synodo, subito veniant ad ciuitates eas, quæ in canali sunt: debet Episcopus ciuitatis ipsius admonere & instruere illum, * & ex eo loco ille mittat diaconum; admonitus tamen ipse redeat ad parochiam suam.

* vt

XIII.

Osius Episcopus dixit: Necessarium arbitror, vt diligentissime * tractetis, si forte aut diues, aut scholasticus de foro, aut ex * administratore Episcopus fuerit postulatus, non prius ordinetur, nisi ante & lectoris munere, & officio diaconi, & presbyteri fuerit perfunctus; & ita per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habent vtique prolixum tempus, probari qua fide sit, quave modestia, & grauitate, & verecundia. Et si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio illustretur. Nam nec conueniens est, nec * ratio nec disciplina patitur, vt temere ac leuiter ordinetur aut Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est: maxime cum beatissimus Apostolus magister gentium, ne hoc fieret, denuntiasse & prohibuisse videatur; sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita comprobata. Vniuersi dixerunt placere sibi hæc.

* tractetur,
* administratione
* ratio disciplinæ
1. Timot. 3. b

XIV.

Osius Episcopus dixit: Hoc quoque statuere debetis; vt Episcopus, ex alia ciuitate cum venerit

ANNO CHRISTI 347. ad aliam ciuitatem, vel ex prouincia sua ad aliam prouinciam,& ambitioni magis seruiat,quam deuotioni; ita vt si voluerit in aliena ciuitate multo tempore residere, & contingat vt Episcopus ciuitatis ipsius non tam instructus sit, nec tam doctus; is vero qui aduenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere sermonem, vt dehonestet & deformet illius personam: qua occasione fit,vt non dubitet relinquere sibi assignatam ecclesiam, & transire ad alienam: definite ergo tempus; quia & non recipi Episcopum, inhumanum est; & diutius residere, pernicioſum. Ne fiat ergo hoc, prouidendum est. Memini autem superiore Concilio fratres nostros constituisse, vt si quis laicus in ea qua commoratur ciuitate, tres Dominicas,id est, per tres septimanas non celebrasset conuentum, communione priuaretur. Si ergo hæc circa laicos constituta sunt; tanto magis nec licet,nec decet vt Episcopus,si nullam tam grauem habet necessitatem, nec tam difficilem rationem, tamdiu desit ab Ecclesia, ne populum contristet. Vniuersi dixerunt placere sibi.

XV.

Osius Episcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet; sunt quidam fratres & coepiscopi nostri, qui non in ea ciuitate * possident, in qua Episcopi videntur esse constituti, vel certe paucam rem ibi, alibi autem idonea prædia habere noscuntur, vel affectiones proximorum, quibus indulgeant: hactenus autem eis permitti oportet, vt accedant ad possessiones suas, & disponant vel ordinent fructum laboris sui; vt post tres Dominicas, id est, post tres

* residen.

ANNO CHRISTI 347.

septimanas, si morari necesse est, in suis potius fundis morentur. Et si est proxima ciuitas, in qua presbyter est, ne sine Ecclesia facere videatur diem Dominicum, illuc accedat: vt nec res eius domesticæ per absentiam eius detrimentum sustineant, & non frequenter veniendo ad aliam ciuitatem, in qua est Episcopus, suspicionem iactantiæ & ambitionis incurrat. Vniuersi dixerunt placere sibi.

XVI.

Osius Episcopus dixit: Si hoc quoque omnibus placet, vt siue diaconus, siue presbyter, siue quis clericorum ab Episcopo suo communione fuerit priuatus, & ad alterum perrexerit Episcopum; & scierit ille, ad quem confugerit, eum ab Episcopo suo fuisse abiectum: non oportet vt ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se conuocatis Episcopis causas esse dicturum. Vniuersi dixerunt: Hoc statutum & pacem seruabit, & concordiam custodiet.

XVII.

Osius Episcopus dixit: Quod me adhuc mouet, reticere non debeo. Si Episcopus quis forte iracundus (quod esse non debet) cito aut aspere commoueatur aduersus presbyterum, aut diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit; prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem qui deiectus est, vt finitimos Episcopos interpellet, & causa eius audiatur, & diligentius tractetur; quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille Episcopus, qui aut iuste aut iniuste eum deiecit; patienter accipiat, vt negotium discutiatur: vt vel

ANNO CHRISTI 347. probetur ſententia eius a plurimis, vel emendetur. Tamen priuſquam omnia diligenter & fideliter fuerint examinata, eum qui fuerit a communione ſeparatus, nullus alius debet præſumere vt recipiat, & communioni ſociet. Qui autem conuenerint ad audiendum, ſi clericorum eſſe faſtigium viderint & ſuperbiam, quia non decet vt Epiſcopus aut iniuriam aut contumeliam patiatur, auſterioribus eos verbis caſtigent, vt obediant honeſta præcipienti Epiſcopo: quia ſicut ille ſincerum amorem debet clericis exhibere caritatis, ita quoque viciſſim miniſtri infucata debent Epiſcopo ſuo exhibere obſequia.

XVIII.

Ianuarius Epiſcopus dixit: Illud quoque ſanctitas veſtra ſtatuat, vt nulli Epiſcopo liceat alterius ciuitatis hominem eccleſiaſticum ſolicitare, & in ſua diœceſi ordinare clericum; quia ex his contentionibus ſolent naſci diſcordiæ: & ideo prohibeat omnium ſententia, ne quis hoc facere audeat.

XIX.

Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc vniuerſi conſtituimus, vt quicumque ex alia parochia voluerit alienum miniſtrum ſine conſenſu Epiſcopi ipſius & ſine voluntate ordinare, non ſit rata ordinatio eius. Quicumque autem hoc vſurpauerit, a fratribus & coepiſcopis noſtris & admoneri debet, & corrigi.

XX.

Aetius Epiſcopus dixit: Non ignoratis quanta & qualis ſit Theſſalonicenſium ciuitas. Sæpe enim

ad eam veniunt ex aliis regionibus presbyteri & diaconi, & non sunt contenti vt breui tempore morentur, & aut resident ibi, aut certe vix post longa spatia ad sua redire coguntur. Vniuersi dixerunt: Ea tempora, quæ constituta sunt circa Episcopos, & erga horum personas, obseruari debent. ANNO CHRISTI 347.

XXI.

Osius Episcopus dixit: Suggerente fratre & coepiscopo nostro Olympio, hoc etiam placuit, vt si aliquis vim perpessus est, & inique pulsatus pro disciplina vel Catholica confessione, vel defensione veritatis, fugiens pericula, innocens & deuotus ad aliam venerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, quamdiu aut redire potuerit, aut iniuria eius remedium acceperit. Durum est enim, qui persecutiones patitur non recipi. Etiam & larga beneuolentia, & humanitas ei est exhibenda.

Inter ceteros qui subscripserunt huic Synodo, referuntur sequentes.

Osius ab Hispania, Episcopus ciuitatis Cordubensis.
Vincentius de Capua.
Calepodius Neapolitanus.
Athanasius Episcopus ciuitatis Alexandriæ magnæ.
Ianuarius Episcopus Beneuentanus.
Anianus ab Hispania, de Castulona.
Florentinus ab Hispaniis, de Emerita.
Domitianus ab Hispaniis, de Asturica.
Castus ab Hispaniis, de Cæsaraugusta.
Prætextatus ab Hispaniis, de Barcilona.
Maximus a Tuscia, de Luca.
Porphyrius a Macedonia, de Philippis.
Marcellus a Macedonia, de Ancyra Galatiæ.
Eutherius * a Procia, de Candos. * ciuit. Prochitæ
Asclepius a Palæstina, de Gaza.
Moschus a Thessalia, de Thebis.
Bassus a Macedonia, de Diocletianopoli.
Protogenes a Dacia, de Sardica.
Dioscorus, * de Thracia. * Theraſiæ.
Hymenæus a Thessalia, * de Phrata. *ciu. Cyperæ.
Lucius a Thracia, * de Caniopoli. * Adrianopoli.
* Lucius ab Italia, de Verona. * Lucillus.
Euagrius a Macedonia, de Heracleanopoli.

Diony-

ANNO CHRISTI 347.

Dionysius ab Achaia, * de Helide.
Iulius ab Achaia, * de Thebesse.
Athenodorus * a Dacia, de Blacena.
Diodorus ab Asia, de Tenedo insula.
Alexander a Thessalia, de Larissa.
Aetius a Macedonia, de Thessalonica.
Vitalis a Dacia ripensi, de Aquis.
Paregorius a Dardania, de Scupis.
Tryphō ab Achaia, * de Macarce.
Gaudētius * ab Achaia, de Naiso.
Ionas a Macedonia, * de Partecopoli.
Alypius ab Achaia, de Megaris.
Macedonius a Dardania, de Vlpianis.
Caluus a Dacia ripensi, de Castro Martis.
Fortunatianus ab Italia, de Aquileia.
Prostarcus ab Achaia, de Patris.
Heliodorus ciuitatis Nicopolis.
Eutherius a Pannoniis.
Arius a Palæstina.
* Asterius de Arabia.
Chocras ab Achaia.
Stercorius ab Apulia, de Canusio.
Irenæus ab Achaia, de Secoro.
Martyrius ab Achaia, de Neapoli.
Seuerus ab Italia, de Rauenna.
Vrsacius ab Italia, de Brixia.
Protasius ab Italia, de Mediolano.
Marcus ab Asia, * de Scisicia.
Verissimus a Gallia, de Lugduno.
Valens a Dacia ripensi, Scythopolitanus.
Palladius a Macedonia, de Dio.
Gerontius a Macedonia, * de Brebi.
Alexander ab Achaia, * de Moreniis.
Eutychius ab Achaia.
Tychius ab Asia, de Methonis.
Zosimus a Macedonia, * de Lignedo.

* Helice. * Thebe eptapoleos. * ab Achaia, de Blatea.

* Marathonésis. * a Dacia, de Naxo. * Parthenopoli.

* Asturius

* Cissa.

* ciuit. Beri. *al.* Beroæ.

* Maronex.

* Lichnidi.

SYNODI SARDICENSIS EPISTOLA AD IVLIVM VRBIS ROMÆ EPISCOPVM.

QVOD semper credidimus, etiam nunc sentimus: experientia enim probat & confirmat, quæ quisque auditione audiuit. Verum est enim quod beatissimus magister gentium Paulus Apostolus de se locutus est: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?* Quamquam vtique, quia in ipso Dominus Christus habitauit, dubitari non possit Spiritum sanctum per animam eius locutum, & organum corporis personasse. Et tu itaque, dilectissime frater, corpore separatus, mente concordi ac voluntate adfuisti: & honesta fuit & necessaria excusatio absentiæ, ne aut lupi schismatici furtum facerent & raperent per insidias, aut canes hæretici rabido furore exciti insani oblatrarent, aut certe serpens diabolus blasphemiarum venenum effunderet. Hoc enim opti-

Ex Crescōnii collectione, & Hilarii fragmentis. Baron. an. 347. num. 24.

2. *Cor.* 13.

mum & valde congruentiſſimum eſſe videbitur, ſi ad caput, id eſt, ad Petri Apoſtoli ſedem de ſingulis quibuſque prouinciis Domini referant ſacerdotes. Quoniam ergo vniuerſa quæ geſta ſunt, quæ acta, quæ conſtituta, & chartæ continent, & viuæ voces cariſſimorum fratrum & compresbyterorum noſtrorum Archidami & Philoxeni, & cariſſimi filii noſtri Leonis diaconi, veriſſime & fideliter exponere poterunt; pene ſuperuacuum videatur, eadem his literis inſerere. Patuit apud omnes qui conuenerunt ex partibus Orientis, qui ſe appellant Epiſcopos; quamquam ſint ex his certi auctores, quorum ſacrilegas mentes Ariana hæreſis peſtifero tinxit veneno; diu tergiuerſatos propter diffidentiam ad iudicium venire noluiſſe, tuamque & noſtram reprehendere communionem, quæ nullam habebat culpam, quia non ſolum octoginta Epiſcopis teſtantibus de innocentia Athanaſii pariter credidimus; ſed & conuenti per presbyteros tuos & per epiſtolam, ad Synodum quæ futura erat in vrbe Roma, venire noluerunt: & ſatis erat iniquum, illis contemnentibus, tot ſacerdotibus teſtimonium perhibentibus, Marcello & Athanaſio denegare ſocietatem. Tria fuerũt quæ tractanda erant. nam & ipſi religioſiſſimi Imperatores permiſerunt, vt de integro vniuerſa diſcuſſa diſputarentur; & ante omnia de ſancta fide, & de integritate veritatis, quam violauerunt: ſecunda de perſonis, quas dicebant eſſe deiectas de iniquo iudicio, vt ſi potuiſſent probare, iuſta fieret confirmatio: tertia vero quæſtio, quæ vere quæſtio appellanda eſt, quod graues & acerbas iniurias, intolerabiles etiam & nefarias contumelias eccleſiis feciſſent, cum raperent Epiſcopos, presbyteros, diaconos, & omnes clericos in exilium mitterent, ad deſerta loca tranſducerent, fame, ſiti, nuditate, & omni egeſtate necarent; alios clauſos carcere, ſqualore & putore conficerent, nonnullos ferreis vinculis, ita vt ceruices eis arctiſſimis circulis ſtrangularentur: denique ex ipſis quidam vincti, in eadem iniuſta defecerunt pœna: quorum ambigi non poteſt martyrio glorioſam mortem extitiſſe. adhuc quoque audent quoſdam retinere: nec vlla cauſa fuit criminis, niſi quod repugnarent, & clamarent quod execrarentur Arianam & Euſebii hæreſim, & nollent habere cum talibus

ANNO CHRISTI 347.

ANNO CHRISTI 347. communionem; iis autem qui secum sentire maluerunt, prodesse; & qui ante fuerant deiecti, non solum recepti sunt, sed etiam ad clericalem dignitatem promoti, & receperunt præmium falsitatis. Quid autem de impiis & de imperitis adolescentibus Vrsacio & Valente statutum sit, accipe beatissime frater. Quia manifestum erat hos non cessare adulterinæ doctrinæ lethalia semina spargere, & quod Valens relicta ecclesia aliam inuadere voluisset eo tempore, quo seditionem commouit, vnus ex fra-
* Victor. tribus nostris qui fugere non potuit * Viator, obrutus & conculcatus, in eadem Aquileiensium ciuitate die tertia defecit. causam vtique mortis præbuit Valens, qui perturbauit, qui solicitauit. Sed ea quæ beatissimis Augustis significauimus, cum legeritis, facile peruidebitis, nihil nos prætermisisse, quantum ratio patiebatur: & ne molesta esset longa narratio, quæ fecissent & commisissent, insinuamus. Tua autem excellens prudentia disponere debet, vt per tua scripta, qui in Sicilia, qui in Sardinia, & in Italia sunt fratres nostri, quæ acta sunt, & quæ definita, cognoscant; & ne ignorantes eorum accipiant literas communi-
al. iusta sententia degradauit. catorias, quos * extra episcopatum iusta sententia declarauit. Perseuerent autem Marcellus, Athanasius, & Asclepius in nostra communione, quia obesse eis non poterat iniquum iudicium, & fuga & tergiuersatio eorum, qui ad iudicium omnium Episcoporum, qui conuenimus, venire noluerunt. Ceterum, sicuti superius commemorauimus, plena relatio fratrum, quos sincera caritas tua misit, vnanimitatem tuam perdocebit. Eorum autem nomina, qui pro facinoribus suis deiecti sunt, subiicere curauimus, vt sciret eximia grauitas tua, qui essent communione priuati, vti ante prælocuti sumus. Omnes fratres & coepiscopos nostros literis tuis admonere digneris, ne epistolas, id est, literas communicatorias eorum accipiant.

Nomina hæreticorum.

Vrsacius a Singiduno, Valens a Mursa, Narcissus a Neronopoli, Stephanus ab Antiochia, Acacius a Cæsarea, Menophanes ab Epheso, Georgius a Laodicea.

Et subscripserunt Episcopi qui supra.

ANNO CHRISTI 347.

EPISTOLA CONCILII Sardicenſis ad Eccleſiam Alexandrinam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΗΣ ΕΝ Σαρδικῇ συναχθείσης συνόδου, τῇ ἐκκλησίᾳ Αλεξανδρέων.

Ex Athan. apol. 2. Baron. an. 347. n. 26.

Sacra Synodus per gratiam Dei Sardicæ congregata, e Roma, Hiſpaniis, Galliis, Italia, Africa, Sardinia, Pannoniis, Myſiis, Dacia, Norico, Tuſcia, Dardania, & ſecunda Dacia, Macedonia, Theſſalia, Achaia, Epiro, Thracia, Rhodope, Paleſtina, Arabia, Creta, Ægypto, presbyteris & diaconis, & vniuerſæ Eccleſiæ Dei per Alexandrinam parochiam, dilectis fratribus, in Domino ſalutem.

Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ κατὰ θεοῦ χάριν συναχθεῖσα Σαρδικῇ ἀπὸ Ρώμης, καὶ Σπανιῶν, Γαλλιῶν, Ἰταλίας, Ἀφρικῆς, Σαρδινίας, Παννονιῶν, Μυσιῶν, Δακίας, Νωρείκου, Τουσκίας, Δαρδανίας, ἄλλης Δακίας, Μακεδονίας, Θεσσαλίας, Ἀχαΐας, Ἠπείρων, Θράκης, Ῥοδόπης, Παλαιστίνης, καὶ Ἀραβίας, καὶ Κρήτης, Αἰγύπτῳ, πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ πάσῃ τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, τῇ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν παροικούσῃ, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν. Ασυλεία β'. Αθανασίου.

ETIAM antequam acciperemus literas veſtræ religionis, non ignotum id nobis, ſed prorſus compertum erat, anteſignanos infauſti nominis Arianorum multa & grauia, ſed tamen magis in exitium ſuarum animarum, quam in Eccleſiam molitos eſſe. Ea enim eorum ars & vafricies fuit, ſemperque huius peſtiferi propoſiti fuere, vt omnes vbique orthodoxæ fidei homines, & Catholicæ Eccleſiæ doctrinam a patribus traditam ſeruantes, exagitent & perſequantur. Quorum nonnullos falſis criminibus circumuenerunt, alios extra fines ſuos relegarunt, alios in ipſis ſuppliciis abſumpſerunt: certe fratris noſtri & coepiſcopi Athanaſii innocentiam vi & tyrannide circumuenire, & opprimere conati ſunt, nulla in eius iudicio neque ſedulitate, neque fide, ne-

ΚΑΙ πρὶν μὲν λαβεῖν ἡμᾶς τὰ γράμματα τῆς εὐλαβείας ὑμῶν, οὐκ ἠγνοοῦμεν, ἀλλὰ φανερὸν ἡμῖν ἦν, ὡς ὅπερ ἐστὶ τῆς δυσωνύμου τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσεως πρόσταγμα πολλὰ καὶ δεινά, μᾶλλον δὲ ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, ἢ κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐμηχανῶντο. αὕτη γὰρ ἦν αὐτῶν ἡ τέχνη καὶ πανουργία, πάντας ἀεὶ τοὺς θανατηφόρου γενόμενοι προθέσεως, ὅπως πάντας τοὺς ὁπουδήποτε τυγχάνοντας τῆς ὀρθῆς δόξης, καὶ τὴν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας διδασκαλίαν κατέχοντας, τὴν παρὰ τῶν πατέρων αὐτοῖς παραδοθεῖσαν, κατευδάζωσιν ἐλαύνειν καὶ διώκειν. τοὺς μὲν γὰρ πλάσεσιν ἐγκλήμασιν ὑπέβαλλον, ἄλλους εἰς ὀξορισμὸν ἀπέστελλον, ἄλλους ἐν αὐταῖς ταῖς ζημιώσεσι κατεπόνουν· ἀμελῆ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου ἡμῶν Ἀθανασίου τὴν καθαρότητα βίᾳ καὶ τυραννίδι συλλαβεῖν ἐσπούδασαν· καὶ διὰ τοῦτο ὅτε ὀλιγωρίας, ὅτε μὴ πίστεως, ὅθ' ὅλως δι-

ANNO CHRISTI 347.

καμα γέγονεν ἡ ἀφ' ἐκείνων κρίσις. διόπερ οὐδὲ παῤῥοιῶντες οἷς ἐθράσυναν, οὐδὲ οἷς ἐθρύλλησαν κατ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ θεωροῦντες ὡς οὐ δυνάμενοι περὶ τούτων ἀποδείξεις ἔχειν ἀληθεῖς, παρόντες εἰς τὴν Σαρδῶν πόλιν, ἐκ ἠθέλησαν εἰς τὴν συνοδον πάντων τῶν ἁγίων ἐπισκόπων ἀπαντῆσαι. ἐκ δὴ τούτου φανερὰ καὶ δικαία καθέστηκεν ἡ κρίσις τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου ἡμῶν Ιουλίου. οὐ γὰρ ἀσκεπῶς βεβούλευται, ἀλλὰ μετ' ἐπιμελείας ὤφειλεν, ὥστε μηδὲ ὅλως διστάσαι περὶ Ἀθανασίου· εἶχε γὰρ ἐπισκόπων ὁλοκλήρους ἑξήκοντα ἀληθεῖς μάρτυρας· εἶχε καὶ τὸ δίκαιον, ὅτι διὰ τῶν ἀγαπητῶν ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν πρεσβυτέρων ἑαυτοῦ, καὶ διὰ γραμμάτων μεθώδευσε σὺν περὶ Εὐσέβιον, σὺν ἐκ ἐπὶ κρίσει, ἀλλ' ἐπὶ βίᾳ μᾶλλον ἐπερειδομένους. ὅθεν καὶ πανταχοῦ πάντες ἐπίσκοποι τὴν κοινωνίαν Ἀθανασίου ἐβεβαίωσαν διὰ τὴν καθαρότητα αὐτοῦ. κἀκεῖνο γὰρ ὑμᾶς ἡ ἀγάπη συνορᾶτω· ἐπὶ εἰς τὴν ἁγίαν συνοδον τὴν ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσαν προῆλθεν, τότε δὴ καὶ αὐτὰ προεῖπομεν, καὶ διὰ γραμμάτων, καὶ διὰ ἀγγέλων ἐντολῶν ὑπεμνήσθησαν παρ' ἡμῶν ὥστε παρεῖναι. ἀλλ' ἐκεῖνοι ὑπὸ τῆς συνειδήσεως καταγινωσκόμενοι, ἀπρεπέσι χρώμενοι προφάσεσι, φυγοδικεῖν ἤρξαντο· ἠξίουν γὰρ ἀθῷον ὡς ὑπαθύτατον ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἐκβάλλεσθαι, οὐ συνορῶντες ὡς ἀπρεπεῖς, μᾶλλον δὲ ἀδυνάτους λίαν τοῦτο. καὶ τὰ ὑπομνήματα ἃ τὰ ἐν τῷ Μαρεώτῃ γυμνάσια ὑπὸ παμπονήρων καὶ ἐξωλεστάτων ληνῶν νεωτέρων, οἷς ἐκ ἄν τις ἐπίστευσεν οὐδὲ πυγόνα βαθμὸν τοῦ κλήρου, συνέσηκε κατὰ μονομέρειαν πε-

que iustitia adhibita. Iam ergo diffisi suis fabulis, & vanis rumoribus, ac etiam intuentes, quam non possent de iis rebus vera documenta afferre, cum essent in vrbe Sardica, non ausi sunt in Concilio sanctorum Episcoporum apparere. Qua ex re æquitas iudicii fratris & coepiscopi nostri Iulii liquidissime apparuit, qui non temerario consilio, sed cum matura deliberatione sententiam tulit; adeo vt nihil relinquatur dubii de communione fratris nostri Athanasii adducentis octoginta Episcopos veros testes pro se in iudicium, atque eo potiore iure nitentis, quod per dilectos fratres nostros presbyteros suos, & per literas, Eusebianos non iure, sed vi fretos conuenerit. Quapropter omnes vndiq; Episcopi eius communionem ob innocentiam ipsius confirmarunt. Illud quoque vestra caritas conspiciat; post Athanasii ad sacram Synodum Sardicæ congregatam aduentum, Orientales literis mandatisque citatos fuisse, vt se iudicio sisterent: verum illos sua conscientia prædamnatos, inhonestis causificationibus tergiuersari incepisse, poscentes interim, vt innocentem quasi nocentem a nostra communione submoueremus; non animaduertentes, quam indecentia, vel potius impossibilia postularent: quin & commentaria, actaque Mareotæ, non nisi a sceleratis & perditissimis quibusdã adolescentibus, quibus ne vulgarem quidem gradum clericatûs committas, cõstat per absentiam alterius par-

ANNO CHRISTI 347.

tis confecta esse. Neque enim frater noster Athanasius Episcopus, aut Macarius presbyter, quem accusabant, præsentes adfuerunt: quamquam alioqui illorum inquisitio, seu potius insidiatio, nullo non probro scaturiebat, cum nunc ethnici, nunc catechumeni interrogarentur, non vt quæ scirent, dicerent, sed quæ ab illis didicerãt, mentirentur. Nã & vobis presbyteris curam absentis Episcopi vestri suscipientibus, & cupientibus interesse quæstioni, & veritatem ostendere, & falsa redarguere, nulla vestri ratio est habita: tantum autem abest vt vos præsentes esse voluerint, vt etiam contumelioſe eiecerint. Ex istis porro rebus, quamquam sycophantiam esse clarissime constaret, tamen dum euoluimus acta, deprehendimus ipsum sceleratum Ischyram apparente titulo Episcopi in mercedem calumniæ remuneratum, suam sycophantiam suis verbis prodere. Ipse enim Ischyras in monumentis actorum diserte testatus est, se ea ipsa hora, qua Macarium in suam cellam venisse aiebat, ægrotum iacuisse; Eusebianis contra scribentibus, eum tum stetisse, & oblationes fecisse, cum Macarius superueniret. Quin & illa calumnia, qua postmodum vsi sunt, manifesta apparuit, cum vociferarentur, & misere deplangerent, cædem Athanasium fecisse, & Arsenium Meletianum episcopum eius opera e medio sublatum: quam rem fictitio gemitu & falsis lacrymis, vt vera videretur, deplorabant; rogabantque eius, qui viueret, quasi qui extinctus

προσῆχθαι. οὔτε γὰρ ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος, οὔτε Μακάριος ὁ πρεσβύτερος ὁ κατηγορούμενος ὑπ' αὐτῶν, παρῆν. καίτοι οὐχ ὅμως ἡ περὶ αὐτοῦ ἐρώτησις, μᾶλλον δὲ ὑποβολὴ γενομένη, πάσης αἰσχύνης ἐπλήρωσε τὸ μέσον. τοῖς μὲν γὰρ ἐθνικοῖς, τοῖς δὲ κατηχουμένοις ἐφαίνετο, οὐχ ἵνα ἄπερ ἴσασιν, εἴπωσιν, ἀλλ' ἵνα ἅπερ παρ' αὐτῶν μεμαθήκασι, ψεύσωνται. ἐπεὶ γὰρ καὶ ὑμῶν τὸν πρεσβυτέρων φρονηζόντων ὑπὲρ τῆς ἀποιστάσης τοῦ ὑμετέρου ἐπισκόπου, καὶ βουλομένων παρεῖναι ὑπὲρ τῆς ἐξετάσεως, καὶ τὴν ἀλήθειαν δεῖξαι, καὶ τὰ ψεύδη διελέγξαι, εὐδεὶς λόγος γέγονεν. ἐκ ἐπέτρεψαν γὰρ ὑμᾶς παρεῖναι, ἀλλὰ καὶ μετ' ὕβρεως ἐξέβαλον. καὶ εἰ δὲ τὰ μάλιστα φανερὰ πᾶσι καθέστηκε καὶ ἐκ τούτων ἡ συκοφαντία, ὅμως ἀναγινωσκομένων τῶν ὑπομνημάτων, εὑρομεν αὐτὸν τὸν πατέρα Ἰχύραν ὑπὲρ τῆς συκοφαντίας μισθὸν παρ' αὐτῶν λαβόντα, τὸ δοκοῦν ὄνομα τοῦ ἐπισκοπῆς, διελέγχοντα ἑαυτοῦ τὴν συκοφαντίαν. αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰχύρας ἐν αὐτοῖς τοῖς ὑπομνήμασι διελάλησε κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν, ἐν ᾗ Μακάριος ἐληλυθέναι εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ διεβεβαιοῦτο, νοσοῦντα τότε κατακεῖσθαι ἑαυτόν· καί τοι τῶν περὶ Εὐσέβιον γράψαι τολμησάντων, ἱσταναι τότε τὸν Ἰχύραν, καὶ προσφέρειν, ὅτε Μακάριος ἔπεσε. καὶ ἐκείνη ἡ πᾶσι φανερὰ καθέστηκεν ἡ συκοφαντία καὶ διαβολή, ἵνα μὴ λιάσανται μὴ ταῦτα. ἔφασαν γὰρ καὶ κατεβόησαν, φόνον δεδρακέναι τὸν Ἀθανάσιον, καὶ ὡς Ἀρσένιόν τινα Μελιτιανὸν ἐπίσκοπον ἀνῃρηκέναι· ἐφ' ᾧ προσποιητῷ πενθμῷ καὶ πεπλασμένοις δάκρυσιν ὑπεκρίνοντο, καὶ ἠξίουν τὸν ζῶντος ὡς τεθνηκότος

ANNO CHRISTI 347.

τὸ σῶμα ἀποδοθῶσι· ἀλλ' ἐκ ἄγνωστα γέγονε τὰ σοφίσματα τούτων. ἔγνωσαν γὰρ πάντες ζῶ τὸν ἀθάνατον, καὶ ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετάζεσθαι. καὶ ὅπως ἑώρων ἑαυτοὺς τῷ θεῷ πάντα διὰ χερῶν διελεγχομένους ἐπὶ τοῖς ψεύσμασι τούτοις· αὐτὸς γὰρ ζῶν ὁ Ἀρσένιος ἐδείκνυεν ἑαυτὸν μὴ ἀνῃρῆσθαι, μήτε τεθνηκέναι· ὅμως οὐχ ἡσύχασαν, ἀλλ' ἑτέρας συκοφαντίας τοῖς πρότερον συκοφαντίαις ἐπεζήτουν, ἵνα πάλιν μηχανησάμενοι διαβάλωσι τὸν ἀθάνατον. τί οὖν ἀγαπητοί; ἐκ ἐπεσχέθη ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν Ἀθανάσιος, ἀλλὰ πάλιν πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμενος προεκαλεῖτο καὶ ἐπὶ τούτοις αὐτούς. καὶ ἡμεῖς ἠυχόμεθα, καὶ προεῤῥεπόμεθα ἐλθεῖν αὐτοὺς εἰς τὸ κρίσιν, ἵνα εἴπερ δύνανται, διελέγξαι. ὦ τῆς πολλῆς πλεονεξίας, ὦ τῆς δεινῆς ὑπερηφανίας· μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὦ κακῆς καὶ ὑποβεβυθισμένου συνειδήσεως· τοῦτο γὰρ πᾶσι πεφανέρωται. ὅθεν ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ὑπομιμνήσκομεν καὶ προεῤῥεπόμεθα ὑμᾶς, πρὸ πάντων τὸν ὀρθὸν πίστιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κατέχειν. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ δεινὰ καὶ χαλεπὰ πεπόνθατε· πολλὰς δὲ ὕβρεις καὶ ἀδικίας ὑπέμεινεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία· ἀλλ' ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. διόπερ κἂν ἔτι ποιεῖν τολμήσωσι καθ' ὑμῶν, ἡ θλῖψις ἀντὶ χαρᾶς ὑμῖν ἔστω. τὰ γὰρ τοιαῦτα παθήματα μέρος ὅτι μαρτυρίου, καὶ αἱ τοιαῦται ὑμῶν ὁμολογίαι καὶ αἱ βάσανοι ἐκ ἄμισθοι τυγχάνουσιν· ἀλλ' ἀπολήψεσθε παρὰ τοῦ θεοῦ τὰ ἔπαθλα. διὸ δὴ μάλιστα ἀγωνίζεσθε

esset, cadauer exhiberi: sed figmenta eorum non latuerunt. notum enim factum est omnibus, hominem incolumẽ esse, & inter viuos recensĕri. Verum ne sic quidem, cum isti ad omnia faciles, vidissent figmenta sua redargui, ipso Arsenio se viuum, & minime interfectum aut mortuum exhibente, quiescere potuerunt; sed nouas sycophantias veteribus accumulantes, omnibus machinis id agebant, vt hominem calumniis iterum inuoluerent. Quid igitur dilecti? Ne sic quidem frater noster Athanasius animum despondit, sed magna cum fiducia eos etiam in hac causa ad iudicium prouocauit. quod & nobis in voto fuit, ac proinde eos hortabamur, vt iudicio se sisterent, & si possent, accusationis causam certis documentis peragerent. Sed, o magnam improbitatem, o grauem superbiam, vel potius (si verum dicendum est) o malam & obnoxiam conscientiam. id enim ita esse, nulli non clarissime innotuit. Quocirca, dilectissimi fratres, commonitos vos cupimus, & diligenter adhortamur, vt præ omnibus fidem Catholicæ Ecclesiæ retineatis. Multa certe & grauia & acerba perpessi estis, multas vicissim contumelias & iniurias sustinuit Catholica Ecclesia: sed qui in finem sustinuerit, salvus erit. Quapropter si denuo ausi sint aliquid facere contra vos, tribulatio illa vobis pro gaudio sit. Nam istiusmodi passiones, pars martyrii sunt; & istiusmodi vestræ confessiones & tormenta non carebunt mercede, cum præmia a Deo recepturi sitis. Quapropter in primis decertate

Marc. 13. b. 13.

Anno Christi 347.

pro ſana fide, & pro innocentia Athanaſii veſtri Epiſcopi & comminiſtri noſtri. Nam neque nos ſilentio ſuppreſſimus, aut negleximus ea, quæ ad veſtram ſecuritatem pertinebant; ſed eius rei curam præcipuam habuimus, eaque egimus, quæ dilectionis ratio poſtulat. Compatimur enim fratribus noſtris patientibus, & eorum paſſiones, noſtras proprias arbitramur, & noſtras lacrymas cum veſtris commiſcuimus. Neque vos ſoli dumtaxat paſſi eſtis, fratres; ſed eadem alii complures comminiſtri noſtri, cum huc veniſſent, deplorarunt. Quamobrem preces noſtras ad religioſiſſimos & amantiſſimos Dei imperatores retulimus, vt illorum humanitas eos qui adhuc grauiter laborant & affliguntur, relaxari iubeat, conſtituatque ne quis iudicum, qui publica ſolum curare debent, aut clericos iudicet, aut vlla ratione in poſterum ſub prætextu eccleſiarum, quippiam contra fratres moliatur: ſed vnuſquiſque citra perſecutionem, aut vim, aut fraudem (prout optat, & cupit) vitam inſtituat, & cum quiete & pace catholicam & apoſtolicam fidem ſequatur. Gregorium quidem qui illegitime ab hæreticis epiſcopus conſtitutus eſt, & in veſtrã ciuitatem ab illis deductus, ab vniuerſa ſacra Synodo de epiſcopatu (tametſi reuera nunquam pro Epiſcopo habitus fuerit) depoſitum eſſe, veſtram vnanimitatem ſcire volumus. Valete igitur, & recipite veſtrum epiſcopum Athanaſium, quem ob idipſum cũ pace dimiſimus. Vnde

ὑπὲρ τ ὑγιαινούσης πίστεως, & τ καθαρότητος τ ἐπισκόπου ὑμῶν Ἀθανασίου τ συλλειτουργοῦ ἡμῶν. καὶ γὰρ οὐδὲ ἡμεῖς παρεσιωπήσαμεν, οὐδὲ ἠμελήσαμεν τῆς ὑμῶν ἀμεριμνίας χάριν· ἀλλ' ἐφροντίσαμεν καὶ πεποιήκαμεν, ἅπερ ὁ τῆς ἀγάπης λόγος ἀπαιτεῖ. συμπάσχομεν γὰρ τοῖς πάσχουσιν ἀδελφοῖς ἡμῶν, & τὰ ἐκείνων παθήματα ἴδια ἡγούμεθα, καὶ τοῖς δάκρυσιν ὑμῶν τὰ ἡμέτερα δάκρυα συνεμίξαμεν. οὐχ ὑμεῖς γὰρ μόνοι πεπόνθατε ἀδελφοί, ἀλλὰ & πολλοὶ ἄλλοι συλλειτουργοὶ ἡμῶν * ταῦτα ἐλθόντες ἀπωδύρθησαν. διόπερ ἀνηνέγκαμεν, καὶ ἠξιώσαμεν τοὺς εὐσεβεστάτους καὶ θεοφιλεστάτους βασιλέας, ὅπως ἡ φιλανθρωπία αὐτῶν καὶ τοὺς ἔτι κάμνοντας καὶ πιεζομένους ἀνέσεως κελεύσῃ, καὶ προστάξωσι μηδένα τῶν δικαστῶν, οἷς πρὸ μόνων τ δημοσίων μέλει πράσσειν, μήτε κλήρικοις, μήτε ὅλως τοῖς λοιποῖς πρόφασιν ἐκκλησιῶν ἐπιχειρεῖν τι κατὰ τῶν ἀδελφῶν· ἀλλ' ἵνα ἕκαστος ζωὴν ἔχῃ διαμονῆς, ζωὴν ἔχῃ βίας καὶ πλεονεξίας, ὡς θέλεται καὶ βούλεται, ζῇ, & μεθ' ἡσυχίας & εἰρήνης τὴν καθολικὴν & ἀποστολικὴν πίστιν μετέρχηται. Γρηγόριον μὲν τοίνυν ὁ παρανόμως ὑπὸ τ αἱρετικῶν λεγόμενος καταστῆναι, & εἰς τὴν ὑμετέραν πόλιν παρ' αὐτῶν ἀποσταλεὶς, καὶ τοῦτο γὰρ γινωσκέτω ὑμῶν ἡ ὁμοψυχία, ὅτι κεῖται τ ἱερᾶς πάσης συνόδου καθαιρέτη, εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὐδεπώποτε, οὐδ' ὡς ἐπίσκοπος ὅλως νομόμενος εὑρέθη. χαίρετε τοίνυν ἀποδεξάμενοι ἑαυτῶν (ℵ) ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον (ℵ)· διὰ τοῦτο γὰρ & μετ' εἰρήνης αὐτὸν (ℵ) ἀπελύσαμεν. ὅθεν

καὶ

* fr. ταῦτα

ANNO CHRISTI 347.

καὶ παραινέσωμεν πᾶσι τοῖς ἢ διὰ φόβον, ἢ διὰ δεισιδαιμονίαν ἑνῶν κοινωνήσασι Γρηγορίῳ, ἵνα νῦν ὑπομνησθέντες καὶ ἐξεγερθέντες καὶ ἀναπνεύσαντες ἀφ' ἡμῶν, παύσωνται τῆς πρὸς ἐκεῖνον μυσαρᾶς κοινωνίας, καὶ λοιπὸν ἑαυτοὺς σωτηρίᾳ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. ὑπὲρ δὲ ἐγνωμεν, ὅτι καὶ Ἀφθόνιος, καὶ Ἀθανάσιος ὁ Καπίτωνος, καὶ Παῦλος, καὶ Γλυκέων, οἱ συμπρεσβύτεροι * ἡμῶν, συσκευὴν καὶ αὐτοὶ πεπόνθασιν ὑπὸ τῆς πρὸς Εὐσέβιον, ὥστε τοὺς μὲν ἐξορισμῷ πρεσθῆναι, τοὺς δὲ καὶ θανάτων ἀπειλὰς διαπεφευγέναι· τούτου ἕνεκεν καὶ περὶ τούτου δηλῶσαι ὑμῖν ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα, ἵνα γινώσκητε, ὅτι καὶ τούτους ἀπεδεξάμεθα, καὶ ἀθῴους ἀπελύσαμεν, εἰδότες ὅτι πάντα τὰ παρὰ τοῦ περὶ Εὐσέβιον κατὰ τῶν ὀρθοδόξων γενόμενα, ὑπὲρ δόξης καὶ συστάσεως τῆς συσκευασθέντων ὑπ' αὐτοῦ γέγονεν. ἔπρεπε μὲν οὖν τὸν ὑμέτερον ἐπίσκοπον τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν Ἀθανάσιον περὶ αὐτῶν, ὡς περὶ ἰδίων, ἰδίοις ὑμῖν δηλῶσαι. ὑπὲρ δὲ τοῦ πλείονος μαρτυρίας, καὶ τοῦ ἀγίαν συνόδον ἠθέλησεν ὑμῖν γράψαι, διὰ τοῦτο οὐκ ἀνεβαλόμεθα, ἀλλὰ καὶ σημαῖναι ὑμῖν ἐσπουδάσαμεν· ἵν' ὥσπερ ἡμεῖς, οὕτως καὶ ὑμεῖς αὐτοὺς ὑποδέξησθε· ἄξιοι γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐπαίνου, ὅτι διὰ πίστιν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν καὶ αὐτοὶ ἠξιώθησαν παρὰ τῆς αἱρετικῶν ὕβρεως ὑπομεῖναι. ἵνα δὲ ὅτι τὰ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου δογματισθέντα κατὰ Θεοδώρου, καὶ Ναρκίσσου, καὶ Στεφάνου, καὶ Ἀκακίου, καὶ Μηνοφάντου, καὶ Οὐρσακίου, καὶ Οὐάλεντος, καὶ Γεωργίου, τῆς προϊσταμένων τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως, καὶ πεπιμελησαμένων καθ' ὑμῶν, καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἐκκλη-

admonemus omnes, qui vel per metum, vel per dolum circumuenti, cum Gregorio communicarunt, vt nunc noſtra admonitione, hortatu & ſuaſu reſipiſcentes, deinceps ab illius nefaria communione abſtineant, & ſeſe eccleſiæ catholicæ agglutinent. Ceterum quia cognouimus, & Aphthonium, & Athanaſium Capitonis filium, & Paulum & Plautionem compresbyteros* noſtros eamdem fraudem ab Euſebianis perpeſſos eſſe, & quoſdam eorum in exilium eiectos, quoſdam mortis interminationes effugiſſe; hac de cauſa hoc etiam vobis ſignificare neceſſariũ duximus, etiam iſtos a nobis receptos eſſe, & vt innocentes crimine liberatos, cum non ignari ſimus, omnia ab Euſebianis contra orthodoxos ad cohoneſtanda quæ per fraudem concinnarunt, acta eſſe. Æquum ergo fuerat, ipſum epiſcopum veſtrum, comminiſtrum noſtrum Athanaſium vos vt ſuos de iſtis rebus, vt ſuis ac propriis, certiores facere: ſed tamen quia ipſe ſacram quoque Synodum ea vobis ad plenius teſtimoniũ ſcribere voluit, ideo non ſuperſedendum putauimus, ſed ſignificare ſtuduimus, vt quemadmodũ nos, ita vos quoque hos viros recipiatis, qui & ipſi etiam laudẽ merentur, quod ob pietatem in Chriſtum digni habiti ſint qui ab hæreticis contumeliam paterentur. Quæ autẽ decreta ſunt a ſancta Synodo in Theodorũ, Narciſſum, Stephanum, Acacium, Menophantem, Vrſaciũ, Valẽtem, & Georgium, anteſignanos Arianæ hæreſeos, qui & in vos, & in alias eccleſias

* veſtros

Act. 5. f. 48.

peccauerunt, ex iis quæ ſubiecta ſunt, cognoſcetis: quæ ideo ad vos miſimus, vt veſtra in Deũ pia religio ſuffragetur ſententiis a nobis latis, ſimulque intelligat, eccleſiam catholicam nequaquam diſſimulanter cum iis agere, qui ipſam offendunt.

σιῶν, γνώσεσθε ἐκ τ ὑποτεταγμένων. ἀπεστείλαμεν γὰρ ὑμῖν, ἵνα καὶ ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια σύμψηφον τοῖς παρ' ἡμῶν ὠφελημένοις χρήσηται, & γνώσκητε, ὅτι ἡ καθολικὴ ἐκκλησία οὐ προσοφᾷ τοῖς εἰς αὐτὴν πλημμελοῦσιν. ANNO CHRISTI 347.

EPISTOLA CONCILII Sardicenſis ad omnes epiſcopos.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΗΣ ΕΝ Σαρδικῇ Συνόδου, τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις.

Sancta Synodus per gratiam Dei Sardicæ congregata, eccleſiæ catholicæ epiſcopis & communiſtris, dilectiſſimis fratribus noſtris in Domino ſalutem.

Η ἁγία συνόδος ἡ κατὰ θεοῦ χάριν ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσα, τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις καὶ συλλειτουργοῖς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ex Athan. apolog. 2. Alia huius epiſtolæ verſio, ac fortaſſe ipſius ſynodi autographa, extat in fragmentis Hilarii. alia ité hiſt. trip. lib. 4. c. 24.

SÆPE multumque in ſeruos Dei rectæ fidei cultores, audaciam ſuam exercuerunt Ariomanitæ. dum enim ſpuriam doctrinam ſubiiciunt, toti in hoc ſunt, vt orthodoxos eiiciant: tanta autem vi iam contra fidem ſurrexerunt, vt id ne pietatem quidem religioſorum imperatorum latuerit. Quapropter cooperante Dei gratia, ipſi quoque religioſiſſimi principes nos ex diuerſis prouinciis & ciuitatibus in vnum conuocarunt, cupientes, vt ſancta Synodus in Sardorum ciuitatem conueniret, quo omnis controuerſia præcideretur, & eiecto quidquid prauæ fidei eſſet, ſola in Chriſtum pietas ab omnibus retineretur. Venerunt quoque ex oriente epiſcopi, ad id & ipſi inſtigati a religioſiſſimis imperatoribus, & potiſſimum ob ea, quæ ſubinde iactauerunt de dilectis fratribus noſtris & comminiſtris, Athanaſio epiſcopo Alexandriæ, & Marcello

ΠΟΛΛΑ μὲν καὶ πολλάκις ἐτόλμησεν ἡ Ἀριομανιτῶν αἵρεσις τῶν δούλων τοῦ θεοῦ, τῶν τὴν πίστιν φυλαττόντων τὴν ὀρθὴν. νόθον γὰρ ὑποβαλλόντες διδασκαλίαν, σὺν ὀρθοδόξοις ἐλαύνειν ἐπειράθησαν. τοσοῦτον οὖν λοιπὸν κατεπανέστησαν τῆς πίστεως, ὡς μηδὲ τὴν εὐλάβειαν τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων λαθεῖν. τοιγαροῦν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ συνεργούσης, καὶ αὐτοὶ οἱ εὐσεβέστατοι βασιλεῖς συνήγαγον ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, & τὴν ἁγίαν ταύτην συνόδον ἐν τῇ Σαρδῶν πόλει γενέσθαι δεδώκασιν, ἵνα πᾶσα μὲν διαφωνία ἀφαιρεθῇ, πάσης δὲ κακοπιστίας ἐξελαθείσης, ἡ εἰς Χριστὸν εὐσέβεια μόνη παρὰ πάντων φυλάττηται. ἦλθον γὰρ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς ἑῴας ἐπίσκοποι, προτραπέντες καὶ αὐτοὶ παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, μάλιστα δὲ ἅπερ ἐθρύλλουν πολλάκις περὶ τῶν ἀγαπητῶν ἀδελφῶν καὶ συλλειτουργῶν, Ἀθανασίου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας, & Μαρκέλλου ἐπισκόπου

Ἀπολογ. β'. Ἀθαν.

* νόθον

* Ἀριόζων τῶν Ἀρειανιστῶν

ANNO CHRISTI 347.

τῆς Ἀγκυροχαλατίας· ἴσως γὰρ καὶ εἰς ὑμᾶς ἔφθασαν αὐτῶν αἱ διαβολαὶ, ἴσως καὶ τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς ἐπεχείρησαν παρασαλεῦσαι· ἵνα καὶ μὴ τῶν ἀθῴων ἃ λέγουσι πιστεύσητε, πῶς δὲ τῆς μοχθηρᾶς αὐτῶν αἱρέσεως ὑποψίαν ἀπεκρύψωσιν. Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ ταῦτα ποιεῖν συνεχωρήθησαν. ἔστι γὰρ ὁ προϊστάμενος τῆς ἐκκλησιῶν κύριος, ὁ ὑπὲρ τούτων καὶ πάντων ἡμῶν θανάτου ὑπομείνας, καὶ δι' ἑαυτοῦ πᾶσιν ἡμῖν δεδωκώς. πάλαι μὲν οὖν γράψαντων τῶν περὶ Εὐσέβιον Ἰουλίῳ συλλειτουργῷ ἡμῶν, τῷ τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ, καὶ τῶν προσφιλῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν, λέγομεν δὴ Ἀθανασίου, καὶ Μαρκέλλου, καὶ Ἀσκληπᾶ· ἔγραψαν καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων μερῶν ἐπίσκοποι, μαρτυροῦντες μὲν τὴν καθαρότητα τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀθανασίου, τὰ δὲ παρὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον γενόμενα, μηδὲν ἕτερον ἢ ψευδῆ καὶ συκοφαντίας εἶναι μεσά· καὶ εἰ καὶ μάλιστα ὑπὸ τοῦ κληθέντος αὐτοῦ παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ Ἰουλίου μὴ ἀπαντῆσαι, καὶ ὑπὸ τῶν γραφέντων παρὰ τοῦ αὐτοῦ Ἰουλίου, φανερὰ τούτων ἡ συκοφαντία πέφηνεν· ἦλθον γὰρ ἂν εἰς τὴν ἐπαρχίαν ὅθεν ἐπράξαν καὶ πεποιήκασι κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν· ὅμως καὶ ἐξ ὧν πεποιήκασιν ἐν ταύτῃ τῇ ἀξίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, φανερωτέραν τὴν ἑαυτῶν συνειδυῖαν ἀπέδειξαν. ἀπαντήσαντες γὰρ εἰς τὴν Σαρδῶν πόλιν, ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν Ἀθανάσιον, καὶ Μάρκελλον, καὶ Ἀσκληπᾶν, καὶ τοὺς ἄλλους, ἐφοβήθησαν εἰς κρίσιν ἐλθεῖν· καὶ οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις κληθέντες οὐκ ἐπήκουσαν τῇ κλήσει. καίτοι πάντων ἡμῶν συνελθόντων ἐπισκό-

Ancyrogalatiæ episcopo; forsitan & ad vos quoque eorum calumniæ penetrarunt, & vestras aures concutere admoliti sunt, vt ipsorum de innocentibus calumniam veram putaretis, & sub hoc prætextu flagitiosæ suæ hæreseos suspicionem euitarẽt. Atqui non in longum id iis facere licuit. est enim qui ecclesiis præsidet Dominus, qui pro illis & pro nobis omnibus mortem subiit, & per seipsum omnibus nobis ascensum in cælos donauit. Cum igitur iampridem literas suas accusatrices de Athanasio & Marcello & Asclepa comministris nostris, Eusebiani ad Iulium Romanæ ecclesiæ episcopum misissent, alii quoque ex aliis locis episcopi ad eumdem Iulium literas suas miserunt, quibus & Athanasii innocentiam, & Eusebianorum sycophantiam contestabantur: & quamquam id ita esse ex eo præcipue cognosci potuit, quod accersiti a dilecto nostro comministro Iulio, iudicio non steterunt, & ex ipsius Iulii literis manifesta illorum sycophantia apparuit: accessissent enim, si actorum suorum in cõministros nostros fiduciam habuissent: fraudem tamẽ suam per ea quæ in hac sacratissima Synodo gessere, longe manifestius declararunt. Nam cum ad Sardorum ciuitatem accessissent, conspectis ibi Athanasio, Marcello, Asclepa, aliisque nonnullis, veriti sunt in iudicium prodire: & cum non semel aut bis, sed iterum atque iterum citati essent, citationibus non obtemperauerunt; tametsi omnes episcopi simul

ANNO CHRISTI 347.

congregati, & in primis præclara senectute Osius, homo & ob æui longitudinem, & confessionem suam, & ob tantos suos labores omni reuerentia dignus, expectaremus & hortaremur eos, vt in iudicium prodirent, & ea quæ rumoribus & literis de comministris nostris absentibus iactauerant, præsentes iustis rationibus cõprobarent. Verum illi, vt diximus, quantumcumque citati prodire noluerunt: qua etiam tergiuersatione suam sycophãtiam manifestissimam reddiderunt, & propemodum ea ipsa recusatione accipiendi iudicii, insidias suas conspirationesque quasi clamoribus confessi sunt. Qui enim dictis suis confidunt, ii non verentur ea in præsentia defendere: postquam autem se iudicio non stiterunt, arbitramur neminem ignorare, etiamsi denuo malitiose agere velint, nihil eos habere aduersus comministros nostros quod probent, cum eos absentes criminentur, & præsentes refugiant. Fugerunt autem non eo solum, quod sycophantiam suam agnoscerent, sed quod præsto viderent, qui ipsos de variis criminibus incesserent, qui vincula & ferrum promebant, & homines ab exilio reuersos. Cognati autem eorum, qui adhuc exulant, ibi quoque comministri præsentes eorum oculis apparebant, vnaque cum eis amici eorum, quos ipsi trucidauerant: &, quod maximum est, aderant episcopi, quorum alii ferrum & catenas sibi ab ipsis inditas proferebant: alii mortes, eorum calumniis tentatas testificabantur. Eo enim furoris processerunt, vt etiam episcopos interficere conarentur;

πων, καὶ μάλιστα τὸ ϑεοπροπάτου Ὁσίου, τό τε καὶ διὰ (ϖ) χρόνον, καὶ πολὺ ὁμολογίαν, καὶ διὰ τὸ τοσοῦτον κάματον ὑπομεμνηκέναι, πάσης αἰδοῦς ἀξίου τυγχάνοντος, ἀναμένοντων καὶ προσδεπομένων αὐτοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὸ κρίσιν, ἵν' ἅπερ ἀπόντων τῶν συλλιτουργῶν ἡμῶν ἐφύλλησαν & ἔγραψαν κατ' αὐτῶν, ταῦτα παρόντες ἐλέγξαι δυνηθῶσιν. Ἀλλ' οὐκ ἦλθον κληθέντες, καθάπερ προεῖπομεν, δεικνύντες καὶ ὑπ' τούτων τὴν συκοφαντίαν ἑαυτῶν, καὶ μονονουχὶ τὸ ὑπερβουλὸν καὶ συσκιὸν, ὃ πεποιήκασι, βοῶντες διὰ τῆς ἀναιτήσεως. (ϖ) γὰρ παῤῥησιαζόμενοι οἷς λέγουσι, τούτοις καὶ εἰς πρόσωπον συζῆναι δυνάμενοι. ὑπὲρ ὧν οὐκ ἀπολύτησαν, νομίζομεν λοιπὸν μηδένα ἀγνοεῖν, καὶ ἐκεῖνοι πάλιν κακουργεῖν ἐθέλωσιν, ὅτι μηδὲν ἔχοντες κατὰ τῶν συλλιτουργῶν ἡμῶν ἐλέγξαι, τούτοις μὲν διαβάλλοισιν ὑπόντας, παρόντας δὲ φεύγουσιν. ἔφυγον γάρ, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, οὐ μόνον διὰ τὴν τούτων συκοφαντίαν, ἀλλ' ὅτι καὶ σὺν ὑπὲρ διαφόροις ἐγκαλουμένους αὐτοῖς ἐθεώρουν ἀπαντήσαντας· δεσμὰ γὰρ ἴδιον καὶ σίδηρα προφερόμενα, ἀπ' ὀξυστίας ἐπανελθόντες αὐθεφποι· καὶ παρὰ τὴν ἐπικατεχομένων εἰς ὀξυστίαν ἐλθόντες ἦσαν συλλιθουργοὶ συγγενεῖς, καὶ φίλοι δὲ τῶν δι' αὐτῶν ὑποθανόντων προσήνοντο· καὶ τὸ μέγιστον, ὑπίσκοποι παρῆσαν, ὧν ὁ μὲν τὰ σίδηρα καὶ τὰς ἁλύσεις προσέφερεν, ἃς δι' αὐτοῦ ἐφόρεσεν· (ϖ) δὲ (ϖ) ἐκ τῆς διαβολῆς αὐτὸν θανάτου ἐμαρτύρουν. εἰς τοσοῦτο γὰρ ἔφθασαν ὑπονοίας, ὡς καὶ ὑπισκόποις ὑπχειρεῖν ἀνε-

ANNO CHRISTI 347.

λεῖν· καὶ ἀνεῖλεν αὐ, εἰ μὴ ἐξέφυγον τὰς χεῖρας αὐτῶν. ἀπέθανεν οὖν ὁ συλλειτουργὸς ἡμῶν, ὁ μακαρίτης Θεόδουλος, φεύγων αὐτῶν τὴν διαβολήν· ἐκεκέλευστο γὰρ ὑπὸ διαβολῆς αὐτὸν ἀποθανεῖν. ἄλλοι δὲ πληγὰς ξιφῶν ἐπεδείκνυντο, ἄλλοι δὲ λιμὸν ὑπομεμενηκέναι παρ' αὐτῶν ἀπωδύροντο. καὶ ταῦτα οὐχ ὑπὸ τυχόντες ἐμαρτύρουν ἀνθρώποι, ἀλλ' ἐκκλησίαι ὅλαι ἦσαν, ὑπὲρ ὧν ὑπὸ ἀπάντησαντες καὶ προσβάντες ἐδίδασκον, σχαλιώτας ξιφήρεις, ὄχλους μετὰ ῥοπάλων, δικαστῶν ἀπάτας, πλαστῶν γραμμάτων ὑποβολάς. ἀνεγνώσθη γὰρ γράμματα τοῦ τότε Θεόγνιον, πλαπομένων καὶ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν Ἀθανασίου καὶ Μαρκέλλου καὶ Ἀσκληπᾶ, ἵνα καὶ βασιλέας καὶ αὐτῶν κινήσωσι. καὶ ταῦτα ἤλεγχεν ὑπὸ ὑπομένοντες τότε διάκονοι Θεογνίου. πρὸς τούτοις, παρθένων γυμνώσεις, ἐμπρησμοὺς ἐκκλησιῶν, φυλακὰς καὶ τῶν λειτουργῶν. καὶ ταῦτα παύτα δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ διὰ τὴν δυσώνυμον αἵρεσιν τῶν Ἀρειομανιτῶν. οἱ γὰρ παραβάλλοντες τοὺς τότε κοινωνίαν, μὴ ἄλλως ἔχον πρὸς αὐτῶν τότων. ταῦτα δὲ νῦν συνορῶντες, εἰς στενὸν ἔχον τὰ τῆς αἱρέσεως. ἠθέλουν μὲν γὰρ ὁμολογεῖν, ἃ δεδράκασι· διὰ δὲ τὸ μὴ δύνασθαι λοιπὸν ἐπὶ ταῦτα κρύπτεσθαι, ἀπιῶτας εἰς τὰ Σαρδῶν πόλιν, ἵνα διὰ τῆς ἀφίξεως, ὑπόνοιαν, ὡς μὴ πλημμελήσαντες, δόξωσιν ἀποφέρεσθαι. ἰδόντες δὲ σὺν τοῖς παρ' αὐτῶν συκοφάντας, καὶ σὺν τοῖς παρ' αὐτῶν παθόλας, τοὺς κατηγόρους, σὺν ἐλέγχοις τοῖς ὀφθαλμῶν ἔχοντες, ἐλθεῖν οὐκ ἐβούλοντο κληθέντες· καὶ τοι τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν

& interfecissent, nisi eorum manus effugissent. Certe comminister noster beatus Theodulus per calumniam eorum iussus est interfici, cum fuga calumniam deuitaret: alii ictus gladiorum ostentabant; alii famem toleratam conquerebantur: neque harum rerum vulgares homines, sed integræ ecclesiæ testes erant, quarum nomine legati, qui huc venerant, de militum gladiis, turbarum fustibus, iudicum minis, adulterinis & subornatis falsis literis, certa documenta afferebant. Lectæ enim sunt literæ, quas Theognius in fraudem Athanasii, Marcelli, & Asclepæ finxerat, vt etiam imperatores in hos viros concitaret: & hoc ita esse, ii qui Theognii per id temporis diaconi fuere, commonstrarunt: vt interim omittamus virginum denudationes, ecclesiarum incendia, carceres eorum qui in sacris ministri erant: quæ scelera nulla alia de causa, quam ob infaustam abominandamq; Arianorum hæresim cõmissa sunt. Hæc enim mala coacti sunt experiri, qui eorum communionem recusabant. His igitur conspectis, in angustum cogebantur eorum consilia, cum facta sua perpuderet confiteri. Cum vero non possent hæc amplius occultare, venerunt in Sardorum ciuitatem, vt viderentur aduentu suo existimationem, quasi non peccassent, excitare. Ceterum cum eos conspicerent, quos vel calumniis, vel calamitatibus afflixerant, & accusatores in oculis hærerent, & sub conspectu essent rerum quæ obiicerentur documenta, noluerunt ad citationẽ in iudicio comparere, quãuis magna fiducia & libertate a comministris nostris

Athanasio, Marcello, & Asclepa incesserentur, querelas suas proponentibus, ac prouocantibus, cum denuntiarent se paratos esse non solum calumnias eorum refellere, sed ostendere quoque quæ contra ipsas ecclesias publice deliquissent. Igitur tanto metu propter conscientiam correpti sunt, vt se fugæ mandarint, & fugiendo calumnias suas patefecerint, & quæ peccauerant, fuga illa confessi sint. Et quamquam eorum prauitas & calumnia non modo ex superioribus, sed ex istis quoque innotescit; tamen ne etiam ex fuga noui alicuius sceleris occasionem comparare possent, decretum fuit, vt secundum veritatis * rationem illorum fictæ fabulæ examinarentur. Cum ergo in hoc essemus, deprehendimus ex actis quoque eos meros sycophantas esse, & nihil aliud quam insidias nostris coepiscopis struxisse. Arsenius enim, quem necatum aiebant ab Athanasio, viuit etiam nunc, & inter viuos spectatur: ex quo cetera quæ illi de aliis diuulgauerant, vana esse apparent. De poculo autem a Macario presbytero Athanasii, vti ipsi aiebant, confracto, illi qui Alexandria & Mareota, locisque contiguis huc venere, testantur nihil horum factum esse; & episcoporum Ægyptiorum literis ad comministrum nostrum Iulium abunde confirmatum est, ne suspicionem quidem ibi eius rei fuisse. Porro monumenta actorum, quæ aduersus eum se habere aiunt, satis constat, altera parte inaudita,

* sermonē

Ἀθανασίῳ καὶ Μαρκέλλῳ καὶ Ἀσκληπᾶ, πολλῇ τῇ παῤῥησίᾳ χρωμένων, ὑποδυομένων δὲ ἐπικειμένων καὶ προκαλουμένων αὐτοὺς, καὶ ἑπαίρειν μὴ μόνον ἐλέγχειν τὴν συκοφαντίαν, ἀλλὰ καὶ δεικνύναι ὅσα κατ' αὐτῶν ἐκκλησιῶν ἀμπὼν * ἐκοινώνησαν. ὑπὸ τοσούτου φόβου τὸ συνειδὸς κατεχέθησαν, ὡς φεύγειν αὐτοὺς, καὶ διὰ τῆς φυγῆς τὴν συκοφαντίαν ἀμπὼν ἐλέγξαι, καὶ ἅπερ ἐπλημμέλησαν, διὰ δρασμὸν ὁμολογῆσαι. εἰ καὶ τὰ μάλιστα τοίνυν οὐ μόνον ἐκ τῶν προτέρων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τούτων, ἀμπὼν ἡ κακοτροπία δείκνυται καὶ συκοφαντία· ὅμως ἵνα μηδὲ ἐκ τῆς φυγῆς πρόφασίν τινα ἑτέρας κακουργίας ποιήσασθαι δυνηθῶσιν, ἐσκεψάμεθα κατὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον τὰ παρ' ἐκείνων δραματουργηθέντα ἐξετάσαι. καὶ τοῦτο * προσθέμενοι, ὅρομαι αὐτοὺς καὶ ἐκ τῶν προσχθέντων συκοφαντας, καὶ μηδὲν ἕτερον ἢ ἐπιβουλὴν κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν πεποιηκότας. οὐ γὰρ ἔλεγον παρὰ Ἀθανασίου πεφονεῦσθαι Ἀρσένιον, οὗτος ζῇ, καὶ ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετάζεται· ὑπὸ δὲ τούτου καὶ τὰ περὶ τῶν ἄλλων φρυαγθέντα παρ' ἀμπὼν φαίνεται πλάσματα. ὑπὲρ δὲ τοῦ περὶ ποτηρίου ἐφύλλουν, ὡς κλασθέντος παρὰ Μακαρίου τοῦ πρεσβυτέρου Ἀθανασίου, ἐμαρτύρησαν μὲν παραγενόμενοι ὑπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου, καὶ τῶν λοιπῶν τόπων, ὅτι μηδὲν τούτων πέπρακται· καὶ ἐπίσκοποι δὲ γράφοντες, ὑπὸ τῆς Αἰγύπτου, πρὸς Ἰούλιον συλλειτουργὸν ἡμῶν, ἱκανῶς διεβεβαιοῦτο, μηδὲ ὑπόνοιαν ὅλως τοιαύτην ἐκεῖ γεγονέναι. ἄλλως τε ἃ λέγουσιν ὑπομνήματα ἔχειν κατ' αὐτῶν, καὶ μονομέρειαν

Anno Christi 347.

* Ir. ἐκίνησαν.

* Ir. προσθέμενοι,

ANNO CHRISTI 347. * Cauſin

* συνέσηκε γεγυμνῆσθαι. καὶ ὅμως ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τούτοις, ἐθνικοὶ καὶ κατηχούμενοι ἠρωτῶντο. ἐξ ὧν εἷς κατηχούμενος ἐρωτώμενος ἔφασκεν ἔνδον εἶναι, ὅτε Μακάριος ἐπέστη τῷ τόπῳ· ἕτερος δὲ ἐρωτώμενος ἔλεγε, τὴν Ἰσχυρᾶν, νοσοῦσαν τότε κατακεῖσθαι ἐν κελλίῳ· ὡς ἀπὸ τούτου φαίνεσθαι, μηδόλως γεγυμνῆσθαί τι τῶν μυστηρίων, διὰ τὸ ἔνδον εἶναι τοὺς κατηχουμένους, καὶ μὴ παρεῖναι τὴν Ἰσχυρᾶν, ἀλλὰ νοσοῦσαν κατακεῖσθαι. ἐν δὲ καὶ αὐτὸς ὁ παμπόνηρος Ἰσχυρᾶς ψευσάμενος ἐπὶ τῷ εἰρηκέναι, κεκαυκέναι τινὰ Ἀθανασίου τῶν θείων βιβλίων, καὶ διηλέγχθαι, ὡμολόγησε κατ' ἐκεῖνο καμοῦσθαι νοσεῖν, ὅτε Μακαρίῳ παρῆν, καὶ κατακεῖσθαι· ὡς καὶ ἐκ τούτου συκοφαντῆσαι αὐτὸν εἶναι· ἀμελεῖ τῆς συκοφαντίας ταύτης μισθὸν αὐτῷ τῷ Ἰσχυρᾷ δεδώκασιν, ἐπισκοπῆς ὄνομα, τῷ μηδὲ πρεσβυτέρῳ τυχαίνοντι. ἀπαντήσαντες γὰρ δύο πρεσβύτεροι τοῦ Μελετίου ποτὲ γνώμονες, ὕστερον δὲ τοῦ μακαρίτου Ἀλεξάνδρου τῆς γνωμονοῦς ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας δεχθέντες, καὶ νῦν τοῦ Ἀθανασίου ὄντες, ἐμαρτύρησαν μηδεπώποτε τὸν πρεσβύτερον Μελετίου γεγυμνῆσθαι, μηδὲ ὅλως ἐγκλεῖσαι Μελέτιον εἰς τὸ Μαρεώτῃ ἐκκλησίδιον, ἢ λειτουργόν. καὶ ὅμως τὸ μηδὲ πρεσβύτερον τυχαίνοντα, νῦν ὡς ἐπίσκοπον ἤγαγον, ἵνα τῷ ὀνόματι τούτῳ δόξωσι τὴν συκοφαντίαν καταπλήξειν τοὺς ἀκούοντας. ἀνεγνώσθη δὲ καὶ τὸ σύγγραμμα τῶν συλλειτουργῶν Μαρκέλλου, ἐν εὑρέθη τὸ τοῦ Εὐσεβίου ἡ κακοτεχνία. ἃ γὰρ ὡς ζητῶν ὁ Μάρκελλος εἶπε, ταῦτα

confecta fuiſſe: & tamen in iſtis ipſis monumentis ethnici & catechumeni pro teſtimonio interrogati fuere: ex quibus vnus catechumenus dicebat, intus fuiſſe ſe, cum Macarius illuc venit; & alter dicebat, cum ex eo quæreretur, Iſchyram ab ipſis toties iactitatum, ægrotum per id temporis in cellula decubuiſſe: vt ex eo appareat, nihil omnino myſteriorum actum fuiſſe, eo quod catechumeni intus eſſent, & Iſchyras non adeſſet, ſed ægrotus decumberet. Quin & ipſe ſceleratiſſimus Iſchyras, qui mentitus erat Athanaſium neſcio quem ſacrorum librorum combuſſiſſe, & de eo crimine conuictum eſſe, poſtmodum confeſſus eſt ſe per id tempus ægrotaſſe & decubuiſſe, cum Macarius ſuperueniret; vt vel inde facile colligas eum ſycophantam eſſe: certe huius ſycophantiæ gratia, ei qui ne presbyter quidem erat, titulum epiſcopi indulſere. Duo enim quondam Meletii presbyteri, poſtea a beatæ memoriæ Alexandro epiſcopo Alexandriæ recepti, iidemque nunc Athanaſii presbyteri, cum aduenissent, teſtimonia depoſuere, nunquam Iſchyram Meletii presbyterum fuiſſe; imo ne habuiſſe quidem Meletium Mareotæ vllam eccleſiam, aut miniſtrum in ſacris. Nihilominus tamen eum, qui presbyter non erat, vt epiſcopum in teſtem produxerunt; vt magnificentia nominis per ſycophantiam auditores percellerent. Recitata quoque ſunt ſcripta collegæ noſtri in ſacris Marcelli, & deprehenſa eſt Euſebii doloſa ars. Quæ enim Marcellus per modum quærentis protulerat, ea tam-

ANNO CHRISTI 347.

quam ita esse profiteretur, calumniati sunt. Recitata propterea sunt in illis, quæ antecederent & subsequerentur in illis quæstionibus; & inuenta est bona & recta fides istius viri. Non enim ex sancta Maria (vt ipsi asseuerabant) Verbo Dei initium attribuit, neque finem eius regno constituit, sed regnũ eius initio & fine carere scriptis prodidit. Asclepas quoque comministe noster in sacris, prolatis actorum monumentis Antiochiæ confectis, docuit, cum ibi simul & accusatores, & ipse Eusebius Cæsarienſis adesset, iudiciis episcoporum qui huic causæ præsidebant, se innocentem pronuntiatum esse. Non igitur sine causa est, dilectissimi fratres, quod sæpius citati non obtemperarint, sed fugere maluerint, & conscientia ad fugam propulsi, crimen suæ sycophantiæ confirmauerint, & causam dederint, vt quæ eorum accusatores præsentes obiicerent & demonstrarẽt, pro veris haberentur. Quoniam igitur præter hæc omnia, depositos olim & eiectos ob Arianam hæresim non solum receperunt, sed ad maiores gradus euexerunt, ex diaconis presbyteros, ex presbyteris episcopos facientes, non in alium vsum, quam vt impietatem disseminarent, latiusque diffunderent, & piam fidem corrumperent. Quo in negotio post Eusebium facile principes sunt, Theodorus ab Heraclea, Narcissus a Neroniade Ciliciæ, Stephanus ab Antiochia, Georgius a Laodicea, Acacius a Cæsarea Palæstinæ, Menophantes ex Epheso, quæ est Asiæ, Vrsacius a Singidono

ὡς ὁμολογούμενα διαβεβλήκασιν. ἀνεγνώσθη γοῦν τὰ ἑξῆς, καὶ τὰ περὶ αὐτῶν τῶν ζητημάτων, καὶ ὀρθὴ ἡ πίστις τοῦ ἀνδρὸς εὑρέθη. οὔτε γὰρ ἀπὸ τῆς ἁγίας Μαρίας, ὡς αὐτοὶ διεβεβαιώσαντο, ἀρχὴν ἐδίδου τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ, οὔτε τέλος ἔγραφε τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῷ βασιλείαν ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον εἶναι τοῦ Χριστοῦ ἔγραψε. καὶ Ἀσκληπᾶς δὲ ὁ συλλειτουργὸς περιεῖχεν ὑπομνήματα γεγόμενα ἐν Ἀντιοχείᾳ, πρόντων τῶν κατηγόρων, καὶ Εὐσεβίου τοῦ ἀπὸ Καισαρείας, καὶ ὄντα τῶν ἀποφάσεων τῶν δικασάντων ἐπισκόπων ἔδειξεν ἑαυτὸν ἀθῷον εἶναι. εἰκότως οὖν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, καλούμενοι πολλάκις οὐχ ὑπήκουσαν, εἰκότως ἔφυγον· ὑπὸ γὰρ τῶν συκοφαντούντων ἐλαυνόμενοι, φυγῇ τὰς συκοφαντίας ἑαυτῶν ἐβεβαίωσαν, καὶ πίστιν κατ' αὐτῶν πεποιήκασιν, ἃ παρόντες κατηγοροῦντες ἔλεγον καὶ ἐπεδείκνυον. ἐπεὶ τοίνυν τοῖς τούτοις πᾶσι, καὶ τοὺς πάλαι καθαιρεθέντας καὶ ἐκβληθέντας διὰ τὸν Ἀρείου αἵρεσιν, οὐ μόνον ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ εἰς μείζονα βαθμὸν προήγαγον, διακόνους μὲν εἰς πρεσβυτέριον, ἀπὸ δὲ πρεσβυτέρων εἰς ἐπισκόπους, δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἵνα τὴν ἀσέβειαν διασπείρωσι καὶ πλατύνωσι δυνηθῶσι, καὶ τὴν εὐσεβῆ διαφθείρωσι πίστιν. εἰσὶ δὲ τούτων, μὲν τοῦ προ Εὐσέβιον, νῦν ἐξαρχοι, Θεόδωρος ὁ ἀπὸ Ἡρακλείας, Νάρκισσος ὁ ἀπὸ Νερωνιάδος τῆς Κιλικίας, Στέφανος ὁ ἀπὸ Ἀντιοχείας, Γεώργιος ὁ ἀπὸ Λαοδικείας, Ἀκάκιος ὁ ἀπὸ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, Μηνόφαντος ὁ ἀπὸ Ἐφέσου τῆς Ἀσίας, Οὐρσάκιος

ANNO CHRISTI 347.

καὶ ὁ ἀπὸ Σιγιδόνου τῆς Μυσίας, Οὐάλης ὁ ἀπὸ Μουρσῶν τῆς Πannονίας. καὶ γὰρ οὗτοι σὺν αὐτοῖς ἐλθόντας ἀπὸ τῆς ἑῴας οὐκ ἐπέτρεπον οὔτ' εἰς τὴν ἁγίαν συνόδον εἰσελθεῖν, οὔτε ὅλως εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ προσβάλλειν. καὶ ἐρχόμενοι ἦ εἰς τὰ Σαρδικά, καὶ τόποις συνόδοις ἐποιοῦντο πρὸς ἑαυτούς, καὶ συνθήκας μετ' ἀπειλῶν· ὥστε ἐλθόντας αὐτοὺς εἰς τὰ Σαρδικὰ, μηδὲ ὅλως εἰς τὰ κρίσιν ἐλθεῖν, μηδὲ ὅπως τὸ αὐτὸ συνελθεῖν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ· ἀλλὰ μόνῳ ἐλθόντας, καὶ ἀφοσιώσει τινὶ ὑπεδημίᾳ ἑαυτῶν ὑπεξαμένους, ταχέως φυγεῖν. ταῦτα γὰρ γνῶναι δεδωκότες πρὸ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν, Μακαρίου ἀπὸ Παλαιστίνης, καὶ Ἀστερίου ἀπὸ Ἀραβίας, τῶν ἐλθόντων σὺν αὐτοῖς, καὶ ἀναχωρησάντων ἀπὸ τῆς ἀπιστίας αὐτῶν. οὗτοι γὰρ ἐλθόντες εἰς τὴν ἁγίαν συνόδον, τὴν μὲν βίαν, ἣν ἔπαθον, ἀποδύρονται, οὐδὲν ἧττον πρὸς αὐτοῖς ὀρθὸν ἔλεγον πρόσεσθαι· προσιόντες καὶ τοῦτο, ὡς ἄρα εἴη ἐκεῖ πολλοὶ τῆς ὀρθῆς ἀντιποιούμενοι δόξης, καὶ κωλυόμενοι πρὸ αὐτῶν ἐλθεῖν σύνταῦθα, διὰ τὸ ἀπειλεῖν καὶ ἐπαγγέλλεσθαι κατὰ τῶν βουλομένων ἀναχωρεῖν ἀπ' αὐτῶν. Τούτου χάριν ἕνεκα καὶ σὺ ἐνὶ οἴκῳ πάντας μεῖναι ἐκέλευσας, μηδὲ τὸ βραχύτατον ἰδιάζειν αὐτοὺς ὑποτρέψαντες. ἐπεὶ οὖν οὐκ ἔδει πρᾶσιν ποιῆσαι, οὐδὲ ἀνεκδιηγήτους ἔασαι τὰς συκοφαντίας, τὰ δεσμὰ, τοὺς φόνους, τὰς πληγὰς, τὰ περὶ τῶν πλοίων ὑποστολὰς, τὰς αἰκίας, τὰς γυμνώσεις τῶν θηλέων, τὰς ἐξοικίσεις, τὰς καταλύσεις τῶν ἐκκλησιῶν, τοὺς ἐμπρησμοὺς, τὰς μεταδόσεις ἀπὸ μικρῶν πόλεων εἰς μείζονας παροικίας, καὶ πρὸ γε πάντων τῶν

gidono Myſiæ, Valens a Murſis Pannonicis. Nam iſti eos, qui ſecum ab oriente venerant, non permittebant ad ſacroſanctam Synodum introire, aut vllo modo ad eccleſiam Dei appellere: & in itinere Sardicenſi certis in locis conciliabula in morem Synodi per ſe habuerunt, & fœdera cum interminationibus conflauerunt, vt vbi Sardicam peruenissent, minime ſe in iudicio ſiſterent, aut in eumdem locum cum ſacra Synodo conuenirent; ſed mox vbi eo peruenissent, & perfunctoria ſpecie aduentum ſuum oſtentaſſent, raptim inde aufugerent. Rem ita actam eſſe, per comminiſtros Macarium a Palæſtina, & Aſterium ab Arabia, qui vna cum iis in itinere fuerunt, & ab eorum infidelitate receſſerunt, cognoſcere licuit: qui cum ad ſacram Synodum veniſſent, ſimul & de vi, quam paſſi eſſent, conqueſti ſunt, & quanta prauitate in rebus agendis vterentur illi, indicarunt. id quoque ab ipſis additum, eſſe illic multos rectæ fidei cultores, quos iſti prohibuerunt, ne huc venirent, pericula minaſque, ſi quis ab illis recederet, denuntiantes: ac propterea curaſſe, vt omnes eodem domicilio vterentur, ne vel tantillum quiſpiam ab illis ſeorſum agere poſſet. Quoniã igitur eorum ſycophantiæ, vincula, cædes, vulnera, falſæ epiſtolæ, verbera, virginum denudationes, exterminationes, deuaſtationes eccleſiarum, incendia, tranſpoſitioneſque a minoribus ciuitatibus ad maiores parœcias, &, quod grauiſſimum

Anno Christi 347.

est, denuo per eosdem excitata contra rectam fidem infelicissima Arianorum hæresis, reticenda non sunt; ideo nos dilectos fratres & comministros nostros Athanasium, Marcellum, Asclepam, cum ceteris comministris eorum, innocentes & puros pronuntiauimus, literis ad singulas parœcias missis, vt populi cuiusque ecclesiæ cognoscant sui episcopi sinceritatem, eumque pro episcopo & habeant & expectent: illos autem qui more luporum in horum ecclesias inuaserunt, Gregorium inquam in Alexandriam, Basilium in Ancyram, Quintianum in Gazam, eos neque episcopos appellent, neque vllam cum eis communionem habeant, aut eorum literas recipiant, aut vicissim mittant. Theodorum autem, Narcissum, Acacium, Stephanum, Vrsacium, Valentem, Menophantem & Georgium, qui per metum huc ab oriente venire non est ausus; quia tamen tum a sanctæ memoriæ Alexandro depositus ipse est, tum & ipse & ceteri illi sectatores sunt Arianicæ rabiei, atq; ob reatuum criminationem, sacrosancta Synodus communi calculo exauctoratos omnino ab officio episcopatus submouit: decreuimusque eos non modo episcopos non esse, sed ne dignos quidem fidelium cõmunione. Nam qui separant Filium a Patre, & Verbum a suo Patre abalienãt, æquum est eos ab ecclesia catholica separari, & alienos esse a Christiano nomine. Sint vobis igitur anathema, eo quod verbum veritatis adulterauerunt.

χῆ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐπαναστᾶσαν δυσώνυμον Ἀρειανὴν αἵρεσιν δι' αὐτῶν· τούτου ἕνεκεν δεῖ μὲν ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ ἡμῖν καὶ συλλειτουργοὶ, Ἀθανάσιον, καὶ Μάρκελλον, καὶ Ἀσκληπᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς συλλειτουργοῦντας τῷ κυρίῳ, ἀθῴους καὶ καθαροὺς εἶναι ἀπεφηνάμεθα· γράψαντες καὶ εἰς πᾶν ἑκάστου παροικίαν, ὥστε γινώσκειν ἑκάστης ἐκκλησίας τοὺς λαοὺς τὸν ἴδιον ἐπισκόπου πᾶν καθαρότητα, καὶ τοῦτον μὲν ἔχειν ἐπίσκοπον καὶ προσδοκᾶν· τοὺς δὲ εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν ἐπελθόντας δικῶν λύκων, Γρηγόριον τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, Βασιλείδην τὸν ἐν Ἀγκύρᾳ, καὶ Κοϊντιανὸν τὸν ἐν Γάζῃ, τούτους μηδὲ ἐπισκόπους ὀνομάζειν, μηδὲ ὅλως κοινωνίαν τινὰ πρὸς αὐτοὺς ἔχειν, μηδὲ δέχεσθαί τινα παρὰ τούτων γράμματα, μηδὲ γράφειν πρὸς αὐτούς. τοὺς δέ γε περὶ Θεόδωρον, καὶ Νάρκισσον, καὶ Ἀκάκιον, καὶ Στέφανον, καὶ Οὐρσάκιον, καὶ Οὐάλεντα, καὶ Μηνόφαντον, καὶ Γεώργιον, εἰ καὶ φοβηθεὶς μὴ παρεγένετο ἀπὸ τῆς ἑῴας, ὅμως διὰ τὸ ἀπὸ τοῦ μακαρίτου Ἀλεξάνδρου *καθηρῆσθαι αὐτὸν, καὶ διὰ τὸ εἶναι καὶ αὐτὸν καὶ τούτους τῆς Ἀρείου μανίας, καὶ διὰ τὰ ἐπενεχθέντα αὐτοῖς ἐγκλήματα, τούτους πάμψηφει καθεῖλεν ἡ ἁγία συνοδος ἀπὸ τῆς ἐπισκοπῆς· καὶ ἐκρίναμεν μὴ μόνον αὐτοὺς ἐπισκόπους μὴ εἶναι, ἀλλὰ μηδὲ κοινωνίας μετὰ τῶν πιστῶν αὐτοὺς καταξιοῦσθαι. τοὺς γὰρ χωρίζοντας τὸν υἱὸν, καὶ ἀπαλλοτριοῦντας τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ πατρὸς, χωρίζεσθαι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας προσήκει, καὶ ἀλλοτρίους εἶναι τοῦ χριστιανῶν ὀνόματος. ἔστωσαν τοίνυν ὑμῖν ἀνάθεμα, διὰ τὸ κεκαπηλευκέναι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

* καθαιρῆσθαι

ANNO CHRISTI 347.

ἀποστολικόν ἐστι παράγγελμα· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. Τούτοις μηδένα κοινωνεῖν παραγγείλατε· οὐδεμία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος. Τούτους πάντας μακρὰν ποιεῖτε· οὐδεμία γὰρ συμφωνία Χριστῷ πρὸς Βελίαλ. καὶ φυλάξασθε, ἀγαπητοί, μήτε γράφειν πρὸς αὐτούς, μήτε γράμματα παρ' αὐτῶν δέχεσθαι. ἀσυδάσατε δὲ μᾶλλον καὶ ὑμεῖς ἀδελφοὶ καὶ συλλειτουργοί, ὡς τῷ πνεύματι φρονοῦντες τῇ συνόδῳ ἡμῶν, συνεπιψηφίσασθαι δι' ἐπιστολῶν ὑμετέρων, ὑπὲρ τῶν παρὰ πάντων τῶν πανταχοῦ συλλειτουργῶν τὴν ὁμοφωνίαν διασώζεσθαι. ἡ θεία πρόνοια καθωσιωμένους ὑμᾶς καὶ εὐθυμοῦντας διαφυλάττοι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

Ὅσιος ἐπίσκοπος * ἔγραψε, καὶ οὕτω πάντες. ταῦτα γράψασα ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος, ἀπέστειλε καὶ πρὸς τοὺς μὴ δυνηθέντας ἀπαντῆσαι· καὶ γενόμενοι καὶ αὐτοὶ σύμψηφοι τοῖς κριθεῖσι. τῶν δὲ ἐν τῇ συνόδῳ γραψάντων, καὶ τῶν ἄλλων ἐπισκόπων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα.

Ὅσιος ἀπὸ Σπανίας. Ἰούλιος Ῥώμης διὰ Ἀρχιδάμου καὶ Φιλοξένου πρεσβυτέρων. Πρωτογένης Σαρδικῆς. Γαυδέντιος. Μακεδόνιος. Σεβῆρος. Πραιτεξτᾶτος. Οὐρσάκιος. Λούκιλλος. Εὐγένιος. Βιτάλιος. Καλεπόδιος. Φλωρέντιος. Βάσσος. Βικέντιος. Στέρκορέλιος. Γαλλάδιος. Δομιτιανός. Γάλβας. Γερόντιος. Πρωτάσιος. Εὐλόγιος. Πορφύριος. Διόσκορος. Ζώσιμος. Ἰανουάριος. Ζώσιμος. Ἀλέξανδρος. Εὐτύχιος. Σωκράτης. Διόδωρος. Μαρτύριος. Εὐθήριος. Εὔκαρπος. Ἀθηνόδωρος. Εἰρηναῖος. Ἰουλιανός. Ἀλύπιος. Ἰωνᾶς. Αἴτιος.

præceptum ſiquidem apoſtolicum eſt: *Si quis euangelizauerit vobis præter id quod accepiſtis, anathema eſto.* Cum his ne quis communionem habeat, præcipite; nihil commune luci cum tenebris: hos procul a vobis arcete, cum nulla ſit concordia Chriſto cum Belial. Cauete interim, dilecti, ne vel ſcribatis ad eos, vel eorum ſcripta recipiatis. Quin & vos quoque ſtudete, fratres & comminiſtri noſtri, vt ſpiritu præſentes in noſtra Synodo, idem ſuffragium conferatis per veſtras ſubſcriptiones; quo ab omnibus vbique ſacrorum miniſtris concordia ſeruetur. † Diuina prouidentia ſanctos & lætos vos conſeruet, dilecti fratres.

Oſius epiſcopus ſubſcripſit, quod & ceteri fecere. Hæc ita ſcriptis mandata, ſacrum Sardicenſe Concilium ad eos qui intereſſe non poterant, miſit; qui ipſi quoque ſuis ſuffragiis decreta Synodi approbarunt. Eorum autem qui in Synodo ſubſcripſerunt, ceterorumque aliorum iſta ſunt nomina.

Oſius ab Hiſpania. Iulius Romæ per Archidamū & Philoxenum presbyteros. Protogenes Sardicæ. Gaudentius. Macedonius. Seuerus. Prætextatus. Vrſacius. Lucillus. Eugenius. Vitalis. Calepodius. Florentius. Baſſus. Vincentius. Stercorius. Palladius. Domitianus. Galba. Gerontius. Protaſius. Eulogius. Porphyrius. Dioſcorus. Zoſimus. Ianuarius. Zoſimus. Alexander. Eutychius. Socrates. Diodorus. Martyrius. Eutherius. Eucarpus. Athenodorus. Irenæus. Iulianus. Alypius. Ionas. Aetius. Reſtitu-

Gal. c. 1. v. 9.

2. Cor. c. 6. v. 24.

† Appendicem huius epiſtolæ ex Theodoreto vide infra in notis pagina 74.

* ἐπίσκοπος

tus. Marcellinus. Aprianus. Vitalis. Valens. Hermogenes. Caſtus. Domitianus. Fortunatus. Marcus. Annianus. Heliodorus. Muſeus. Aſterius. Paregorius. Plutarchus. Hymenæus. Athanaſius. Lucius. Amantius. Arius. Aſclepius. Dionyſius. Maximus. Tryphon. Alexander. Antigonus. Ælianus. Petrus. Symphorus. Muſonius. Eutychius. Philologius. Spudaſius. Zoſimus. Patricius. Adolius. Sapricius.

Galliæ.

Maximianus. Veriſſimus. Victor. Valētinus. Deſiderius. Eulogius. Sarbatius. Dyſcolius. Superior. Mercurius. Declopetus. Euſebius. Seuerinus. Satyrus. Martinus. Paulus. Optatianus. Nicaſius. Victor. Sēpronius. Valerinus. Pacatus. Ieſſes. Ariſton. Simplicius. Metianus. Amantus. Æmilianus. Iuſtinianus. Victorinus. Saturnilus. Abundantius. Donatianus. Maximus.

Africæ.

Neſſus. Gratus. Megaſius. Coldæus. Rogatianus. Conſortius. Rufinus. Mānius. Cæcilianus. Herennianus. Marianus. Valerius. Dynamius. Myzonius. Iuſtus. Cæleſtinus. Cyprianus. Victor. Honoratus. Marinus. Pantagathus. Felix. Baudius. Liber. Capito. Mineruales. Coſmus. Victor. Heſperio. Felix. Seuerianus. Oſpantius. Heſperus. Fidentius. Saluſtius. Paſchaſius.

Ægypti.

Liburnius. Amantius. Felix. Iſchyrammon. Romulus. Tiberinus. Conſortius. Heraclides. Fortunatus. Dioſcorus. Fortunatianus. Baſtamon. Datyllus.

Ρεσῆτος. Μαρκελλῖνος. Ἀπριανός. Βιτάλιος. Οὐάλης. Ἑρμογένης. Κάστος. Δομετιανός. Φορτουνᾶτος. Μάρκος. Ἀννιανός. Ἡλιόδωρος. Μουσαῖος. Ἀστέριος. Παρηγόριος. Πλούταρχος. Υμέναιος. Ἀθανάσιος. Λούκιος. Ἀμαντῖος. Ἄρειος. Ἀσκληπιός. Διονύσιος. Μάξιμος. Τρύφων. Ἀλέξανδρος. Ἀντίγονος. Αἰλιανός. Πέτρος. Σύμφορος. Μουσώνιος. Εὐτύχιος. Φιλολόγιος. Σπουδάσιος. Ζώσιμος. Πατρίκιος. Ἀδόλιος. Σαπρίκιος.

Οἱ Γαλλίας.

Μαξιμιανός. Βηρίσιμος.* Βίκτορος. Βαλεντῖνος. Δησιδέριος. Εὐλόγιος. Σαρβάτος. Δυσκόλιος. Σουπερίωρ.* Μερκούριος. Δεκλοπετός. Εὐσέβιος. Σεβηρῖνος. Σάτυρος. Μαρτῖνος. Παῦλος. Ὀπτατιανός. Νικάσιος. Βίκτωρ. Σεμπρώνιος. Βαλερῖνος. Πάκατος. Ἰεσσῆς. Ἀρίστων. Σιμπλίκιος. Μετιανός. Ἀμαντῖος. Αἰμιλιανός. Ἰουστινιανός. Βικτωρῖνος.* Σατουρνῖλος. Ἀβουνδάντιος. Δωνατιανός. Μάξιμος.

* Ἴσως, Βίκτωρ.

* Σουπερίωρ.

Οἱ Ἀφρικῆς.

Νέατος. Γρᾶτος. Μεγάσιος. Κολδαῖος. Ρογατιανός. Κονσόρτιος. Ρουφῖνος. Μαννῖνος. Καικιλιανός.* Ἐρεννιανός. Μαυριανός. Οὐαλέριος. Δυνάμιος. Μυζόνιος. Ἰοῦστος. Καιλεστῖνος. Κυπριανός. Βίκτωρ. Ονωράτος. Μαρῖνος. Παντάγαθος. Φῆλιξ. Βαύδιος. Λίβερ. Καπίτων.* Μινερβάλις. Κόσμος. Βίκτωρ. Ἐσπερίων. Φῆλιξ. Σεβηριανός. Ὀσπαντίος. Ἔσπερος. Φιδέντιος. Σαλουστῖος. Πασχάσιος.

* Αἰρετικός.

* Μινερβάλις.

Οἱ Αἰγύπτου.

Λιβούρνιος. Ἀμαντῖος. Φῆλιξ. Ἰσχυράμμων. Ρωμοῦλος. Τιβερῖνος. Κονσόρτιος. Ἡρακλείδης.* Φορτουνᾶτος. Διόσκορος. Φορτουνατιανός. Βασσάμων.

* Φορτουνάτος.

ANNO CHRISTI 347.

ANNO CHRISTI 347.

Δάτυλλος. Ανδρέας. Σερλῶος. Αρφ. Θεόδωρος. Εὐαγόρας. Ηλίας. Τιμόθεος. Ωελίων. Ανδρόνικος. Παφνούτιος. Ερμίας. Αραβίων. Ψενόσιρις. Απολλώνιος. Μοῦις. Σαραπάμπων. Σερλῶος. Φίλων. Φίλιππος. Απολλώνιος. Παφνούτιος. Παῦλος. Διόσκορος. Νιλάμμων. Σερῆνος. Ακύλας. Αωτᾶς. Αρποκρατίων. Ισαάκ. Θεόδωρος. Απολλώς. Αμμωνιανός. Νεῖλος. Ηραϰλῆος. Αρείων. Αθᾶς. Αρσένιος. Αγαθάμμων. Θέων. Απολλώνιος. Ηλίας. Παινούθιος. Ανδραγάθιος. Νεμεσίων. Σαραπίων. Αμμώνιος. Ξένων. Γερόντιος. Κοίντος. Λεωνίδης. Σεμπρωνιανός. Φίλων. Ηραϰλείδης. Ιέραϰις. Ροῦφος. Γανσόφι. Μακεδόνι. Απολλόδωρ. Φλαβιανός. Ψάης. Σύρος. Απφοῦς. Σαραπίων. Ησαΐας. Παφνούτι. Τιμόθεος. Ελυρίων. Γάϊος. Μυσαῖος. Γισός. Ηραϰλάμμων. Ηρων. Ηλίας. Ανάγαμφος. Απολλώνιος. Γάϊος. Φιλωτᾶς. Παῦλος. Τιθώης. Εὐδαίμων. Ιούλι.

Οἱ ϵ̓ν τῷ καναλίῳ τῆ̃ς Ιταλίας.

Προβᾶπος. Βιάπωρ. Φακουνδῖνος. Ιωσῆς. Νουμίδιος. Σπϵραντῖνος. Σεβῆρ. Ηραϰλιανός. Φαυστῖνος. Αντωνῖνος. Ηραϰλῆ. Ουϊτάλι. Φῆλιξ. Κριστῖν. Παυλιανός.

Οἱ Κύπρου.

Αὐξίβιος. Φώτιος. Γηραίσιος. Αφροδίσιος. Ειρηνικός. Νουνέχιος. Αθανάσι. Μακεδόνι. Τριφύλλι. Σπυρίδων. Νορβανός. Σωσικράτης.

Οἱ Παλαιστίνης.

Μάξιμος. Αέτιος. Αρῖος. Θεοδόσιος. Γερμανός. Σιλουανός. Παῦλος. Κλαύδιος. Πατρίκιος. Ελπίδιος. Γερμανός. Εὐσέβι. Ζηνόβιος. Παῦλος. Πέτρ.

Andreas. Serenus. Arius. Theodorus. Euagoras. Elias. Timotheus. Orion. Andronicus. Paphnutius. Hermias. Arabion. Pſenoſiris. Apollonius. Mues. Serapāpō. Serenus. Philō. Philippus. Apollonius. Paphnutius. Paulus. Dioſcorus. Nilāmon. Serenus. Aquila. Aotas. Harpocratiō. Iſaac. Theodorus. Apollo. Ammonianus. Nilus. Heraclius. Arion. Athas. Arſenius. Agathammon. Theon. Apollonius. Elias. Paninuthius. Andragathius. Nemeſius. Serapion. Ammonius. Xenō. Gerōtius. Quintus. Leonides. Sempronianus. Philon. Heraclides. Hieraces. Rufus. Pāſophius. Macedonius. Apollodorus. Flauianus. Pſaes. Syrus. Apphus. Serapiō. Eſaias. Paphnutius. Timotheus. Elurion. Gaius. Muſæus. Piſtus. Heraclammon. Heron. Elias. Anagāphus. Apollonius. Gaius. Philotas. Paulus. Tithoes. Eudæmon. Iulius.

Qui autem in canalio Italiæ.

Probatius. Viator. Facūdinus. Ioſeph. Numidius. Sperantius. Seuerus. Heraclianus. Fauſtinus. Antoninus. Heraclius. Vitalis. Felix. Criſpinus. Paulianus.

Cypri.

Auxibius. Photius. Geraſius. Afrodiſius. Irenicus. Nunechius. Athanaſius. Macedonius. Triphyllius. Spyridon. Norbanus. Soſicrates.

Paleſtinæ.

Maximus. Aetius. Arius. Theodoſius. Germanus. Siluanus. Paulus. Claudius. Patricius. Elpidius. Germanus. Euſebius. Zenobius. Paulus. Petrus.

IN

[a] CONCILIVM [b] SARDICENSE [c] OECVMENICVM,

[d] Approbatum [e] a trecentis septuaginta sex episcopis [f] in causa Athanasii, Marcelli, aliorumque exulum episcoporum, [g] Rufino & Eusebio consulibus celebratum,

NOTÆ.

Hæc Synodus a Iulio indicta.

[a] *Concilium.*] Iulius pontifex Romanus, ait Sozom. lib. 3. cap. 9. cum literis apud episcopos orientis, de rebus, propter quas scripsisset, nihil proficeret, neque Arianos frequentissime ad Romana Concilia vocatos, ad comparendum inducere posset, hanc vniuersalem Synodum Sardicæ celebrandam indixit : a qua ne Arianis Concilia detrectantibus impune abesse liceret, episcopos quosdam ad Constantem Mediolani agentem ablegauit, qui peterent, vt imperator literis ad fratrem Constantium scriptis impetraret, ne Ariani, quod hactenus fecerant, iudicium ecclesiæ & vniuersalis Concilii subterfugerent. *Post triennium,* nimirum commorationis Romæ magni Athanasii, *quarto denique anno literis iußit,* inquit Athanasius apologia ad Constantium, *vt ad se venirem: agebat autem per id tempus Constans Mediolani. Sciscitabar quid causæ esset cur euocaret: quippe ignarus omnium, testis est mihi Deus. Comperiebam autem quosdam episcopos, qui eo profecti erant, precibus ab eo postulasse, vt tuæ pietati de Synodo facienda scriberet. Cum igitur veniissem Mediolanum, expertus sum illius mirificam humanitatem, dum & me suis oculis dignatur, verbisque indicat, se ad te de celebrando Concilio literas misisse.* Hæc Athanasius. Ex eo, quod ait Socrates lib. 2. cap. 16. quosdam episcopos ad hoc Concilium non veniisse propter præsentem corporis infirmitatem, alios vero causatos angustiam temporis a Iulio præstituti, necessarium deducitur argumentum, quod Iulius pontifex Romanus hanc Synodum indixerit, Arianisque debito modo Sardicam citatis certum comparendi terminum præfixerit ac definiuerit. Vide Baron. anno 346. num. 3. & 5.

Causa Concilii.

Athanasius apologia ad Constantium.

Locus Cōcilii Sardica vrbs.

[b] *Sardicense.*] Sic dictum quod Sardicæ celebratum fuerit. Est autem Sardica nobilis Thraciæ ciuitas Illyrii & Mysiæ confinis, in ditione Constantii sita, a Philippopoli montis interstitio, cui nomen Tituris, separata. Hæc cum sub Turcis esse cœpit, mutato nomine dicta est Triaditze. In hac Constantinum imperatorem aliquando habitasse, rescripta complura imperatoris illic data testantur. Eadem ciuitas consilio imperatorū ad Synodum electa est, quia inter orientale & occidentale imperium secundum partitionem a Constantino

Cur ad Synodum electa.

ANNO CHRISTI 347.

magno inter filios factam, prope confinis esset. Qui hanc eamdem esse putarunt cum Sardis, quæ est in minore Asia ciuitas, errore labuntur. Socrates lib. 2. c. 18. Baron. ann. 347. num. 2.

Oecumenicum fuisse probatur.

[c] *Oecumenicum*.] Cum hi trecenti septuaginta sex episcopi ex oriente, occidente, septemtrione, omnibusque ferme prouinciis orbis Christiani, quarum triginta sex nominat Athanasius, a Iulio Romano pontifice accersiti huic Concilio interfuerint, Archidamus & Philoxenus presbyteri apostolicæ sedis legati, teste Athanasio apol. 2. eidem præsederint; ad hoc Iulii Romani pontificis sententia Romæ pro Athanasio lata, ipsius permissu ac voluntate iterum examinata, & ad libram iustitiæ deducta fuerit, ac demum ea, quæ ad totam Christianam religionem, vniuersum orbem terrarum & ecclesiam pertinent, patres hoc loco congregati constituerint; hoc Concilium œcumenicum, vniuersale & plenarium vniuersæ ecclesiæ Concilium fuisse, manifesto constat: adeoque non minus vere, quam iure optimo ab Athanasio principio apol. 2. instar Nicænæ *magna Synodus*; ab August. epist. 162. *plenarium vniuersæ ecclesiæ Concilium*; a Sulpitio lib. 2. sacræ historiæ, *Concilium ex toto orbe conuocatum*; a Socrate lib. 2. c. 16. histor. eccles. *generale Concilium* appellatur. Verba quæ habentur in fine Concilii, hæc: *Vniuersa quæ constituta sunt, catholica ecclesia in vniuerso orbe diffusa custodiat:* idem, quod supra dixi, euidenter confirmant. Quoniam ex triginta sex diuersis mundi prouinciis, quas omnes Athanasius enumerat, episcopi conuocati & congregati fuerunt, neque instar Alexandrini II. sub Siluestro, Osio præsidente celebrati, generale; neque etiam instar Carthaginensis III. vniuersale dici potest: his enim duobus episcopi vnius dumtaxat prouinciæ, vel vni tantum primati subiecti conuenerunt: in Sardicensi vero Concilio, vt supra dixi ex 36. prouinciis totius mundi episcopi 376. congregati fuerunt. Vide Baron. ann. 347. num. 7. 8. & 9. Bellar. lib. 2. de Rom. pont. c. 21.

Acta Concilii.

Concilium hoc generale, magnũ, &c. nominatur.

An & quomodo Alexandrinum II. & Carth. III. generalia Concilia fuerint.

[d] *Approbatum*.] Reuerendissimus & illustrissimus cardinalis Bellarminus cap. 7. lib. 1. de Conciliis & ecclesia, scribit hoc Concilium partim confirmatum, partim reprobatum esse: quia ex 376. episcopis, Sardicæ congregatis, pars maior fidem catholicam & orthodoxam Nicæni Concilii confirmauerit, eaque quæ Nicæna Synodo obscurius constituta erant, explicauerit; ex iisdem vero septuaginta sex reliqui orientales episcopi Arianam fidem scripserint, nouamque a quatuor supra positis fidei formulis diuersam iterum ediderint ac promulgarint. Verius est, quod lib. 2. de Rom. pont. c. 21. & 25. ipse Bellarm. & post eum reuerendissimus & illustrissimus cardinalis Baronius anno 347. num. 62. tradunt, Sardicensium Conciliorum duo fuisse, vnum legitimum ex orthodoxis dumtaxat episcopis 376. congregatum: alterum spurium & illegitimum ab Arianis Philippopoli celebratum, ementito nomine Sardicense appellatum. Illud catholicum vniuersale, totoque orbe iure receptum: hoc autem posterius Arianorum dumtaxat malignantium conuentum, illegitimum, atq; ideo merito reprobatum fuisse. Duas

Conciliorũ Sardicensiũ alterum approbatum, alterum reprobatum est.

Cur hoc Concilium ab Augustino & Alypio reiectũ fuerit.

Prima causa.

ob causas Sardicense Concilium ab Augustino aliisque orthodoxis patribus velut illegitimum ac spurium reiectum fuit; quarum vna est, quod Marcellum Ancyranum episcopum, (quem non solius Acacii Ariani, sed etiam Basilii epist. 52. in eum conscriptæ testimonio, Samosatenianæ hæreseos sectatorem fuisse manifesto constaret) ab omni hæreseos labe expurgatum absoluisset. Sed cum Epiph. hæresi 72. anno post obitum illius secundo scripserit, Marcellum de hæresi infamatum, Romæ coram Iulio pontifice fidei confessionem edidisse, eademque præmissa in communionem ecclesiæ catholicæ receptum fuisse, euidenter patet, id quod huic Concilio ex parte Marcelli iniuste absoluti obiicitur, vere calumniosum esse. Altera causa huius Concilii ab Augustino, Alypio, aliisque quibusdam orthodoxis reprobati est, quod Ariani cum suis Sardica per fugam elapsi, Philippis in Thracia Conciliabulum, Sardicensis Concilii nomine condecoratum, celebrarint, illudque patrocinio Constantii imperatoris, velut vnicum ac legitimum Sardicense Concilium omnibus in locis promulgari curarint. Vnde hoc callide & per impostu̇ram hæreticorum effectum est, vt S. Augustinus, Alypius, aliique plures catholici, ignorantes duo Sardicensia Concilia, alterum legitimum, alterum vere illegitimum habitum fuisse, vtrumque velut impium detestati fuerint. Sed dices: Cum Sardicensi Concilio, vna cum Grato Carthag. ecclesiæ episcopo, triginta quinque alii aliarum ecclesiarum in Africa præsules interfuerint, ipsumque Concilium Carthaginense I. eiusdem Sardicensis Concilii nominatim meminerit, qua ratione accidere potuit, vt Augustinum aliosque Africanæ ecclesiæ episcopos, legitimum Sardicense Concilium præterierit? Respondeo, in hac tanta rerum ambage nihil æquius existimari posse, nisi quod ex tot tantisque inuasionibus atque grassationibus, a Donatistis aduersus catholicos sæpe conflatis, Sardicenses Canones iacturam passi fuerint, aut saltem casu quodam nobis plane incomperto exciderint. Primo Carthaginensi Concilio hæc ignorantia vinci non potuit, cum eodem tempore idem Carthaginense Concilium vel malitia Arianorum, vel catholicorum prouidentia occultatum, a posteris Africanæ ecclesiæ episcopis citra culpam ignoratum fuerit. Primum Carthaginense, si extitisset, Sardicensis Concilii notitiam reduxisset, atque adeo ea controuersia, quæ de iure appellandi inter episcopos quosdam Romanos & Africanæ ecclesiæ episcopos circa tempora Concilii Carthaginensis sexti exorta fuerat, quæque fere vniuersam Africanam ecclesiam in maximum schismatis periculum induxerat, facillimo negotio componi potuisset. Vide Baron. anno 347. num. 55. vsque ad 98. inclusiue.

Anno Christi 347.

Causa secũda reiecti Concilii.

Refellitur obiectio.

Canones Sardicenses passi sunt naufragiũ. Carthaginense I. Africanæ ecclesiæ aliquamdiu incognitũ.

Cum igitur ex præcedentibus constet, Sardicense Concilium sacrosanctam fuisse Synodum œcumenicam, totoq; orbe receptam, merito quispiam dubitauerit, cur ad vniuersalia & œcumenica approbata numerũ non addat. Inter vniuersalia approbata Concilia Nicænum constituitur primum, Constantinopolitanum secũdum, Ephesinum tertium. Ex iis, quæ supra diximus, videbatur Sardicense secundum, Con-

Cur Sardicense Concilium, cum generale sit, œcumenicarũ Synodorũ numerum nõ augeat.

ANNO CHRISTI 347. Constantinopolitanum tertium, Ephesinum quartum, Calchedonense quintum esse constituendum. Sed dicendum est, Sardicense Concilium cum Nicæno vnum idemque censeri, tum quia vtrique fere iidem patres interfuerint, aliudque nihil (quod in aliis Conciliis factũ est) constituerint, quam quod Nicænam Synodum confirmarint, illius Canones dumtaxat explicarint, aut saltem corroborauerint: tum etiam quod Canones vtriusq; Concilii, Sardicensis nimirũ & Nicæni, in Romana bibliotheca, & in quodam exemplari Concilii Nicæni, quod Dionysius ante mille annos e Græco conuertit, quodque etiamnum adhuc Atrebati in monasterio Vedasti extat, ita coniuncti habeantur, quasi vnius Concilii Canones fuerint. Vnde sicut Constãtinopolitanum symbolum passim vocatur Nicænum, quia est explicatio Nicæni: ita tres Canones Sardicensis Concilii, Zosimus, Bonifacius, Cælestinus pontifices in suis epistolis, patresque Concilii Carthaginensis VI. Nicænos appellarunt: propterea maxime, quod Sardicẽsis Concilii Canones vere nihil aliud sint, quam Nicænorum Canonum explicatio vel confirmatio. Canon sextus Concilii Nicæni præcipiens antiquas consuetudines ecclesiæ obseruari, implicite id, quod iam anterioribus sæculis aliquot obseruatum fuit, cõstituerat; nimirum vt episcopis, ab episcoporum sententia ad Romanum pontificem appellantibus, non grauate deferatur. Cum itaque Athanasius Eusebianorum iudicio condemnatus, ad Iulium Romanum pontificem appellasset, eamq; velut illegitimam & iniustam ipsi calumniarentur, quasi a Concilio multorum episcoporum condemnatus, non nisi ad Concilium maioris numeri episcoporum appellare debuerit: patres huius Concilii hanc ob rem de iure appellandi ea constituerunt, quæ infra Can. 4. 7. &c. statuta reperiũtur. Quæ cum implicite, modo quo supra dixi, in Nicæno constituta fuerint, Nicæni Canones non incongrue nominati leguntur. Vide Baron. ann. 347. num. 99. Item 419. num. 70. 88. & 89. Bellar. lib. 2. de Rom. pontif. c. 25. item quæ dicemus infra. Hoc Concilium principio a Latinis Latine, a Græcis Græce editum est, vt ex epistola Nicolai pontificis 4. probat Baronius anno prædicto num. 52. & 53. adeoque mirum est Photinum huius Synodi ignorantiam simulasse. Vide notas Can. 13.

Nicænum & Sardicẽse Concilium vnum censentur.

Canones huius Concilii, Nicæni appellantur, & cur.

Sardicense Græce editum fuit.

[c] *A trecentis septuaginta sex episcopis.*] De numero episcoporum qui Sardicam ad Concilium conuenerunt, variæ sunt diuersorum antiquorum assertiones. Athanasius qui Concilio ipse interfuit, præ ceteris audiendus foret, si quid definiti hac de re scriptum reliquisset. in epistola ad solitarios ait, conuenisse ex oriente & occidente antistites numero plus minus trecentos: in exordio suæ apolog. 2. affirmat, suam innocentiam plusquam trecentos episcopos exploratam habuisse & probasse: paulo infra ait, huic Synodo subscripsisse in vniuersum trecẽtos quadraginta quatuor episcopos. Verum cum hoc loco Italiæ, Galliæ, Africæ, Ægypti, Cypri & Palæstinæ tantum episcopi numerentur, eiusdemque testimonio compertum habeatur, aliarum plurium prouinciarum antistites Sardicam conuenisse; hoc potius de numero episcoporum statuendum esse putamus, quod

Numerus episcoporũ quantus.

ANNO CHRISTI 347.

lib. 3. cap. 11. in fine Sozom. & ex teſtificatione Athanaſii & Sabini: quorum ſcripta, hodie corrupta & deprauata, tunc vtique ſine mendis legebantur: affirmat Socrat. lib. 2. cap. 16. nimirum huic Sardicenſi occidentalium trecentos, orientalium epiſcoporum ſeptuaginta ſex interfuiſſe. Vnde quod ait Grat. Can. 11. diſt. 16. ſexaginta tantum epiſcopos illos, quorũ nomina ſubſcripta reperiuntur, Concilio interfuiſſe, plane explodendum eſt. Hos omnes catholicæ communionis fuiſſe ex eo liquidiſſime apparet, quod Ariani ad Synodum vocati, Concilium ipſum, prout pacto quodam pœnali adiecto conuenerant, ſubterfugerint. Sardicam ingreſſos, ab Oſio epiſcopo oblata illis ſecuritate, inuitatos fuiſſe certum eſt: ſed qui melius eſſe ſentiebant de fuga erubeſcere, quam conuictos condemnari, quaſi per literas imperatoris ad alia vocati eſſent, fugerunt; vt patet ex epiſt. Athanaſii ad ſolitar. vitam agentes. In hac ergo Synodo omnes quotquot congregati ſunt, catholici fuerunt. Archidamus & Philoxenus presbyteri, teſte Athanaſio, pontificiæ legationis munere fungentes, his omnibus præſederunt. Et quãquam Gratianus Can. 11. diſt. 16. affirmet, Oſium Cordubenſem epiſcopum in hac, ſicut in Nicæna aliiſque quibuſdam Synodis, legationis pontificiæ munere & officio functum præſediſſe; maior tamen hac in re fides attribuenda eſt Athanaſio, qui prædictos tantum duos Romanæ eccleſiæ presbyteros, tamquam apoſtolicæ ſedis legatos commemorat. Oſium patronum Synodi egiſſe, definienda nimirum propoſuiſſe, & ſingulorum ſententias (quod ad officium patroni ſynodalis pertinet) rogaſſe, acta Concilii manifeſtiſſime indicant. Vide Baron. ann. 347. 3. 4. 5. 6. & 10. Vide notas ſubſcriptas.

Epiſcopi 376. huic Concilio interfuerunt. Epiſcopi omnes catholici fuerũt.

Legati pontificis Romani qui.

Oſius non legatus, ſed patronus Synodo fuit.

Cauſa Cõcilii & acta.

[f] *In cauſa Athanaſii.*] Cum Romæ in cauſa Athanaſii indicta Concilia Ariani ſubterfugiſſent, auxilio imperatoris Conſtantis effectum eſt, vt œcumenicum indiceretur Concilium, a quo Euſebiani cum Arianis citati, citra periculum infamiæ ſe abſentare non poſſent. Itaque ad locum Synodi quidem comparuerunt, atque vt querelas ſuas aduerſus Athanaſium proponerent, ab Oſio ipſaque Synodo citati fuerunt: ſed vt rem iuſto iuris ordine agendam viderunt, cauſæ ſuæ diffiſi, fugam arripuerunt. Ne itaque accuſatorum contumax abſentia reo innocenti grauius præiudicet, continuatum eſt iudicium; Athanaſius iniurias ſibi ab Euſebianis illatas exponens, & ad acta Tyria & Mareotica ſeſe referens, auditus eſt; patres Concilii poſt diligentem actorum omnium inquiſitionem, ac demum totius cauſæ cognitionem, Euſebianorum calumniis, dolis ac fraudibus exacte perſpectis, Athanaſium ſecundum ſententiam Iulii Romæ ante prolatam, communi omnium conſenſu ſuffragante abſoluerunt: Gregorium vero in ſedem Alexandrinam ab iiſdem Euſebianis per vim militarem intruſum non tantum depoſuerunt, verum etiam plane execrati ſunt, atque omnes ab eo in ſede Alexandrina collatos ordines, aliaque eius geſta prorſus irrita eſſe conſtituerunt. Hæc ſummatim tradit ipſe Athanaſius epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, his verbis: *Synodus autem ex pluribus quam ex triginta*

Cur Ariani epiſcopi a Concilio aufugerint.

Athanaſius denuo hoc Concilio abſoluitur.

ANNO CHRISTI 347. *quinque prouinciis coacta, cognita aliorum malitia, permisere Athanasio cum suis, vt causam diceret, tum de calamitatibus suis, tum de calumniis quas passus esset: auditisque eius rationibus, hominem innocentem pronuntiarunt, eumque magna admiratione prosecuti sunt, adeo vt eius communionem amplecterentur, & literas passim missitarent, tum ad cuiusque diœcesim, tum potissimum in Aegyptum, Alexandriam & Libyam, quibus significabant Athanasium cum suis extra omnem culpam esse.* Et paulo infra subiungit. *Gregorii Alexandriam missi episcopi nomen ita eum condemnando recitarunt, vt nec vnquam eum episcopum, nec dignum qui Christianus appellaretur, censerent: rescinderunt enim omnes illius in ordinibus dandis constitutiones, interdicentes ne quisquam ab eo ordinatus in ecclesia vel nomen sui ordinis obtineret, idque in odium mandatorum scelerum Gregorii,* &c. Ordines a Gregorio Alexandriæ collati rescinduntur.

Iudicio Athanasii absoluto, coram patribus Concilii Marcelli Ancyrani & Asclepæ Gazæ episcopi causa exposita est: illum ab Eusebio Sabellianæ hæreseos accusatum, post emissam orthodoxæ fidei confessionem, iuste absoluerunt: Asclepam Gazæ episcopũ, qui ante Nicænum Concilium Arianus fuerat, postque illud celebratum catholicam fidem cum orthodoxis professus, magnam sibi Arianorum inuidiam comparauerat, in Tyrio Conuenticulo prauæ doctrinæ accusatum, tandem sede sua spoliarunt. Ille vero Concilium & Romanum pontificem appellans, principio in Conuentu Antiocheno, (nescitur quo) deinde Iulii pontificis Romani, ac tandem huius Sardicensis Concilii sententia, post diligentem causæ cognitionem, innoxius & catholica communione dignissimus declaratus est. Hæc ex Athanasio apol. 2. Baron. num. 34. Marcellus absoluitur. Asclepas quis fuerit. Asclepas a Concilio innocuus iudicatur.

Si quod cum Basilio, Hilario, Chrysostomo & Theodoreto omnes fere recentiores constanter affirmant, Marcellus post Sardicense Concilium in hæresim Sabellianam relapsus fuerit; vel si virus tempore Concilii in pectore occultatum, postea aperte ac palam euomuerit, non propterea Sardicensis Concilii patres, secundum acta & actitata Marcellum catholicam fidem profitentem absoluentes, ab Eusebianis accusari debebant: nam sicut non nisi temere & imprudenter Concilium Nicænum reiiceretur, ideo quod Arium & Arianos vel hæresim suam occultantes, vel palinodiam recantantes, & catholicam fidem profitentes susceperit, etiamsi iidem postea ad vomitum reuersi fuerint: ita etiam Sardicense Concilium contemnẽdum non erat, si Marcellum, qui coram fidem catholicam ediderat, hæresim abiurauerat, omnique labe expurgauerat, postea autẽ recidiuam passus erat, secundum acta & probata absoluisset. Illustrissimus cardinalis Baronius, Marcellum ab omni labe hæreseos immunem semper extitisse, probat auctoritate Athanasii & Epiphanii: quod autem impii Photini præceptor extiterit, vulgata eius scripta ab Arianis in deteriorem partem accepta fuerint, quodque eiusdem discipuli postea (vt testatur Epiphanius hæresi 73.) tres in Trinitate subsistentias minime confiteri voluerint; hinc, inquit Baronius, effectum est, vt Marcelli quoque nomen apud posteros pessime audiret. Vide Baron. anno 347. num. 55. & sequentibus vsque ad 61. inclusiue. An Marcellus Sabellianus fuerit?

ANNO CHRISTI 347.

An Paulus Constantinopolitanus episcopus Sardicensi Concilio interfuerit.

Socrates lib. 2. cap. 16. Sozom. lib. 3. cap. 10. affirmant, Paulum Constantinopolitanum episcopum Concilio interfuisse, & simul etiam ab Eusebianorum calumnia absolutum, in catholicæ ecclesiæ communionem receptum fuisse. verius esse putamus, quod de eodem refert Theod. lib. 1. cap. 5. ipsum a populo Constantinopolitano accessu vrbis illius, in qua ipsi ab Arianis insidias paratas esse scirent, prohibitum esse. Athanasius enim duabus illis epistolis, quibus de episcopis ab exilio reuocatis agit, Pauli Constantinopolitani ne verbo meminit. Baron. num. 45.

Ariani a catholicis reconuenti, a Synodo condemnantur.

Absolutis a calumnia hæreticorum episcopis, reconueniendi hæreticos potestas ac licentia concessa est omnibus, subitoque innumeris cædibus, exiliis, carceribus & contumeliis eorum denuntiatis; catenis & diris vinculis, quibus sanctissimi episcopi vincti fuerant, ostentatis; ac demum literis, quas Theognis Nicææ episcopus ad concitandum contra Athanasium alioſque episcopos commentus fuerat, perlectis, examinatis, verisque in omnibus comprobatis, ab eadem sacrosancta Synodo aduersus nominatos Arianæ factionis hæreticos, damnationis, depositionis, & excommunicationis sententia est pronuntiata. Hoc eodem Concilio Photinum hæresiarcham Sirmiensem episcopum, qui Christum purum hominem ex Maria virgine natum affirmabat, damnatum fuisse, refert Epiph. hæres. 71. qua de re pluribus infra in Concilio Sirmiensi agemus.

An Photini hæresis hic damnata fuerit.

Acta Concilii mittuntur ad Romanum pontificem.

De omnibus Concilii actis Iulium Romanum pontificem per literas ad eum scriptas, iuxta consuetudinem ab ecclesia receptam, certiorem reddiderunt. Addiderunt his patres literas ad Ægypti ecclesiam de absolutione Athanasii & abdicatione Gregorii. Scripserunt etiam circularem epistolam ad omnes vbique positas catholicorum per orbem ecclesias, quibus de iis quæ hactenus gesta, & a Concilio definita essent, omnes certiores redderentur. Constantem vero & Constantium imperatores non tantum per epistolas synodales ad eos scriptas rogarunt, vt sacrosanctam Concilii sententiam, episcopis ab exilio reuocatis, atque in sedem pristinamque dignitatem restitutis, exequantur; verumetiam eosdem serio & pie admodum monuerunt, ne iudiciis ecclesiasticis in posterum se immiscеant, sed cuncta potius ex ecclesiasticarum legum præscripto agi permittant. Bar. num. 19. 20. 21. & seq. Epistolæ, quas ad imperatores scripserunt, non extant: earum tamen argumentum ex aliis eiusdem Synodi literis satis est manifestum. Epistolam encyclicam, quam ad omnes ecclesiæ vniuersæ episcopos scripserunt cum illa, quæ data est ad ecclesiam Alexandrinam ex Athanasio, eamq; quæ ad Iulium Romanum pontificem scripta extat apud Baron. num. 23. 24. 26. 32. ex eodem, infra post notas, subiungi curauimus. Missis per orbem allegatis Synodi epistolis, non tantum Constantius imperator, teste Hilario contra Constant. per literas ad Synodum redditas, filium Dei eiusdem cum Patre substātiæ esse professus fuit, sed etiam *ipsi Ariani libellos supplices Concilio obtulerunt, veniamque eius postularunt,* inquit Liberius papa in dialogo apud Theod. lib. 2. cap. 16. quod commentarios vnius

Decretorum synodalium executio imperatoribus demandata.

Epistolæ synodales.

Ariani & imperator filium Dei patri consubstantialē esse confitentur.

ANNO CHRISTI 347. partis suffragiis per calumniam contra Athanasium in Marcote confecerant. Baron. num. 42. & 43. Præter literas supradictas, ad Constantium imperatorem Antiochiæ agentem ablegati sunt a patribus Concilii Vincentius Capuæ in Campania, Euphratas Coloniæ Agrippinæ in Gallia, episcopi, viri celeberrimi, qui nomine totius Concilii peterent, vt episcopos, quos sacrosancta Synodus a calumnia Arianorum absoluerat, ab exilio reuocauerat, ad pristinas sedes, vnde Eusebianorum fraude & dolo electi fuerant, redire permitteret, intrusos vero & iniustos earumdem sedium detentores, auctoritate sua interposita amoueret. Quod cum illi anno Christi 348. Antiochiam appulsi, ab imperatore peterent, Stephanus Antiochenus episcopus Arianus legatis impudicitiæ crimen impingere studet hac ratione: conduxerat calumniator per lenones meretriculam, quæ nocturno tempore ad Euphratam introduceretur, comitarentur eam homines seditiosi quindecim, qui post introductam in cubiculum dormientis episcopi meretricem accurrerent, crimenque impudicitiæ episcopo vitæ pudicissimæ obiicerent. Meretrix ad iuuenis alicuius concubitum se vocatam putans, vbi vultum senis & episcopi speciem animaduertisset, Dei nutu statim clamores edidit, ac vim conquesta fuit. Lenocinii satellites & ministri eam vt taceret, crimenque episcopo impingeret, orarunt quidem, sed frustra. Nam illucescente die, proditis per meretriculam lenonibus, Stephanus episcopus primus excogitati & promoti criminis auctor, deprehensus fuit: atque ideo merito iussu imperatoris, dignitate episcopali exutus, alius in locum illius suffectus fuit. Ita legatione Concilii mira Dei prouidentia factum est, *vt imperator Constantius paulisper compunctus ad se redierit*, inquit Athanasius epistola ad solitariam vitam agentes: *coniecturaque ex iis, quæ aduersus Euphratam designauerant, facta, consimiles esse eorum in alios calumnias arbitratus, relegatos ex Alexandria Armeniæ presbyteros & diaconos eueſtigio redire iubet, & diserte Alexandriam scribit, ne vlterius Athanasii aut clericos aut laicos persequerentur. Deinde post menses decem, defuncto Gregorio, accersit & Athanasium*, &c. Vide quæ notauimus verbo Euphratam in Concilio Agrippinensi. Baron. ann. 347. num. vlt. & 348. num. 5. 6. 7.

Legatio synodalis.

Dolus & calumnia Stephani episcopi in Euphratam legatum.

Stephanus detecto scelere, episcopatu exuitur iussu imperatoris.

§ *Rufino & Eusebio consulibus.*] Hoc Socrates lib. 2. cap. 15. testatur disertis verbis hisce: *Vndecimo anno post mortem patris duorum Augustorum, Rufino & Eusebio consulibus, Concilium Sardicense coactum est.* Hoc idem affirmat Sozomenus lib. 3. cap. 11. in fine. Vnde constat, hanc Synodum anno Christi 347. Iulii pontificis 11. æra 385. Constantii & Constantis anno etiam vndecimo celebratam fuisse. Nam iuxta veriorem temporum supputationem, prædictorum consulum, pontificum, imperatorum, & Christi nati chronologiæ coincidunt. Mendacissima igitur est inscriptio Surianæ editioni incerto auctore præfixa, hæc: *anno sexto Constantii imperatoris, Leontio & Salustio consulibus, æra 381. Sardicensis Synodus congregata est.* Non enim prædictis auctoribus tantum, & rerum gestarum com-

Tempus Concilii celebrati.

Inscriptio Suriana mendosa.

memorationi repugnat; verumetiam ſibiipſi nequaquam conſtat. Si, quod habet, Saluſtio & Leontio conſulibus coacta fuit; Conſtantio 8. non 6. æra 382. non 381. habitam fuiſſe neceſſum foret. Baronius anno 347. num. 1. ANNO CHRISTI 347.

Canones huius Concilii quot extent.

[h] *Canones Sardicenſis Concilii.*] Horum viginti & vnus extant, deſideratur vero ille, quo, teſte Athanaſio ad Antiochenos, ſancitum eſt, ne quid vlterius de fide ſcriberetur. Verba Athanaſii hæc ſunt: *Tabellas nonnulli iactant, quaſi ex Sardicenſi Synodo de fide conſcriptas: ne legi quidem ſemel aut proferri ſinatis, nihil enim tale Concilium definiuit. Quamuis enim certi homines nonnulla, quaſi quæ deeſſent Nicæno Concilio, adſcribere vellent, idque acriter contenderent ſancta tamen Synodus quæ Sardicæ conuenit, indigne id tulit, decretoque ſanciuit, ne quid vlterius de fide ſcriberetur; & ſeſe contentos eſſe Nicæna fide declararunt, vt cui nihil deeſſet, & in qua integra & ſolida pietas contineretur: neque edendam eſſe aliam profeſſionem fidei, ne illa quæ Nicæa ſcripta eſt, ſuos numeros non habere videretur; neve illis, quibus libido eſt ſemper noua ſtatuere, occaſio huiuſmodi ſuppeditaretur, vt iterum atque iterum de fide definiant.* Hæc vtiliſſime decreta fuere contra diuerſas fidei formulas eas, quas ſupra in notis ad Concilium Antiochenum retulimus. Hinc igitur manifeſti erroris conuincitur Vigilius epiſcopus Tridentinus, qui lib. 5. contra Eutychen affirmat ſeptem Capitula ad fidem ſpectantia, poſt illa quæ Nicææ ſtatuta eſſent, a patribus catholicæ profeſſionis in Sardicenſi Concilio addita fuiſſe. Formulam fidei, qua ſynodalis epiſtola ad omnes totius orbis epiſcopos ſcripta infra extans aucta reperitur, ſurreptitiam eſſe, & ab aliquo ſuperadditam, prædicta Athanaſii auctoritate firmiſſime confirmatur. Qua de re infra in notis ad eamdem epiſtolam plura dicemus. Vide Baron. anno 347. num. 40. 41. 42. Canonum Sardicenſium iactura, excidio vel occultatione contigiſſe oportuit, vt quantumuis Sardicenſi Concilio Gratus Carthaginenſis epiſcopus cum aliis trigintaquinque Africanis interfuerit, quidve in eo definitum ſit, Africana eccleſia tempore Carthagin. I. vt conſtat ex Can. 5. Carthag. I. non ignorauerit; tamen eiuſdem eccleſiæ poſteri & ſucceſſores epiſcopi tempore Zoſimi & Bonifacii pontificum, vtrumq; Concilium, nempe Carthaginenſe I. & Sardicenſe, citra culpam ignorauerint: ſi enim eo tempore prædicta Concilia extitiſſent, illa grauiſſima controuerſia de appellatione, cum periculo ſchiſmatis exorta, aut facile componi potuiſſet, aut nunquam exorta fuiſſet.

Vigilius epiſcopus Tridentinus erroris arguitur.

Sardicenſe & Carthag. 1. cur Africanis incognita fuerint?

Huius Concilii aliquot Canones, Can. 3. Carthaginenſis VI. & Can. 101. Africani Concilii, ſub nomine Nicænæ Synodi citantur & allegantur; vel quia tota Sardicenſis Synodus Nicænæ confirmatio, eiuſque tantum quaſi interpres, ideoque cum Nicæna vna eademq; Synodus habita fuerit: vel quod a Nicæna vere eadem ante quidem conſtituta fuerint, ſed ab ipſo Nicæno Concilio hi cum multis aliis exciderint: vel demum, quia vtriuſque Synodi Canones collector nomine & titulo Sardicenſis, quod ab Arianis valde diffamatum

Canones Sardicenſis Concilii cur alibi ſub nomine Nicænæ Synodi allegentur.

Sardicenſis Synodus Nicænæ fidei nihil addi præcipit.

ANNO CHRISTI 347. fuerat, expuncto, ita coniunxerit, vt omnes vnius eiusdemque Nicæni Concilii Canones esse viderentur. Posterior ratio Baronio & Bellarmino locis supra allegatis probabilior esse videtur.

Canon 1. Eusebius Nicomediēsis ambitione sua occasionem præbuit sāciendi hunc Canonem. Episcopis sedium trāsmutatio interdicitur.

[i] *Osius.*] Occasione Eusebii Nicomedienſis, quia post duas sedes mutatas se Constātinopolim transferri curauerat, aliorumque etiam episcoporum, qui humanæ gloriæ libidine incitati, e minoribus ad maiores sedes prouehi laborauerant, ideoq; Athanasio & Eustathio Antiocheno primatibus eiiciendis ac deturbandis, ex ambitione calumniam intulerant; hac, inquam, occasione grauius hic, quam Nicæni Concilii Canone 15. constitutum fuit, ne episcopi eas, in quibus ordinati sunt, sedes alio transferant aut immutent. Nicæna Synodus Canone 15. iussit eosdem licet inuitos, in pristinam sedem reduci: a patribus huius Concilii constitutum fuit, ne laica communione etiam in fine vitæ impartirentur. Vide notas Nicæni Concilii supra. Baron. anno 347. num. 46.

Canon 3. Valens & Vrsacius episcopi vagi causam dederunt Canoni. Appellandi potestas ad Romanum pontificem quo iure concessa.

[k] *Episcopi de sua prouincia.*] Ne episcopi, nisi ab aliis inuitati fuerint, de prouinciis in prouincias transeant, decretum est ob Eusebianos, eosdemque Arianos errones, qui longe a sedibus suis per diuersas prouincias ex animi sententia vagabantur. Inter quos erant Vrsacius & Valens, qui cum in Mysia & Pannonia sedes haberent, semper extra prouinciam cum impietatis sociis inuenti sunt. Vide notas Canonum 14. & 15. Concilii Nicæni. Baron. num. 47. anno 347.

Exempla ad Romanum pontificem appellantium.

[l] *Quod si aliquis episcoporum iudicatus fuerit.*] Hoc Canone tertio, sicut etiam quarto & septimo declaratur, expedire vt ordinarie episcopis ad sedem apostolicam prouocantibus & appellantibus deferatur. Iure diuino non tantum permissum erat, vt episcopi iniuriam passi ad summum ecclesiæ & Romani pontificis tribunal prouocarent; verum etiam frequenter ante hæc tempora de facto obseruatum, vt tam presbyterorum, quam episcoporum appellationes ad apostolicam sedem admitterentur: adeo vt verissimum sit, quod scribit sanctus Leo epistola 89. ad episcopos Galliæ, hanc esse antiquissimam ecclesiæ consuetudinem. Ad Pium I. Marcion, ad Cornelium Fortunatus & Felix in Africa, ad Stephanum pontificem Basilides in Hispania depositus, appellarunt. Athanasius, vt supra in Romanis Conciliis dictum est, ad Iulium pontificem prouocans, per eum ab Arianorum calumnia & depositionis sententia absolutus fuit. Vnde manifestum est, quod patres huius Concilii de iure & appellandi potestate nihil nouiter concesserint, sed tantum declararint vsum & exercitium potestatis, de quo non sine causa ipsi ante dubitauerant, nunc ecclesiæ vniuersali omnino expedire: partim, ne si omnium appellationes sine discrimine causæ admitterentur, nullus litigandi finis esset: partim, ne si omnis appellandi potestas adimeretur, inferiores iudices episcopi tunc vere tyrannidis occasionem adipiscerentur. Bellarminus lib. 2. de Roman. pontif. cap. 21. & 25. vbi ex iure illo, quo ex quauis parte orbis Christiani ad Romanum pontificem prouocatur, primatum Romanæ

Quid de appellatione ad Romanū pontificem Synodus constituerit.

ANNO CHRISTI 347.

ecclesiæ contra hæreticos nostri temporis optime confirmat. E tribus illis Canonibus Nicæni Concilii, quos Zosimus papa per legatos ab Africanis executioni mandari petiuit, primarius est hic Canon Sardicensis Concilii tertius, quartus & septimus, quo declaratur vt episcopi ad Romanum pontificem appellantes admittantur & audiantur. Secundum & tertium infra recensebimus, Can. 8. 9. &c. & 17. Quare hi Canones Nicæni nominentur a prædictis pontificibus, supra diximus. His omnibus, quæ Canone 3. 4. & 7. de appellationibus episcoporum ad Romanum pontificem renouata fuere, Arianos causam & occasionem dedisse, extra dubium est. Quam indigne tulerint Athanasium, Marcellum, Asclepam, Paulum, aliosque sedibus suis deturbatos, per Iulium absolutos, ac pristinæ sedi restitutos fuisse, ex dictis patet. Quod pendente causa Athanasii coram Iulio pontifice Romano, Eusebiani non expectata sententia pontificis, in locum Athanasii Gregorium Cappadocem intruserint, suggerente Gaudentio episcopo, additum est Decretum, quod habetur Canone 4. ne in locum damnati aliquem sufficere liceat, dum ille, qui ad Romanum pontificem appellasset, eius sententiam expectaret. Baron. num. 48.

Canon tertius est vnus ex illis tribus quos Zosimus & Bonifacius in Africa executioni mãdari petiuerunt.

Appellante episcopo ad Romanũ pontificem, nemo ei sufficiẽdus est.

[m] *Licentia danda non est ordinandi episcopum, aut in vico.*] Hoc Decretum ea de causa sancitum est, quod Ariani Ischyram, ad extruendas Athanasio calumnias episcopatus pollicitatione inductum, post condemnationem Athanasii in Tyrio Conciliabulo episcopum suiipsius vici creauerant. Vide notas Tyrii Concilii. Baron. num. 49.

Canon 6. Ischyras vici sui episcopus cõstitutus ab Arianis, causam dedit huic sanctioni.

[n] *Ne episcopi ad comitatum accedant.*] Id est, ad curiam vel aulam imperatorum: idque ad suggestionem Grati Carthaginensis episcopi in Africa constitutum fuit; quia ibidem maxime cum multorum scandalo hoc vitium in clerum irrepserat. Quibus personis, quave conditione nonnullis ad comitatum ire permissum fuerit, satis perspicue ipsi Canones declarant.

Can. 8. 9. 10. 11. 12. Aulæ imperatoriæ accessus episcopis quomodo interdictus.

Hic est ille tertius Canon Nicænus, sic dictus, quod Nicæni alicuius Decreti confirmatio sit aut interpretatio: vel quia omisso nomine ac titulo Sardicensis Concilii ab Arianis diffamati, cum Nicænis Canonibus a collectore coniunctus fuerit: quem Zosimus per legatos suos ab Africanis executioni mandari petiuit. Vide quæ diximus supra. item Baron. num. 50.

Cur Canon hic Nicænus appelletur.

[o] *Qui in canalio constitutus est.*] Episcopi in canalio constituti dicebantur, qui sedes habebant in cursu publico, via scilicet, qua equi publice per stationes singulas ad iter agendum dispositi erant. Hæc expositio patet ex libro 15. C. Theod. de via publica. His episcopis ex suggestione Gaudentii præcipitur, ne recipiant in communionem antistites, quos vel non vocatos, vel absque literis primatis ad comitatum proficisci contingeret. Demum etiam honore & dignitate carituros, qui eo modo ad imperatorem contenderent. Baron. num. 53.

Canon 11. Canalium quid.

Canon 13.

[p] *Et hoc necessarium arbitror.*] Ariani Gregorium Cappadocem Ale-

ANNO CHRISTI 347. Alexandriæ Athanasio suffectum, ex laico episcopum ordinantes, huic sanctioni causam dedisse videntur; qua præcipitur, ne laicus postulatus episcopus ordinetur, nisi in singulis ecclesiasticis ordinibus prolixo tempore exercitatus atque probatus foret. Occasio huius Can.

q *Habeat potestatem is qui abiectus est, vt episcopos finitimos interpellet, & causa eius audiatur.*] Clericus ab episcopo suo communione iniuste priuatus, permittitur finitimorum episcoporum iudicium implorare, & ad eorum sedem appellare. Canone vigesimo secundo Concilii Mileuitani idem, quod hic, præcipitur presbyteris & clericis minoribus; vt scilicet suas causas apud vicinos episcopos terminari permittant, & ad sedem apostolicam vlterius non appellent. An, & quomodo Apiarii presbyteri Africani ad Romanum pontificem prouocantis appellatio recepta fuerit, dicemus infra in Concilio Carthaginensi sexto. Vide Bellarminum lib. de Roman. pontif. cap. 24. Canon 17. An & quomodo clericis appellatio concessa fuerit.

r *Non ignoratis quanta & qualis sit Thessalonicensium ciuitas.*] Cur hic constitutum fuerit, ne clerici extranei diu morarentur Thessalonicæ in oriente, causam hanc esse putamus. Vicarius Romani pontificis sedebat Thessalonicæ, vt patet ex epistola 84. Leonis, qua scribens ad Anastasium Thessalonicensem episcopum, facit eum per orientem Romani pontificis vicarium, sicut eius prædecessores fuerant vicarii suorum prædecessorum Romanorum pontificum. Vt hunc spectarent, Thessalonicam ex tota Græcia clerici confluebant, ibique diutius quam oportebat, hærebant. Vicarium pontificis appello, cui in longinquas & remotiores prouincias amandato pontifex Romanus, reseruatis sibi causis maioribus, iudicandi & regendi ecclesias illas vicem suam aut ordinarie, aut saltem ad tempus delegauit. Ex quo sane illustrissimus cardinalis Bellarminus lib. 2. de Roman. pontif. cap. 20. aptissime concludit, summum totius ecclesiæ iudicium ad sedem apostolicam pertinere, ipsumque Romanum pontificem demandatam sibi a Christo totius ecclesiæ monarchiam optimo iure semper in ecclesia vsurpasse. Sicut enim ex eo, quod ad prouincias gubernandas mittuntur proreges, iisdemque cum reseruatione maiorum causarum iudicia delegantur, prædictarum prouinciarum subiectio, ipsius vero regis potestas, iurisdictio & dominium recte colligitur; ita quoque ex eo, quod apostolica sedes vicarios habebat in omnibus fere longinquis regionibus, vel vices suas ad tempus alicui committebat, grauioribus negotiis sibi reseruatis, recte inferimus, ad apostolicam sedem totius ecclesiæ regimen ac iudicium pertinere. Bellarminus prædicto loco. Canon 20. Cur clericis extraneis diuturna Thessalonicæ commoratio interdicta. Vicarius pontificius quis. Romanus pontifex præest vniuersæ ecclesiæ.

s *Et subscripserunt, qui conuenerant episcopi omnes.*] Trecentos septuaginta sex catholicos & orthodoxos episcopos ex triginta sex prouinciis in Concilio congregatos fuisse, supra diximus. Prouinciæ omnes ab Athanasio recensentur apologia secunda. Nomina vero episcoporum, non quidem omnium, saltem celebriorum, ab Athanasio epistola synodali encyclica, quam ad omnes to- De subscriptionibus episcoporũ.

tius orbis episcopos scripsit, quamque ex eo huc transtulimus, infra subsequuntur. E quorum numero, ii qui confessionis gloria celebres Concilio Nicæno interfuerunt, sunt: Maximus Hierosolymitanus, Athanasius Alexandrinus, & Paphnutius episcopus: post hos sanctitate & miraculis clari, Serapion, & Spyridon cum suo discipulo Triphyllio, quem in hoc fortasse Conuentu orantem, vt supra diximus in Concilio Nicæno, Spyridon reprehendit, quod nimia diffluens eloquentia, simplici voce diuinæ scripturæ (grabbatum) vti dedignatus fuisset. Ex Italia vero lumina clarissima eamdem Synodum illustrarunt, nobiles sanctitate & illustrium sedium episcopi, Protasius Mediolanensis, Seuerus Rauennas, Lucillus Veronensis, Ianuarius Beneuentanus, episcopi. Ex Galliis autem inter alios celebris nominis ob egregiam sanctitatem & doctrinam antistites interfuisse & subscripsisse ponuntur; Maximinus episcopus Treuirensis, Seruatius Tungrensis, Simplicius Augustodunensis, Martinus Moguntiacus, Euphrates Agrippinensis, aliique fortasse omnes, qui in Concilio Agrippinensi recensentur in principio. Ex Africa Gratum Carthaginensem episcopum cum triginta Africanis aliis Athanasius refert. De Fortunatiano Aquileiensi, Protasio Mediolanensi, Seuero Rauennate episcopo, vide Baronium anno 337. num. 69. & sequentibus: item quæ diximus supra in notis ad Concilium Romanum I. sub Iulio. Arium episcopum, cuius nomen subscriptum inuenitur, orthodoxum & catholicum fuisse oportuit. Nam, vt supra diximus, hæreticorum nemo ad Concilium venit. Theodorus Heracleæ, Narcissus Neroniadis, Stephanus Antiochiæ, Georgius Laodiceæ, Acacius Cæsareæ Palæstinæ, Menophantes Ephesi, Vrsacius & Valens Pannoniæ episcopi præ reliquis ob scelus magis famosi, vrbem quidem Sardicam ingressi fuerunt, sed ad Concilium per Osium amice inuitati, omnes subterfugerunt, vt pluribus supra retuli, verbo, *a trecentis septuaginta.* Arius itaque hic subscriptus non potest fuisse Arius ille auctor hæreseos, presbyter dumtaxat Alexandrinus, non episcopus, sed aliquis alius episcopus eiusdem nominis catholicus: & fortasse is, cum quo Athanasius Laodiceæ in Syria anno Christi 338. disputasse scribitur, & ante habitam disputationem fortasse Arianum conuertit. Vincentius Capuæ episcopus est ille, cui cum Euphrate Agrippinensi Antiochiam ablegato ad imperatorem, Ariani magno cum incommodo suæ factionis crimen impudicitiæ impingere conati fuerunt, vt supra prolixius a nobis est narratum.

ANNO CHRISTI 347.

Nomina episcoporũ celebrium.

Ariani qui aufugerint.

Arius hic subscriptus an hæreticus fuerit.

Appendix epistolæ tertiæ Concilii Sardicensis.

Ex Theodoreto lib. 2. cap. 6.

Abdicamus porro, & ab ecclesia catholica exterminamus eos, qui affirmant Christum esse Deum, sed verum Deum non esse; filium esse, sed verum fi-

Ἀποκηρύττομεν δὲ ἐκείνους, καὶ ἀλλοτριοῦμεν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, τοὺς διαβεβαιουμένους, ὅτι θεός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ λεγόμενος, ἀλλὰ μὴν ἀληθινὸς θεὸς

ANNO CHRISTI 347.

ἐκ ἔστιν. ὅπ υἱός ὅστιν, ἀλλὰ ἀληθινὸς υἱός ἐκ ἔστιν. ὅπ γνησιός ὅστιν ἅμα κ ἀγένητος. οὕτως ἑαυτοὺς νοεῖν (Α) γεγεννημένον ὁμολογοῦσιν, ὅτι οὕτως εἶπον, τὸ γεγεννημένον ὅστι· κ ὅπ τοῦ Χριστοῦ πρὸ αἰώνων ὄντος, διδόασιν αὐτῷ ἀρχὴν & τέλος, ὅσπερ ἐκ εἰ καιρῷ, ἀλλὰ πρὸ παντὸς χρόνου γένεσιν ἔχει. κ ὑπόμνημα (Β) ἓν δύο ἔχεις ἀπὸ τ ἀποστόλου τ Ἀριανῆς ἐγεννήσαν, Οὐάλης καὶ Οὐρσάκιος, οἵτινες καυχῶν κ ἐκ ἀμφιβάλλουσι λέγοντες ἑαυτοὺς Χριστιανοὺς εἶν, & ὅπ ὁ λόγος, κ ὅπ τὸ πνεῦμα κ ἐσταυρώθη, κ ἐσφάγη, κ ἀπέθανεν, κ ἀνέστη· κ ὅτι περ τὸ τοῦ αἱρετικῶν σύστημα φιλονεικεῖ, διαφόρους εἶναι τὰς ὑποστάσεις τοῦ πατρός, κ τοῦ υἱοῦ, κ τοῦ ἁγίου πνεύματος, κ εἶναι κεχωρισμένας. ἡμεῖς δὲ ταύτην παρειλήφαμεν κ δεδιδάγμεθα, κ ταύτην ἔχομεν τὴν καθολικὴν παράδοσιν, κ πίστιν, κ ὁμολογίαν, μίαν εἶναι ὑπόστασιν, ἣν αὐτοὶ (Α) αἱρετικοὶ οὐσίαν προσαγορεύουσι, τοῦ πατρός, κ τοῦ υἱοῦ, κ τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ εἰ ζητοῖεν, τίς τοῦ υἱοῦ ἡ ὑπόστασίς ὅστιν, ὁμολογοῦμεν ὡς αὐτὴν μίαν ἡ μόνη τοῦ πατρὸς ὁμολογουμένη· μηδέποτε πατέρα χωρὶς υἱοῦ, μηδὲ υἱὸν χωρὶς πατρὸς γεγενῆσθαι, μηδὲ εἶν δυνάσθαι ὅ ὅστι λόγος πνεῦμα ἐκ ἔχων. ἀποπώτατον γὰρ ὅστι λέγειν ποτὲ πατέρα γεγενῆσθαι χωρὶς υἱοῦ, μήτε ὀνομάζεσθαι, μήτε εἶναι δυνάσθαι, ὅστιν αὐτῷ μαρτυρεῖ τοῦ υἱοῦ, λέγουσα, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, & ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. καὶ, ἐγὼ & ὁ πατὴρ ἓν ἐσμέν. οὐδεὶς ἡμῶν ἀρνεῖται (Β) γεγεννημένον, ἀλλὰ γεγεννημένον πρὸ πάντων, ἁπάντων & ὁρατὰ πρόσωπον, ποιητὴν κ τεχνίτην κ ἀρχαγγέλων κ ἀγγέλων, κ κόσμου, κ ἀνθρώπινα

lium non esse: genitum esse simul & ingenitum. Sic enim se intelligere genitũ profitentur, quia sic dixerunt, Quod est genitum, est: & quia cum Christus ante sæcula sit, principium ei tribuunt atque finem, qui non in tempore, sed ante omne tempus generationem habet. Nuper etiam viperæ duæ [b] ex aspide Ariana prodiere, Valens & Vrsacius, qui gloriantur & non dubitant se dicere Christianos, qui & Verbum, & Spiritum crucifixum, vulneratum, & mortuum esse, & resurrexisse, quodque hæreticorum cohors contendit, diuersas esse hypostases Patris, & Filii, & Spiritus sancti pronuntiant, & eas separatas esse. [c] Nos autem hanc percepimus, & didicimus, & hanc habemus catholicam traditionem, & fidem atq; confessionem, vnam esse hypostasim, quã ipsi hæretici vsiam vocant, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et si quærãt quæ sit Filii hypostasis, profitemur eam esse, quam & Patris solam esse in confesso est. Neque vnquam Patrem sine Filio, neque Filium sine Patre fuisse, nec esse posse quod est verbum sine Spiritu. Absurdissimũ namque est dicere aliquando Patrem non fuisse Patrem: & Patrem sine Filio neque nominari, neq; esse posse, ipse Filius testatur, *Ego in Patre, & Pater in me.* & *Ego & Pater vnum sumus.* Nullus nostrum negat genitum, sed genitum ante omnia quæ visibilia & inuisibilia nuncupantur, factorem & opificem archangelorum & angelorum, & mundi, & humani

Ioan. 14. 10.

Ioan. 10. 30.

Sap. 7. 21. Ioan. 1. 3.

generis, quoniam ita dicit: *Omnium artifex ſapientia docuit me.* & *Omnia per ipſum facta ſunt.* Nam ſemper eſſe non poterat, ſi ſumpſit exordium: iam quod ſemper eſt Verbum initium nō habet: Deus autem nunquam terminum admittit. Non dicimus Patrem Filium eſſe, nec rurſus Filium Patrem eſſe: ſed Pater Pater eſt, & Filius Patris eſt Filius. Confitemur virtutem Patris eſſe Filium. Confitemur Verbum Dei Patris eſſe, præter quod aliud non eſt: & Verbum verum Deum & ſapientiam & virtutem, verumq; Filium affirmamus. Sed non ſicut ceteri filii appellātur, ita Filiū dicimus: quia illi aut per hunc regenerationis gratia Dei ſunt, aut eo quod digni fiant, filii nominantur, non autem ob vnam ſubſtātiam quæ eſt Patris & Filii. Cōfitemur item & vnigenitum & primogenitum: ſed vnigenitū Verbū, quod ſemper fuit & eſt in Patre: primogenitum autem, propter naturam humanā. Differt tamē a communi creatura, quia eſt etiam primogenitus ex mortuis. Cōfitemur Deum eſſe: confitemur vnam Patris & Filii diuinitatē. Nec quiſquā negat Patrē Filio maiorē, non propter aliam hypoſtaſim, vel propter differētiam, ſed quia ipſum nomen Patris maius eſt quam Filii. Hæc autem illorum eſt impia & vitioſa interpretatio, qua dictū ab eo contendunt, *Ego & Pater vnum ſumus*, propter conſenſum & cōcordiam. Sed ſtultam & abiectam iſtorum ſentētiam catholici omnes improbauimus. Quia ſicut mortales homines ſolent, cum altercari cœpe-

γμύους· ὅτι φησίν· ἡ παντων τεχνίτις ἐδίδαξέ με σοφία. καὶ, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. οὐ παύποτε δὲ ἦν ἠδυνατο, εἰ ἀρχὴν ἔλαβεν, ὁπ ὁ παύποτε ὢν ἀρχὴν ὐκ ἔχει λόγος· θεὸς δ' οὐδέποτε ὑπομένει τέλος. οὐ λέγομεν υἱὸν πατέρα υἱὸν εἶναι, οὐδὲ πάλιν υἱὸν πατέρα εἶναι· ἀλλ' ὁ πατὴρ πατήρ ὅστι, καὶ ὁ υἱὸς παῖς υἱός. ὁμολογοῦμεν δυνάμιν εἶναι τῆς παιδὸς υἱόν. ὁμολογοῦμεν τὸν λόγον θεοῦ παῖδα εἶναι, ὃν ἕτερον ὐκ ἔστι· καὶ λόγον ἀληθῆ θεὸν, καὶ σοφίαν, καὶ δυνάμιν· ἀληθῆ δὲ υἱὸν παραδιδόαμεν. ἀλλ' οὐχ ὥσπερ οἱ λοιποὶ υἱοὶ προσαγορεύονται, τὸν υἱὸν λέγομεν· ὅτι ἐκεῖνοι ἢ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ εἶναι τῆς δυναγνωσθαι χάριν, ἢ διὰ τὸ καταξιωθῆναι, υἱοὶ προσαγορεύονται, οὐ διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν, ἥ ἐστι τῆς παιδὸς καὶ τοῦ υἱοῦ. ὁμολογοῦμεν μονογενῆ, ὐ πρωτότοκον· ἀλλὰ μονογενῆ λόγον, ὃς παύποτε ἦν καὶ ὄντων ἐν τῷ πατεῖ· τὸ πρωτότοκος δὲ, τῷ ἀνθρώπῳ. διαφέρει δὲ τῆ κοινῆ κτίσει, ὅτι καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν. ὁμολογοῦμεν εἶναι θεόν· ὁμολογοῦμεν μίαν παιδὸς καὶ υἱοῦ θεότητα. οὐδὲ ἐς ἀρνεῖται ποτε πατέρα τοῦ υἱοῦ μείζονα, οὐ δι' ἄλλο ὑπόστασιν, οὐδὲ διὰ τὴν διαφοράν, ἀλλ' ὅτι αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ παιδὸς μεῖζόν ὅστι τοῦ υἱοῦ. αὕτη δὲ αὐτῶν ἡ βλασφημος καὶ διεφθαρμένη ἑρμηνεία. τούτου ἕνεκα εἰρηκέναι αὐτὸν φιλονεικοῦσιν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, διὰ τὴν συμφωνίαν καὶ τὴν ὁμόνοιαν. κατέγνωμεν δὲ πάντες καθολικοὶ τῆς μωρᾶς καὶ οἰκτρᾶς αὐτῶν διανοίας. καὶ ὥσπερ γὰρ ἀνθρωποι θνητοὶ ὄντες διαφέρεσθαι ἤρξαντο, προσκεκρουκότες λιχο-

ANNO CHRISTI 347.

νοοῦσι, καὶ εἰς διαλλαγὴν ἐπαίνεσιν· οὕτως διάστασις καὶ διχόνοια μεταξὺ πατρὸς θεοῦ παντοκράτορος καὶ τοῦ υἱοῦ εἶναι δύναται, λέγουσιν· ὅπερ ἀποπώτατον καὶ ὑπονοῆσαι καὶ ὑπολαβεῖν. ἡμεῖς δὲ καὶ πιστεύομεν καὶ διαβεβαιούμεθα, καὶ οὕτω νοοῦμεν, ὅτι ἡ ἱερὰ φωνὴ ἐλάλησεν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, καὶ διὰ πλοῦ τῆς ὑποστάσεως ἑνότητα, ἥτις ἐστὶ μία τοῦ πατρὸς, καὶ μία τοῦ υἱοῦ. καὶ τοῦτο δὲ πιστεύομεν, πάντοτε, ἀνάρχως, καὶ ἀτελευτήτως τοῦτον μὴ τοῦ πατρὸς βασιλεύειν, καὶ μὴ ἔχειν μήτε χρόνῳ διορίζοντα, μήτε ἐκλείπειν αὐτοῦ πλοῦ βασιλείαν· ὅτι ὁ πάντοτε ἐστὶν, οὐδέποτε τοῦ εἶναι ἤρξατο, οὐδὲ ἐκλείπειν δύναται. πιστεύομεν ὃ καὶ παρειλαμβάνομεν τὸν παράκλητον τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅπερ ἡμῖν αὐτὸς ὁ κύριος καὶ ἐπηγγείλατο καὶ ἐπεμψε, καὶ τοῦτο πιστεύομεν πεμφθέν. καὶ τοῦτο οὐ πέπονθεν, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ὃν ἐνεδύσατο, ὃν ἀνέλαβεν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, τὸν ἄνθρωπον τὸν παθεῖν δυνάμενον· ὅτι ἄνθρωπος θνητὸς, θεὸς δὲ ἀθάνατος. πιστεύομεν ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη, οὐχ ὁ θεὸς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ἐν τῷ θεῷ ἀνέστη, ὅν ἵνα καὶ προσήνεγκε τῷ πατρὶ ἑαυτοῦ δῶρον, ὃν ἠλευθέρωσεν ἐκ τῆς ἁμαρτίας καὶ τῆς φθορᾶς. πιστεύομεν δὲ ὅτι δι' ἑτέρου καιροῦ καὶ ὡρισμένου πάντας καὶ περὶ πάντων αὐτὸς κρινεῖ. τοσαύτη δὲ ἄνοιά ἐστιν ἡ αἴνοια, καὶ οὕτω παχεῖ σκότει ἡ διάνοια αὐτῶν ἐκτετύφλωται, ἵνα μὴ δυνηθῶσιν ἰδεῖν τὸ φῶς τῆς ἀληθείας. οὐ σωιᾶσιν ᾧ λόγῳ εἴρηται, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἓν ἐν ἡμῖν ὦσι. σαφὲς ὅτι διὰ τί ἓν. ὅτι οἱ ἀπόστολοι πνεῦμα ἅγιον τοῦ θεοῦ ἔλαβον, ἀλλ' ὅμως αὐτοὶ ἐκ ἦσ

rint, infensis animis dissidere, ac postea recõciliari: sic dissidium ac dissensionem inter Patrem Deum omnipotẽtem & Filium incidere posse dicunt; quod vel suspicari aut animo fingere est absurdissimũ. Nos vero & credimus & affirmamus, & intelligimus diuinam hanc vocem, *Ego & Pater vnum sumus*, de vnitate substantiæ, quæ in Patre & Filio vnica est, capiendam esse. Credimus etiam hunc semper, ac sine initio, & sine fine regnare cum Patre, regnumque eius nec tẽpus habere quo definiatur, nec vnquam desinere: quia quod semper est, nec vnquam cœpit esse, nec desinere potest. Credimus & mente complectimur paracletum Spiritum sanctum, quem nobis ipse Dominus & promisit & misit: & hunc credimus missum. Sed is passus non est, sed homo, quem induit, quem assumpsit ex Maria virgine, hominem qui pati posset: quia homo mortalis, Deus vero immortalis. Credimus tertia die resurrexisse: resurrexit autem, non Deus in homine, sed homo in Deo quem & patri suo donum obtulit, quemque a peccato & interitu liberauit. Credimus etiam opportuno ac definito tẽpore omnes & de omnibus iudicaturum. Tanta siquidem eorum est stultitia, & tam densis tenebris eorum mens occæcata, vt lucẽ veritatis cernere nequeant. Nõ intelligunt quo sensu dictum sit, *vt & ipsi in nobis vnum sint.* Palam enim est cur vnum: quia videlicet apostoli sanctum Dei Spiritum acceperunt, & tamen ipsi spiritus non

nec vllus eorum aut verbum, aut ſapientia, aut virtus, vel vnigenitus erat. *Sicut ego*, inquit, *& tu vnum ſumus, ſic & ipſi in nobis vnum ſint*. Sed & accurate vox diuina diſtinxit: *In nobis*, inquit, *vnum ſint*. Non ait, Sicut nos vnum ſumus ego & pater: ſed vt diſcipuli in ſemetipſis coniuncti & copulati vnum ſint fide & confeſſione, in gratia item & pietate Dei patris, & Domini ac ſeruatoris noſtri conceſſione & caritate vnum eſſe poſſint.

πνεῦμα, οὐδὲ ἦς ἀπ' αὐτοῦ ἡ λόγος, ἢ Σοφία, ἢ δύναμις ἰδίως, οὐδὲ μονογενὴς ἦν. ὥσπερ ἐγώ, φησι, καὶ σὺ ἓν ἐσμεν· οὕτως καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ὦσιν. ἀλλὰ καὶ ἀκριβῶς διέστειλεν ἡ θεία φωνή, ἐν ἡμῖν ὦσι, φησίν. οὐκ εἶπεν, ὥσπερ ἡμεῖς ἓν ἐσμεν ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ· ἀλλ' ἵνα ④ μαθηταὶ ἐν αὐτοῖς σύζυγοι καὶ ἡνωμένοι ἐν ὦσι τῇ πίστει, καὶ ὁμολογίᾳ, καὶ ἐν τῇ χάριτι καὶ εὐσεβείᾳ τῇ τοῦ θεοῦ παιδὸς, καὶ τῇ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν συγχωρήσει ⑤ ἀγάπῃ ἓν εἶεν δυνηθῶσιν. Anno Christi 347.

NOTÆ.

Appendix Theodoreti epiſtolæ ſurreptitio ſuperaddita.

Hæc epiſtola Synodica, quæ recitatur a Theodoreto, diuerſæ tranſlationis eſt ab ea, quæ ex Athanaſio extat ſupra poſt finem Concilii Sardicenſis, atque appendice aliqua formulam fidei continente, aucta reperitur: quam ſurreptitiam eſſe, & ab aliquo ſuperadditam, duplici ratione euidentiſſima probatur. Quarum prima eſt, quod Vrſacius & Valens hac appendice Sabellianæ hæreſeos ſectarii fuiſſe referuntur; quos ex epiſtolis ſynodalibus duabus præcedentibus, atque ex oblatis pœnitentiæ libellis, Arianæ perfidiæ propugnatores extitiſſe manifeſtum eſt. Si quod hic refert appendix, Valens & Vrſacius cum verbo Dei Spiritum ſanctum etiam crucifixum, paſſum & mortuum fuiſſe aſſeruerint, omnem perſonarum in Trinitate diſtinctionem, quod Sabellianum eſt, ſuſtuliſſent: Arianorum vero *coniurata turba* (verba appendicis ſunt) *contendit varias Patris, Filii, & Spiritus ſancti ſubſiſtentias*, (intellige ſubſtantias) *eſſe, eaſque ſeparatas*.

Ratio I.

Ratio II.

Hoc poſterius ſi Valens & Vrſacius docuerunt, Arianæ, non Sabellianæ hæreſeos ſectatores fuiſſe, adeoque de fide ſuſpectum eſſe oportet, quod aſſerit eadem appendix, cum verbo Dei Spiritum ſanctum crucem & mortem ſubiiſſe, a Valente & Vrſacio creditum fuiſſe. Altera vero ratio hæc eſt: prædicta appendix nouam quamdam, quaſi a patribus Sardicenſis Concilii edita foret, fidei formulam complectitur: teſtimonio autem Athanaſii ex Synodo Alexandrina ad legatos apoſtolicæ ſedis, Euſebium & Luciferum ſcribentis, aperte conſtat, in Sardicenſi Concilio nullam prorſus fidei regulam editam, imo ne vno quidem verbo aut apice illam Nicænam priorem auctam, aut quouis prætextu explanatam fuiſſe. Verba Athanaſii ſupra retulimus, eademque paulo infra referemus. Non immerito igitur hæc appendix ad epiſtolam ſynodalem a Theodoreto deſcriptam, virgula hac cenſoria notatur. Baron. an. 347. num. trigeſimo octauo, & quadrageſimo primo.

Hæc verba ſurreptitia ſunt.

[a] *Abdicamus autem illos.*] Ea quæ ab hoc loco vſque ad finem

ANNO CHRISTI 347.

ANNO CHRISTI 347. epistolæ subiunguntur, ex duplici ratione supra allegata, surreptitia videri paulo ante diximus; tum quod Valens & Vrsacius iuxta confessionem appendicis Ariani, tres diuersas substantias in Trinitate constituentes, Spiritum sanctum cum filio Dei crucifixum ac mortuum fuisse, quod Sabellianum est, non Arianum, credidisse non potuerint: tum etiam quod patres Sardicenses Concilij nouam aliam fidei formulam addiderint. Hæc verba surreptitia sunt.

[b] *Ex aspide Ariana prodiere Valens & Vrsacius.*] Si quod hic & duabus præcedentibus epistolis non vno in loco asseritur, quodque ex oblatis eorum pœnitentiæ libellis infra recensendis euincitur, Valens & Vrsacius Ariani fuerint, non video qua ratione sustineri possit id, quod infra subiungitur, ipsos credidisse, cum verbo Dei Spiritum sanctum vulneratum, interfectum & mortuum fuisse, & a mortuis resurrexisse.

[c] *Nos autem hanc percepimus & didicimus.*] Hæc est illa formula fidei, quam huic encyclicæ synodali epistolæ apud Theodoretum extanti superadditam fuisse, auctoritate Athanasij supra probauimus. Verba illius ex Synod. Alex. ad legatos apost. scribentis hæc sunt: *Tabellas nonnulli iactant quasi ex Sardicensi Synodo de fide conscriptas: ne legi quidem semel aut proferri sinatis, nihil enim tale Concilium definiuit. Quamuis enim certi homines nonnulla, quasi quæ deessent Nicæno Concilio, adscribere vellent, idque acriter contenderent; sancta tamen Synodus, quæ Sardicæ conuenit, indigne id tulit, decretoque sanciuit, ne quid vlterius de fide scriberetur: & sese contentos esse Nicæna fide declararunt, vt cui nihil deesset, & in qua integra & solida pietas contineretur; neque edendam esse aliam professionem fidei, ne illa quæ Nicææ scripta est, suos numeros non habere videretur; neve illis quibus libido est semper noua statuere, occasio huiusmodi suppeditaretur, vt iterum atque iterum de fide definiant. Quapropter si quis hæc aut aliud quippiam cauillabitur, compescite illos, & ad studium pacis inducite: nihil enim in istis agnoscere possumus, nisi contendendi libidinem.* Hæc Athanasius. Quod Sozomenus lib. 3. cap. 11. ait; *Patres Concilij Sardicensis aliam fidei formulam edidisse pluribus quidem verbis scriptam, quam quæ in Concilio Nicæno edita fuisset, eo consilio, ne Arianis, qui breuitate formulæ fidei in eo Concilio editæ abutebantur, facultas ex verbis daretur imperitos in absurdam aliquam opinionem rapiendi.* Hæc inquam Sozomenus eadem facilitate, qua Theodoretus, errore lapsus scripsit; vel quod putarit appendicem superadditam eiusdem Concilij fuisse, cuius est epistola; vel quod in eam Arianorum formulam inciderit, quam ipsos nomine Sardicensis Concilij condecoratam edidisse, infra dicemus. Ex quibus etiam erroris conuincitur Vigilius episcopus Tridentinus, dum agens contra Eutychen lib. 5. affirmat, septem Capitula ad fidem spectantia, post illa quæ in Nicæa statuta essent, a patribus catholicæ professionis in Sardicensi Concilio addita fuisse. Vide Baron. ann. 347. num. 39. 40. & 41.

Formula fidei Sardicensis Concilij nomine falso insignita.

Error Sozomeni.

Error Vigilij episcopi Tridentini.

ANNO CHRISTI 347.

CONCILIABVLVM SARDICENSE A SEMIARIANIS HABITVM Philippopoli in Thracia.

Præter formulam fidei & epistolam ad Africanos scriptam, quas infra subiungi curauimus, nihil extat.

NOTÆ.

Conciliabulum.] Semiariani Sardica per fugam elapsi, ideo quod in legitimo Sardicensi Concilio iusta iudicii forma constituto, de futura victoria nihil sibi pollicerentur, in vrbe Philippi, quæ est in Thracia, anno Christi 347. vel saltem 348. seorsim conuenerunt, ibique instar canum petram eam, a qua læsi fuerant, frustra mordentium, in Iulium Romanum pontificem, Osium Cordubensem, Maximinum Treuirensem, aliosque orthodoxæ fidei episcopos, quod cum Athanasio, Paulo, Marcello & Asclepa suo iudicio condemnatis communicassent, anathematis sententiam pronuntiarunt, eamque subito per literas encyclicas ad diuersos episcopos scriptas (exemplar earum, quas ad Donatum Carthaginensem miserunt, ex bibliotheca Petri Pithœi nostra cura huc recens translatum extat infra) promulgatam denuntiarunt. Post quatuor fidei regulas Antiocheno Conuenticulo in encæniis celebrato editas, hoc eodem malignantium congressu quintam perfidiæ formulam ementito Sardicensis Concilii nomine insignitam fabricarunt; in qua Arii positionibus quibusdam damnatis (vnde teste Epiphanio hæresi 75. Semiariani nominari meruerũt) nomen *consubstantialitatis* Filii cum Patre omittentes, hoc callide suo more egerunt, vt instar ludionum in scena, suo vultui alia forma & persona superinducta, Arii hostes & catholicæ fidei propugnatores viderentur, atque ita vniuersam ecclesiam deciperent: eosdem intus Arium inclusum habuisse, monstrum illud deforme quod de neganda Spiritus sancti diuinitate iam conceperant, postea vero pepererunt, manifeste satis ostendit.

Locus & tẽpus Conciliabuli.

Decretum Conciliabuli.

Quintam fidei formulam ediderunt Ariani.

Acta Conciliabuli.

Acta Conuenticuli paucis complexus est Socrates lib. 2. cap. 16. sic dicens: *Episcopi orientales confestim decedunt: cumque ventum esset ad vrbem Philippi, quæ est in Thracia, priuatim inter ipsos Concilium instituere: de cetero aperte verbum consubstantiale anathemate damnare, opinionemq; quod Filius Patris dissimilis esset, per literas scriptas vbique disseminare cœperunt.* Paulo prolixius ea Sozomenus lib. 3. cap. 10. his verbis: *separatim per se in vnum coacti acta contraria sanxerunt. Quare episcopi orientis, decretis suis quæ de Athanasio, Paulo, Marcello & Asclepa ediderant, stabilitis, primum omnium Iulium episcopum Romanum, quod primus omnium cum istis communicauerat; deinde Osium confessorem, cum propter eamdem causam, tum propterea quod amicus fuerat*

Iulius, Osius, Maximinus ab Arianis excommunicati.

ANNO CHRISTI 347.

ANNO CHRISTI 347. *fuerat Paulino & Eustathio, qui ecclesiæ Antiochenæ antistites fuissent; deinde Maximinum Treueris episcopum, quod primus cum Paulo communicauerat, & eius Constantinopolim reuersionis auctor extiterat, & episcopis ex oriente in Galliam profectis ecclesiæ communionem interdixerat, abdicarunt. Præter istos abdicarunt etiam Protogenem episcopum Sardicensem, & Gaudentium; alterum quidem, quod Marcelli susceperat patrocinium, quem ante suffragio condemnauerat: Gaudentium autem, quod contrario studio ducebatur, quam Cyriacus, cui successerat, & magni faciebat eos quos ille abdicauerat. Hæc cum decreuissent, omnibus episcopis per literas significarunt ad eum finem, vt istos neque in communionem admitterent, neque scriberent ad eos, neque literas ab illo scriptas reciperent. De Deo autem eo modo sentire iubebant, quo formula fidei epistolæ subiuncta præscriberet: quæ vt nullam Verbi consubstantialis fecit mentionem, sic illis communione ecclesiæ interdixit, qui dicerent tres Deos esse, aut Christum non esse Deum, aut Patrem & Filium & Spiritum sanctum eumdem esse, aut Filium ingenitum, aut tempus sæculumve fuisse quando non erat.*

Protogenes & Gaudentius abdicati.

Sardicense.] Monstrum deforme Philippis in Thracia genitum, honesto Sardicensis Concilii nomine declararunt, partumque matre adultera natum, alienæ vxori legitimæ iniuste suppositum: idque ideo, vt legitimum Sardicæ ab orthodoxis patribus habitum Concilium obscurarent, vel saltem de fide suspectum redderent; suum vero Conciliabulum Philippis celebratum, Sardicensis Concilii nomine ac titulo insignitum, per Christiani orbis prouincias, velut vnicum Sardicense Concilium germanum vulgaretur. Nec eosdem consilium fefellit: post mortem Constantis, patrocinio Constantii imperatoris hoc effecerunt, vt veritate depressa, impostura principis imperio roborata, illud tantum Sardicense Concilium omnibus in locis in vulgus spargeretur, quod ab Arianis confectum constaret: vt multi nescientes duplicis generis Sardicense Concilium habitum fuisse, omne Sardicense Concilium indifferenter, quod S. Augustino accidisse supra diximus, velut illegitimum, spurium & hæreticum Conuenticulum execrati fuerint. Vide Baron. ann. 347. num. 62.

Nomen Sardicense, Cõciliabulo affictum, adulterinum est.

A Semiarianis habitum.] Qui Constantinopoli Marcellum Ancyranum condemnarunt, Antiochiæ in encæniis quatuor diuersas fidei formulas ediderunt, Photinum Sirmii episcopum ad palinodiam induxerunt, iidem teste Epiph. hæresi 78. Sardicensis fidei formulam conscripserunt. Hos omnes Arii nomen detestatos fuisse, ideoque Semiarianos appellari meruisse, partim ex formulis Antiocheni Concilii, partim ex Epiph. præd. loco constat. Verba Epiphanii infra recensebuntur in epistola synodica Ancyrani Concilii. Vide Baron. num. 66. & 67.

Conciliabulum a quibus habitum fuerit.

Formula fidei in hoc Conciliabulo edita hæc est.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, Extat apud Hilarium

lib. de Synodis. Baron. num. 66.

creatorem & factorem vniuersorum, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Credimus & in vnigenitum eius Filium Dominum nostrum Iesum Christum, qui ante omnia sæcula ex Patre genitus est, Deum ex Deo, lumen ex lumine: per quem facta sunt omnia & quæ in cælis & quæ in terra, visibilia & inuisibilia: qui est Verbum, & Sapientia, & Virtus, & Vita, & Lumen verum. Et qui in nouissimis diebus propter nos incarnatus est, natus ex sancta Virgine: qui crucifixus, & mortuus, & sepultus est: resurrexit ex mortuis tertia die, & receptus est in cælo, & sedet in dextera Patris, venturus iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuique secundum opera eius: cuius regnum sine cessatione permanet per immensa sæcula: sedet enim in dextera Patris non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Credimus & in Spiritum sanctum, hoc est, paracletum, quem promittens apostolis post reditum in cælos, misit docere eos, ac memorari omnia: per quem & sanctificantur sinceriter in eum credentium animæ. Eos autem qui credunt de non extantibus esse Filium Dei, vel ex alia substantia, & non ex Deo; & quod erat aliquando tempus, aut sæculum, quando non erat; alienos nouit sancta & catholica ecclesia. Similiter & eos qui dicunt tres esse Deos, vel Christum non esse Deum, & ante sæcula neque Christum, neque Filium eum esse Dei, vel eum ipsum esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vel innascibilem Filium, vel quod neque consilio, neque voluntate Pater genuerit Filium, anathematizat sancta & catholica ecclesia.

Anno Christi 347.

SYNODALIS EPISTOLA PSEVDOSYNODI Sardicensis, ad Donatum Carthaginensem scripta.

Extat apud Hilar. frag. lib. 2. pag. 6. 7. 8. & Baron. num. 75.

Gregorio Alexandriæ episcopo, Amphioni Nicomediæ episcopo, Donato Carthaginis episcopo, Desiderio Cāpaniæ episcopo, Fortunato Neapolis Campaniæ episcopo, Eutychio Ariminiadeno Campaniæ episcopo, Maximo Salonarum Dalmatiæ episcopo, Sinferunti, & omnibus per orbem terrarum consacerdotibus nostris presbyteris & diaconibus, & omnibus qui sub cælo sunt in ecclesia sancta catholica episcopis, qui a diuersis orientalium prouinciis, id est, prouincia Thebaida, & prouincia Palæstina, Arabia, Phœnice, Syria, Mesopotamia, Cilicia, Isauria, Cap-

Anno Christi 347. *padocia, Galatia, Ponto, Bithynia, Pamphylia, Paphlagonia, Caria, Phrygia, Pisidia, & ex insulis Cycladum, Lydiæ, Asiæ, Europæ, Hellesponti, Thraciæ, Hæmimontu, ad ciuitatem Sardicam congregati Concilium celebrauimus, in Domino æterna salus.*

EST quidem nobis omnibus indeficiens oratio, dilectissimi fratres, primo vt sancta Domini & catholica ecclesia dissensionibus omnibus & schismatibus carens, vnitatem spiritus & vinculum caritatis vbique conseruet per fidem rectam: sed & vitam immaculatam quoque tenere, amplecti, custodire, seruare omnibus inuocantibus Dominum, est quidem iustum, præcipue episcopis, qui ecclesiis sanctis præsumus. Secundum, vt ecclesiæ regula sanctaque parentum traditio atque iudicia in perpetuum firma solidaque permaneant, nec nobis semper * gentibus, sectis, traditionibusque peruersis, maxime in constituendis episcopis, vel in exponendis, aliquando turbetur, quo minus teneat euangelica sanctaque præcepta, & quæ sanctis & beatissimis apostolis iussa sunt, & a maioribus nostris atque a nobisipsis in hodiernum vsque seruata sunt, & seruantur.

Extitit namque temporibus nostris Marcellus quidam Galatiæ, hæreticorum omnium execrabilior pestis, quique sacrilega mente, ore profano perditoque argumento velit Christi Domini regnum perpetuum, æternum & sine tempore disterminasse, initium regnandi accepisse Dominum dicens ante quadringentos annos, finemque ei venturum simul cum mundi occasu. Etiam hoc asserere cœpti temeritate conatur, quod in corporis conceptione tunc factus sit imago inuisibilis Dei, tuncque & panis, & ianua, & vita effectus. eadem hæc non solum verbis nec loquacitatis assertione confirmat, sed totum quidquid fuerat sacrilega mente conceptum blasphemoque ore prolatum, concupiscentia * nitenti, libro blasphemiis & execrationibus pleno indens, etiam alia multa peiora, calumniam in ipsis faciens diuinis scripturis cum sua interpretatione & scelerata mente, quæ contra illis ex suo pestifero sensu applicabat. quibus ex rebus aperte manifesteque constitit hæreticus, quique assertiones suas quibusdam squaloribus miscēs, nunc falsitatibus

Cõtra Marcellum Ancyranum.

Sabellii, nunc malitiæ Pauli Samosatensis, nunc blasphemiis Montani hæreticorum omnium ducis, aperte permiscens, vnamque confusionem de supradictis faciens, vt impudens Galata in aliud euãgelium declinauit, quod non est aliud, secundum quod beatus Paulus tales condemnans ait: *Etsi angelus de cælo aliter annuntiauerit vobis, quam quod accepistis, anathema sit.* Gal.1.v.8. ANNO CHRISTI 347.

Magna autem fuit parentibus atque maioribus nostris solicitudo de supradicta prædicatione sacrilega. Condicitur namque in Constantinopolim ciuitatem sub præsentia beatissimæ memoriæ Cõstantini imperatoris, Concilium episcoporum qui ex multis orientalium prouinciis aduenerunt, vt hominem malis rebus imbutum salubri consilio reformarent, & ille admonitione sanctissima correptus, a prædicatione sacrilega discederet: quique increpantes illum & exprobrantes, necnon caritatis affectu postulantes multo tempore nec quidquam proficiebant. Namque post vnam & secundam multasque correptiones, cum nihil proficere potuissent (perdurabat enim & contradicebat rectæ fidei, & contentione maligna ecclesiæ catholicæ resistebat) exinde illum omnes horrere ac vitare cœperunt: & videntes quoniam subuersus est a peccato, & a semetipso damnatus, actis eum ecclesiasticis damnauerunt, ne vlterius oues Christi pestiferis contactibus magis macularet. Tunc namque etiam eius aliquos prauissimos sensus contra fidem rectam ecclesiamque sanctissimam, propter memoriam posterorum cautelamque, suis sanctissimis scripturis in archiuo ecclesiæ condiderunt.

Sed hæc quidem secundum impietatem Marcelli hæretici prima fuerunt. peiora sunt deinde subsecuta. Nam quis fidelium credat aut patiatur ea, quæ ab ipso male gesta atque conscripta sunt, quæque digne anathematizata sunt? Nam cum ipso Marcello a parẽtibus nostris in Constantinopolim ciuitatem*. Namque liber sententiarum extat in ipsum ab episcopis conscriptus, in quo libro etiam isti, qui nunc cum ipso sunt Marcello, atque illi fauent, id est Protogenes Sardicæ ciuitatis episcopus & * Siracusanus in ipsa sententia manu propria conscripserunt, quorum manus valens testatur fidem sanctissimam nullo ge-

ANNO CHRISTI 347. nere mutandam, nec ecclesiam sanctam prædicatione falsa subuertendam, ne hoc modo pestis ac lues animalium omnibus grauissima importetur, Paulo dicente: *Siue nos, siue angelus de cœlo aliter annuntiauerit vobis, quam quod accepistis, anathema sit.* Gal.c.1.v.8. Vehementer autem admirati sumus, quatenus eum qui aliter quam in vero est, audet euangelium prædicare, quidam qui se ecclesiasticos esse volunt, facile ad communionem recipiunt, nec blasphemias eius quæ in ipsius libro signatæ sunt, inquirentes, nec illis qui solicite cuncta inuestigauerunt, & inuenientes iuste damnauerunt, consensum accommodare voluerunt. Etenim Marcellus cum apud suos hæreticus haberetur, peregrinationis auxilia requisiuit, scilicet vt & illos falleret, qui & ipsum & eius scripta pestifera ignorarent. Sed quidquid apud illos agit, impia sua scripta sensusque profanos occultat, falsa pro veris opponens, quæstum sibi de simplicibus atque innocentibus fecit.

Quique sub prætextu ecclesiasticæ regulæ multos ecclesiæ pastores induxit, eosque in suam redigens potestatem, Sabellii hæretici sectam inducens, callida fraude decepit, restaurans Pauli Samosatensis & artes & dolos. Mixta enim est omnium hæreticorum sectis Marcelli extranea traditio, sicut supra memoratum est. Vnde conuenerat omnes ecclesiæ sanctæ præpositos memores dictorum Domini Christi dicentis: *Cauete vos a pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos:* Matth. c.7. v.15. vitare ab huiusmodi & horrere, nec illis facile communicare, agnoscere illos ex actibus suis, atque ex eorum scriptis sacrilegis prædamnare. Nunc vero vehementer metuimus, ne nostris temporibus compleatur quod scriptum est: *Cum dormiunt homines, venit inimicus & spargit zizania inter frumentum.* Matth. cap. 13. v. 25. Cum enim non vigilant hi, quos vigilare oportet in custodia ecclesiæ, falsa verba nutantia, funditus id quod rectum est, vertunt.

Quapropter nos qui plene ex libro Marcelli, eius sectam sceleraque cognouimus, scripsimus vobis, dilectissimi fratres, vt neque Marcellum, neque eos qui illi iunguntur, ad communionem sanctæ ecclesiæ admittatis.

ANNO CHRISTI 347.

Psal. 74. v. 5 memores quoque ſitis prophetæ Dauid dicentis: *Dixi eis qui faciunt facinus, ne feceritis facinus; & delinquentibus, ne*
Ibid. v. 6. *exaltaueritis cornu. Nolite in altum tollere cornu veſtrum, ne loquamini aduerſus Dominum iniqua.* Et credite Salomoni di-
Prou. c. 22. v. 28. centi: *Nolite transferre terminos æternos, quos conſtituerunt patres veſtri.* Quæ cum ita ſint, nolite ſupradicti Marcelli prauiſſimi ſequi errores, & ea quæ ab ipſo iniuſta prædicatione contra Dominum Chriſtum inuenta traditaque ſunt, prædamnate, ne blaſphemiis ſceleribuſque etiam ipſi participes ſitis. Sed propter compendium, & hactenus de Marcello.

Arianorum in Athanaſium calumniæ. Verum de Athanaſio quondam Alexandriæ epiſcopo accipite, quæ geſta ſunt. Accuſatus & grauiter iuxta Deum ſacrilegus, & iuxta myſteria eccleſiæ ſanctæ profanus, quique propriis manibus comminuit poculum Deo & Chriſto dicatum, ipſumque altare venerandum confregit, ſedemque ſacerdotalem ſubuertit ipſe, atque ipſam baſilicam, Dei domum, eccleſiam Chriſti demolitus vſque ad ſolum eſt. Presbyterum vero ipſum virum grauem & iuſtum, nomine Narchen, tradidit cuſtodiæ militari. Accuſatus præterea eſt de iniuriis, violentia, cæde, atque ipſa epiſcopi internecione, quique etiam diebus ſacratiſſimis Paſchæ tyrannico more ſæuiens, Ducibus atque Comitibus iunctus, quique propter ipſum aliquos in cuſtodiam recludebant, aliquos vero verberibus flagelliſque vexabant, ceteros diuerſis tormentis ad communionem eius ſacrilegam adigebant (nec actus commiſſi vnquam ab innocentibus fuerant) ſperans hoc modo ſuos ſuamque prævalere poſſe factionem, vt per Duces & iudices, perque carceres ipſos, verbera, diuerſaque tormenta inuitos ad communionem ſuam cogeret, nolentes adigeret, repugnantes atque reſiſtentes ſibi tyrannico more terreret. Erant quidem illa grauia & acerba ab accuſatoribus obiecta.

Nam propter hæc neceſſario Concilium apud Cæſaream Palæſtinam primo videtur eſſe conductum: & cum minime ab ipſo vel ab ſatellitibus ad ſupradictum Concilium occurreretur, poſt alterum annũ in Tyro propter eius facinora neceſſario iterum celebratur. Aduenerunt epiſcopi de Macedonia, & de Pannonia, Bithynia, &

ANNO CHRISTI 347. omnibus partibus orientis, imperatoris iussione constricti, quique * Actis Athanasii flagitia criminaque cognoscentes, non passim nec temere accusatoribus credunt, sed suo de Concilio inlustres & laudabiles episcopos eligunt, atque in rem præsentem vbi res gestæ erant, de quibus arguebatur Athanasius, mittunt: quique oculata fide cuncta aspicientes atque vera cognoscentes, ad Concilium redeunt, eiusque crimina, quæ ab accusatoribus obiiciebantur, suo testimonio vera confirmant. Vnde in præsentem Athanasium dignam pro criminibus sententiam dicunt. Propter quod Tyro fugiens, imperatorem appellat. Audit etiam imperator, quique interrogatione habita, omnia eius flagitia recognoscens, sua illum sententia in exilium deportauit. His ergo ita cedentibus rebus, cum Athanasius damnatus digne, in exilio haberetur ob meritum facinorum suorum, sacrilegus in Deum, in mysteria sacra profanus, in basilicæ demolitione violentus, in episcoporum exitiis innocentiumque fratrum persecutor horrendus, ab omnibus episcopis in reiiciendis malis seruatur auctoritas legis, Canon ecclesiæ, & apostolorum sancta traditio.

Sed dum Athanasius post damnationem suam reditum sibi de exilio compararet, de Gallia ad Alexandriam post plurimum tempus aduenit: quique præterita in nihilum ducens, acrius in nequitia prævalebat. Nam comparatione sequentium, leuia sunt quæ ab ipso primo commissa sunt. Etenim per omnem viam reditus sui ecclesiam subuertebat, damnatos episcopos aliquos restaurabat, aliquibus spem ad episcopatus reditum promittebat: aliquos ex infidelibus constituebat episcopos, saluis & permanentibus integris sacerdotibus per pugnas & cædes gentilium, nihil respiciens leges, desperationi tribuens totum: vnde per vim, per cædem, per bellum, Alexandrinorum basilicas deprædatur. Constituto iam in eius locum ex iudicio Concilii sancto & integro sacerdote, vt barbarus hostis, vt pestis sacrilega, adductis gentilium populis Dei templum incendit, altare comminuit, & clam exit de ciuitate, occulteque profugit.

Sed de Paulo Constantinopolitanæ ciuitatis quondam episcopo post reditum exilii sui si quis audierit, perhor- Cõtra Paulum Constantinopo-

litanum episcopum.

ANNO CHRISTI 347.

resset. Fuere namque & in Ancyra prouincia Galatiæ post reditum Marcelli hæretici, domorum incendia, & genera diuersa bellorum: nudi ab ipso ad forum trahebantur presbyteri, & (quod cum lacrymis luctuque est dicendum) consecratum Domini corpus ad sacerdotum colla suspensum palam publiceque profanabat, virgines-que sanctissimas Deo Christoque dicatas publice in foro, mediaque in ciuitate, concurrentibus populis, abstractis vestibus, horrenda fœditate nudabat. Sed in ciuitate Gaza prouinciæ Palæstinæ, post reditum suum Asclepas altare comminuit, multasque seditiones effecit. Præterea Adrianopoli Lucius post reditum suum sacrificium a sanctis & integris sacerdotibus confectum (si fas est dicere) canibus proiiciendum iubebat. Igitur cum hæc ita sint, numquidnam lupis tantis ac talibus oues Christi adhucusque credimus, & membra Christi, membra fornicatoriæ faciemus? absit.

Nam postea Athanasius peragrans per diuersas partes orbis terrarum, scilicet seducens aliquos, per suam fallaciam adulationemque pestiferam decipiens innocentes episcopos qui eius facinora ignorabant, vel Ægyptios aliquos eius actus ignorantes, scripta a singulis emendicando, ecclesias pacificas perturbabat, aut ipse sibi nouas pro
* sua voluntate. * Nihil tamen hoc valere potuit ad iudicium iamdudum a sanctissimis & illustribus episcopis cõsecratum. Non enim commendatio eorum, qui nec in Concilio iudices fuerunt, nec Concilii iudicium habuerunt aliquando, nec præsentes, cum supradictus Athanasius audiretur, fuisse noscuntur, aut valere illi potuit, aut prodesse. Denique cum sibi hæc incassum proueniisse cognosceret, ad Iulium Romam perrexit, sed & ad Italiæ quosdam ipsius partis episcopos, quos seducens per epistolarum falsitatem, ab eisdem perfacile in communionem receptus est. Deinde cœpere illi non tam pro ipso, quam pro suis actibus laborare, quod illi pertemere credendo communicauerant. Etenim si fuerant illæ literæ aliquorum, non tamen eorum qui iudices fuerant, aut in Concilio assederant: quæ quidem etiam si essent aliquorũ,
* temere illi fidem * proferũt credere noluerunt: Ideo quia
* & alii quique * in prætorium pro suis facinoribus detecti sunt,

ANNO CHRISTI 347. sunt, nunc cum Marcello & Athanasio coniuncti sunt.

Decimus autem Asclepas ante decem & septem annos episcopatus honore discinctus est. Deinde Paulum & Lucium & quotquot talibus coniuncti sunt, circumeuntes simul exteras regiones, persuadebant iudicibus non esse credendum illis, qui in eos digne sententiam protulerunt, vt hoc genere commercii sibi quemdam ad episcopatus reditum procurarent. Nec in ipsis locis in quibus peccauerant, nec in proximis, vel vbi accusatores habebant, se defendebāt, sed iuxta peregrinos & longe a regionibus suis positos, ignorantes gestorum fidem, iustam sententiam conabantur perfringere, ad illos referentes actus suos, qui illos per omnia nesciebant. Astute hoc faciunt. Scientes enim de iudicibus, de accusatoribus, de testibus multos decessisse, post tot tantasque sententias, putauerunt aliud restaurare iudicium, volentes apud nos causam dicere, qui neque illos excusauimus, neque iudicauimus. Qui enim iudicauerunt, iam ad Dominum perrexere. Voluerunt autem etiam orientalibus episcopis * & veniunt pro iudicibus defensores, pro defensoribus rei, eo tempore cum eorum defensio non valebat: maxime cum tunc defendi minime potuerunt, quando illos accusatores sui facie ad faciem arguebant, nouam legem introducere putauerunt, vt orientales episcopi ab occidentalibus iudicarentur. Et volebant ecclesiæ iudicium per eos posse constare, qui non tam illorum miserebantur, quam actibus suis. *

Hoc itaque nefas quoniam nunquam recepit ecclesiastica disciplina, quæsumus, dilectissimi fratres, vt sceleratam perniciem conatusque mortiferos perditorum nobiscum etiam ipsi damnetis. Etenim cum adhuc esset episcopus Athanasius, Asclepam depositum sua sententia ipse damnauit: sed & Marcellus similiter illi nunquam communicauit: Paulus vero Athanasii expositioni interfuit, manuque propria sententiam scribens, cum ceteris eum etiam ipse damnauit: & quamdiu quisque eorum episcopus fuit, sua iudicia confirmauit: sed cum diuersis ex causis diuersisque temporibus singuli eorum digne de ecclesia suis pro meritis pellerentur, maiorem concordiam vna conspiratione fecerunt, donantes sibi

quisque delicta quæ cum episcopi essent, pro auctoritate diuina damnarunt. Namque quando Athanasius in Italiam & Galliam pergens sibi iudicium comparauit, post mortem aliquorum accusatorum, testium, iudicumque, & credidit posse se denuo tempore audiri, quod eius flagitia vetustas temporis obscuraret; cui consensum commodantes, non recte, Iulius vrbis Romæ episcopus, Maximus & Osius ceterique complures ipsorum Concilium apud Sardicam fieri ex imperatoris benignitate sumpserunt, occurrimus ad Sardicam literis imperatoris conuenti: quo cum venissemus, didicimus in media ecclesia Athanasium, Marcellum, omnes sceleratos Concilii sententia pulsos, & merito singulos pro suis facinoribus prædamnatos, cum Osio & Protogene sedere simul & disputare, & quod est deterius, diuina mysteria celebrare. Nec confundebatur Protogenes Sardices episcopus communicare Marcello hæretico, cuius & sectam & reprobum sensum in Concilio quater sententiis episcoporum subscribens, propria voce ipse damnauerat. Vnde manifestum est quia sese ipse sua sententia condemnauit, cum se illi communicando participem fecit. ANNO CHRISTI 347.

Verum nos tenentes ecclesiasticæ regulæ disciplinam, & volentes miseros in aliquantulum viuere, mandauimus illis qui cum Protogene & Osio fuerunt, vt de suo cœtu damnatos excluderent, neque peccatoribus communicarent: deinde vna nobiscum audirent ea quæ a patribus nostris contra ipsos in præteritum fuerant iudicata; (nam liber Marcelli non expectabat accusationem, per se enim aperte hæreticus noscebatur:) & ne falsis suggestionibus crederent,* non eorum quisquam prauissimam mentem propter locum episcopatus obscurant. * At illi contra hæc resistebant, qua ratione, nescimus: nec se voluerunt ab ipsorum communione secernere, confirmantes Marcellihæretici sectam, & facinora Athanasii, ceterorumque scelera fidei ecclesiasticæ pacique præponebant.

Mera Arianorum mendacia.

His itaque cognitis, nos octoginta episcopi, qui propter pacem confirmãdam ecclesiæ ex diuersis longinquisque prouinciis cum ingenti exitu & labore ad Sardicam veneramus, videntes hæc non sine lacrymis ferebamus.

ANNO CHRISTI 347. Leue enim non erat quod a se eos dimittere omnino negabant, quos patres nostri merito suis pro criminibus ante damnarunt. His itaque communicare nefas duximus, neque cum profanis voluimus sancta Domini sacramenta miscere, seruantes & tenentes regulam ecclesiasticæ disciplinæ. Nam vt supradictos Osium a se Protogenemque non dimitterent, conscientia forte mala quam sibi eorum vnusquisque debebat * nudari aliquo quam ad palam fieri magnopere pertimescebant: nec sic in eis audebat eorum aliquis sententiam dicere, ne & se ipse damnaret, quod illis contra interdictum communicasset, quibus communicare nullo genere oporteret. Verum nos iterum illos atque iterum rogabamus, ne firma solidaque concuterent, ne subuerterent legem, nec iura diuina turbarent, ne cuncta confunderent, atque traditionem ecclesiæ, ne quidem modica pace, frustrarent: sed nec nouam sectam inducerent, aut orientalibus episcopis Conciliisque sanctissimis de occidente venientes aliqua in parte præponerent. At illi contra despicientes hæc, nobis minabantur, & se Athanasium & ceteros sceleratos vindicaturos pollicebantur. quasi vero aliud facere aut dicere possint, qui sceleratos omnes ac perditos in suum consortium reciperent. Præterea ingente hoc tumore proponunt, audacia potius ac temeritate quam legitima ratione possessi. Videntes enim quod ii qui damnatos recipiunt, in offensam crimenque occurrunt, vt violatores cælestium legum, tali auctoritate iudicium constituere conabantur, vt sese iudices iudicum dicere vellent, atque eorum qui iam cum Deo sunt, si fas est, sententiam refricare. Nos vero rogabamus illos per plurimos dies, vt a se damnatos abiicerent, & se ecclesiæ sanctæ coniungerent, atque patribus vera dicentibus consensum accommodarent. Sed illi se hoc facturos omnino negabant.

Altercantibus igitur nobis, emerserunt quinque episcopi ex partibus nostris, qui superstites de sexto numero eorum qui ad Mareotam directi fuerant, remanserant, & talem illis optionem proponunt: mittendos esse ex vtroque Concilio episcopos aliquos ad loca in quibus Athanasius scelera flagitiaque commisit, vt sub testificatione

Dei, cuncta fideliter scriberent: & si falsa inuenta fuerint quæ Concilio nuntiauimus, ipsi damnemur, nec imperatoribus, nec Concilio, nec cuiquam episcopo conqueramur. Quod si verum constiterit, quod ante diximus, ad numerum nostrum ex vobis quos delegistis, id est, qui Athanasio post damnationem communicauerunt, sed & eos qui Athanasio & Marcello fautores defensoresque sunt, exponamus, nec imperatoribus, nec Concilio, nec cuiquam episcopo aliqui vestrum conquerantur. Hanc optionem a nostris propositam Osius & Protogenes omnesque eorum socii suscipere timuerunt. Immensa autem confluxerat ad Sardicam multitudo sceleratorum omnium ac perditorum aduentantium de Constantinopoli, de Alexandria, qui rei homicidiorum, rei sanguinis, rei cædis, rei latrociniorum, rei prædarum, rei spoliorum nefandorumque omnium sacrilegiorum, criminum rei, qui altaria confregerunt, ecclesias incenderunt, domosq; priuatorum compilauerũt, profanatores mysteriorum Dei, proditoresq; sacramentorum Christi, qui impiam sceleratamque hæreticorũ doctrinam contra ecclesiæ fidem asserentes, sapientissimos presbyteros Dei, diaconos, sacerdotes atrociter demactauerunt: & eos omnes secum collectos in suo Conuenticulo habuerunt Osius & Protogenes, eosque honorantes, nos omnes diaconos & sacerdotes Dei despiciebant, quia nec ipsi volebamus talibus aliquando coniungi, iique vulgo omnibusque gentibus id quod inter nos fuerat, referebant, pro veris falsa fingentes, nec discordiam inter nos ex causa Dei ortam, sed ex humana præsumptione narrabant, diuinis humana miscentes, & ecclesiasticis rebus priuatas adiungentes, ciuitatis nobis concentum seditionemque conflarunt, dicentes nos grauem schismate ciuitati importasse iniuriam, nisi illis (quod nefas erat) communicaremus: & hæc frequenter acclamabant. Nos enim omnino illis communicare noluimus, nisi eos quos damnauimus, proiecissent, & dignum honorem Concilio orientis tribuerent.

ANNO CHRISTI 347.

Ariani sua crimina aliis affingunt.

Quæ vero ipsi egerint, vel quale Concilium habuerint, hinc addiscere poteritis. Nam Protogenes (sicut supra diximus) apud acta anathematizans Marcellum & Paulum, postea eos in communionem suscepit. Dionysium

ANNO CHRISTI 347.

ANNO CHRISTI 347. vero ab Edica prouinciæ Achaiæ, quem ipsi exposuerunt, in Concilio habuerunt simul secum & exponentes & expositi, iudices & rei communicantes mysteria diuina pertractant: Bassum autem de Diocletiana ciuitate in flagitiis sceleribusque detectum, & merito de Syria deportatum, ordinauerunt episcopũ; quique apud ipsos sceleratius viuens detectus & ab ipsis damnatus, cum ipsis hodie videtur esse coniunctus. Et quia Ioannes Thessalonicensis Protogeni frequenter probra multa criminaque obiecit, quod diceret illum concubas & habuisse & habere, cui communicare nunquam voluit, nunc vero in amicitiam receptus, quasi peiorum consortio expurgatus, apud ipsos habetur vt iustus. Asclepas autem cum ad Constantinopolim ciuitatem propter Paulum venisset, post immanitatem rerum atrocitatemque, commisit quæ media in ecclesia Constantinopolitana gesta sunt, post mille homicidia quæ altaria ipsa humano sanguine coinquinauerunt, post interfectiones fratrum extinctionesque gentilium, hodieque cum Paulo, cuius causa hæc gesta sunt, communicare non cessat: sed & illi qui per Asclepam Paulo communicant, accipientes ab eodem scripta, atque ad illum mittentes.

Ex hac igitur coagulatione, atque ex perditorum congregatione quale potuerit celebrari Concilium, in quo flagitia sua non tam puniebant, quam agnoscebant? Non enim secundum nos qui ecclesiis sanctissimis præsidemus, populisque rectores sumus, donantes & dimittentes quæ ab ipsis nec dimitti vnquam possunt, nec donari: quique etiam Marcello & Athanasio ceterisque sceleratis flagitia, & blasphemias, quæ nefas fuerit dimittere, condonarunt; cum scriptum sit: *Si peccauerit homo in hominem, orabunt pro eo ad Dominum: Si autem in Deum peccauerit homo, quis orabit pro eo? Nos autem talem consuetudinem non habemus, nec ecclesia Dei.* Sed nec hoc docere aliquos patimur, ne nouas traditiones inducere, ne proditores fidei traditoresque scripturarum diuinarum (quod nefas est) dicamur, ne a Domino & ab hominibus condemnemur. Verum illi supradicti etiam hæc aduersus nos machinabantur; & quoniam sciebant nos non posse sibi sceleſtorum beneficio communicare, ex scriptis nos imperato-

1. *Reg. cap. 2. v. 25.*

1. *Cor. c. 11. v. 16.*

rum terrere putabant, vt inuitos ad ſuam communionem traherent, & * ſpectabunt diuidi totius mundi profundum eccleſiæ, æternamque pacem, propter Athanaſium & Marcellum, propter quos nomen Domini blaſphematur in gentibus, quos oportebat, ſi in ſe aliquid timoris Dei habuiſſent, ne turbo iſte qui per ipſos natus eſt, permaneret, a ſua prauiſſima præſumptione vel ſero diſcedere, ne ipſorum cauſa contra ſeſe ſcinderetur eccleſia: aut ſi in iis qui pro ipſis certant, metus Dei eſſet, etiam ſi nihil eſſe damnabile apud ipſos inueniretur, tamẽ quod propter ipſos vnitas eccleſiæ ſcinditur, & propter inſaniam, rabiem, cupiditatemque honoris pax profunda ſubuertitur, execrari eos ac perhorrere deberent. ANNO CHRISTI 347.

Cum ita res currere videremus, ad ſuam patriam regredi noſtrum vnuſquiſque decreuit: placuitque nobis de Sardica ſcribere, & ea quæ geſta ſunt, nuntiare, noſtramque ſententiam declarare. Nos enim Athanaſium & Marcellum, qui in Dominum impie blaſphemantes ſcelerate vixerunt, expoſitos olim atque damnatos, non poſſumus iterum in epiſcopatus honorem ſuſcipere, quique crucifigentes verum filium Dei, atque illum denuo publicantes, acerbis ictibus confixerunt. Alter enim ipſorum blaſphemando in filium Dei atque in eius regno, æterna morte mortuus eſt ſemel: alter in corpus Domini, myſteria eius, profano more atrociter peccans, ceteraque flagitia immaniter gerens, epiſcoporum ſententia eiectus eſt atque damnatus. Quamobrem quoniam a parentum traditione diſcedere non poſſumus, quia nec talem auctoritatem ſumpſit eccleſia, nec talem poteſtatem a Deo accepit, ſupradictos ad honorem dignitatemque eccleſiæ nec ipſi ſuſcipimus, & ſuſcipientes, digne damnamus. Sed nec alios qui aut olim, aut poſtea merito damnati ſunt, in eccleſia recipimus, adhærentes legibus Dei, traditionibuſque paternis atque eccleſiaſticis diſciplinis, credentes Prophetæ dicenti: *Noli tranſgredi terminos æternos, quos poſuerunt patres tui.* Quare nos nunquam fixa ſolidaque concutimus, ſed magis ea quæ ſunt a parentibus conſtituta ſeruamus.

Prou. c. 22. verſ. 28.

Intolerabilis Arianorum arrogantia.

Poſt multa igitur, dilectiſſimi fratres, hæc vobis ex aperto mandamus, ne quis veſtrum ab aliquo circumuen-

ANNO CHRISTI 347. tus aliquando communicet, id est Osio, Protogeni, Athanasio, Marcello, Asclepæ, Paulo, Iulio: sed ne cuiquam damnatorum de ecclesia sancta reiectis, neque sociis ipsorum, qui illis siue per se, siue per scripta communicant. Quare nec vos ad illos scribere vnquam debetis, nec ab ipsis scripta susscipere.

Iam quod supereſt, oramus vos, dilectissimi fratres, vt vnitati ecclesiæ consulatis & paci perpetuæ, sanctos episcopos eligatis, in quibus & fides integra & sancta sit vita, abhorrentes eos qui pro criminibus suis ab episcopatus honore disiuncti sunt, voluntque iterum recipere locum, quem digne pro suis facinoribus amiserunt: magisque hos execramini, quos post facinus videtis peiora committere, nec Dominũ audire dicentẽ: *Peccasti, quiesce.* Inhibere nescium enim, & fortiores de sceleribus efficiũtur, & quanto plus in gurgitem vitiorum mergunt, tanto plus orbem subuertunt, seditionibus vacantes, bella persecutionesque acerrimas sanctis ecclesiis ingerunt, & tyrannico more populos Domini in suum dominiũ captiuare contendunt. Namque ex his rebus pessimos eorum conatus agnoscite, quando talem mundo tempestatis procellam induxerunt, vt orientem prope totum occidentemque turbarent, vt relinquentes singuli ecclesiasticas curas, populosque Dei deserentes, atque ipsam euangelii doctrinam postponentes, de longinquo aduenieremus senes, ætate graues, corpore debiles, ægritudine infirmi, trahebamurque per diuersa, nostrosque ægrotantes in itineribus deserebamus, propter perpaucos sceleſtos olim digne damnatos, primatus ecclesiæ contra fas appetentes. *geratque curam de nobis imperium atque religiosi imperatores, tribuni & duces dirissima republica de episcoporum vita statuque exercerentur. Sed nec populi silent. Omnis enim fraternitas omnibus in prouinciis suspensa ac solicita expectat, in quem finem hæc malorum procella succedat, cursusque ipse publicus attritus, ad nihilum deducitur. Et quid pluribus? Ortus, occasusque mundi propter vnum vel duos paucosque sceleratos, impie sentientes & turpiter viuentes, funditus subuertitur, & dura sæuaque tempestate turbatur, in quibus nulla religionis semina resederunt, quæ si habuissent, imitarentur

Genes. c. 4. v. 7.

Ionæ. 1. Prophetam dicentem: *Tollite me, & mittite in mare, & tranquillabit mare a vobis, quando hæc tempestas propter me facta.* ANNO CHRISTI 347. Sed ideo hæc non imitantur, quia nec iustos sequuntur: ita autem sceleratorum omnium duces quærunt ecclesiæ principatum, quasi aliquod tyrannidis regnum; nec hoc propter bonum quoque iustitiæ inquirunt. Non enim ecclesiis consulunt, qui leges iuraque diuina, ceterorum decreta dissoluere perconantur. Propterea hanc nouitatem moliebantur inducere, quam horret vetus consuetudo ecclesiæ, vt in Concilio orientales episcopi quidquid forte statuissent, ab episcopis occidentalibus refricaretur: similiter quidquid occidentalium partium episcopi, ab orientalibus solueretur. Sed hoc ex illo suo prauissimo sensu tractabant. Verum omnium Conciliorum iuste legitimeque actorum Decreta firmanda, maiorum nostrorum gesta consignant. Nam in vrbe Roma sub Nouato & Sabellio & Valentino hæreticis factum Concilium, ab orientalibus confirmatum est: & iterum in oriente sub Paulo * Asonus ait quod statutum est, ab omnibus est signatum. * Samosateno.

Ob quam rem hortamur vos, dilectissimi fratres, considerantes ordinem ecclesiasticæ disciplinæ, & paci totius orbis consulentes, corripiatis eos qui sceleratis communicant, & malos de ecclesiis radicitus amputetis, vt tempestate ruente ipsorum causa, innatans Christus Dominus omnibus imperet ventis procellisque maritimis discedere, & tribuat ecclesiæ sanctæ pacem perpetuam & quietem. Nos vero nulli iniuriã facimus, sed legis præcepta seruamus. Nam iniuriati grauiter & male tractati sumus ab iis qui volebant ecclesiæ catholicæ regulam sua prauitate turbare: sed ante oculos habentes timorem Dei, iudicium Christi, verum & iustum considerantes, nullius personam accepimus, neque alicui pepercimus, quo minus ecclesiasticam disciplinam seruaremus. Vnde Iulium vrbis Romæ, Osium & Protogenem, & Gaudentium, & Maximinum a Treuiris damnauit omne Concilium secundum antiquissimam legem, vt auctores communionis Marcelli & Athanasii ceterorumque sceleratorum, quique etiam homicidiis Pauli Constantinopolitani, & cruentis actibus eius communicauerunt.

ANNO CHRISTI 347. runt. Protogenem namque esse anathematizatum vna cum Marcello, subscribendo frequenter sententiæ in ipsum, vel in eius librum inlatæ, quique etiam in Paulum Constantinopolitanum sententiam dederunt, & illi postea communicarunt. Gaudentium autem vt immemorem decessoris sui Cyriaci subscribentis sententiis in sceleratos digne inlatis, commixtumque criminibus Pauli, quem etiam impudenter defendebat. Iulium vero vrbis Romæ vt principem & ducem malorum, qui primus ianuam communionis sceleratis atque damnatis aperuit, ceterisque aditum fecit ad soluenda iura diuina, defendebatque Athanasium præsumenter atque audaciter, hominem, cuius nec testes nouerat, nec accusatores. Sed Osium propter supradictam causam, & propter beatissimæ memoriæ Marcum, cui graues semper iniurias inrogauit: sed & quod malos omnes pro criminibus suis digne damnatos totis viribus defendebat, & quod conuixerit in Oriente cum sceleratis ac perditis. Turpiter namque Paulino quondam episcopo Daciæ indiuiduus amicus fuit, homini, qui primo maleficus fuerit accusatus, & de ecclesia pulsus, vsque in hodiernum diem in apostasia permanens, cum concubinis publice & meretricibus fornicetur, cuius maleficiorum libros Macedonius episcopus atque confessor a Mopso, combussit: sed & Eustasio & Quimassio adhærebat pessime & carus fuit, de quorum vitæ infamia turpi dicendum nihil est: Exitus enim illorum eos omnibus declarauit.

Odium Arian. in Iulium papam.

His itaque ac talibus iunctus ab initio Osius sceleratis semper fauens, contra ecclesiam veniebat, & inimicis Dei semper ferebat auxilium. Maximinum vero à Treuiris, propter quod collegas nostros episcopos, quos ad Gallias miseramus, noluerit susci pere, & quoniam Paulo Constantino * nefario homini ac perdito primus ipse communicauit, & quod ipse tantæ cladis causa fuit, vt Paulus ad Constantinopolim ciuitatem reuocaretur, propter quod homicidia multa facta sunt. Causa igitur homicidiorum tantorum ipse fuit, qui Paulum olim damnatum ad Constantinopolim reuocauit. Propter has igitur causas iustum duxit Concilium, vt Iulium vrbis Romæ & Osium ceteros q; supra memoratos discingeret atque damnaret.

Arianorum rationes cur Iulium pap. damnarint cum ceteris.

* Constantinopolitano.

Quæ cum ita sint, custodire vos ab ipsis & abstinere debetis, dilectissimi fratres, nec eos aliquando ad communionem admittere: sed nec ipsorum literas accipere, nec ad illos literas dominicas dare. Et quoniam catholicam & apostolicam fidem voluerunt infringere ij, qui cum Osio erant, inducentesque nouam sectam * indeo croniti * Marcelli mixta Sabellio & Paulo. Inde * artem necessario ordinauimus catholicæ ecclesiæ fidem, quam negauerunt supradicti qui cum Osio sunt & Marcello hæretici induxerunt, consequens est, vt acceptis literis nostris singuli consensum huic sententiæ commodantes, decreta nostra propria subscriptione signetis. Est autem fides nostra talis: ANNO CHRISTI 347.

Arianorum fidei exemplar extat & supra post notas, sed alterius editionis.

Credimus vnum Deum Patrem omnipotentem, institutorem & creatorem omnium, ex quo omnis creatura in cælo & in terra nominatur. Et in vnum genitum filium eius Dominum nostrum Iesum Christum, qui ante æuum ex Patre generatus est, & ex Deo Deus, ex luce lux, per quem facta sunt omnia, quæ in cælis & quæ in terra, visibilia & inuisibilia, sermo qui sit, & sapientia, virtus, & vita, & lux vera, qui in nouissimis temporibus propter nos induerit hominem, & natus sit de sancta virgine Maria, & crucifixus, & mortuus, & sepultus sit: tertia die resurrexit a mortuis, & assumptus in cælum, sedet in dextra Patris, venturus in fine mundi iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuique secundum opera sua, cuius regnum incessabile permanet in æterna sæcula. Est enim sedens in dextera Patris non solum in isto sæculo, sed & in futuro. Credimus in Spiritum sanctum, hoc est, in paracletum, quem mittens apostolis post assumptionem suam in cælum, misit docens illos & instruens de omnibus, per quem sanctificantur animæ in ipsum fideliter credentes. Credimus & in sanctam ecclesiam, in remissionem peccatorum, in carnis resurrectionem, in vitam æternam. Illos vero qui dicunt * ex id quod non fuit Filius Dei: aut ex alia substantia & non ex Deo: aut qui dicunt, fuisse aliquando tempus vel sæculum quando non fuit Filius, hæreticos damnat sancta & catholica ecclesia. Similiter & illos qui dicunt tres esse Deos, aut Christum non esse Deum, aut ante ea vnum non fuisse Christum, neque

* De non extantibus esse Filium Dei, ita apud Hilarium.

ANNO CHRISTI 347. Filium Dei, aut ipsum Patrem & Filium & Spiritum sanctum, aut non natum Filium, aut non sententia neque voluntate Deum Patrem genuisse Filium; hos omnes anathematizat & execratur sancta & catholica ecclesia. Opto vos in Domino bene valere.

Stephanus episcopus Antiochiæ prouinciæ Sprecilæ opto vos in Domino bene valere.
Olympius episcopus Doliceus opto vos in Domino bene valere.
Gerontius episcopus Lamphaniæ.
Menophãtus episcopus ab Epheso opto vos in Domino bene valere.
Paulus episcopus... opto vos in Domino bene valere.
Eulalius episcopus ab Amantias opto vos in Domino bene valere.
Macedonius episc. ab Amarquetias opto vos in Domino bene valere.
Thelaphius episc. a Calchedonia opto vos in Domino bene valere.
Acacius episcopus a Cæsarea opto vos in Domino bene valere.
Theodorus episcopus ab Heraclia opto vos in Domino bene valere.
Quintianus episcopus a Taxe opto vos in Domino bene valere.
*Aretusa Marcus episcopus ab Aretiis * opto vos in Domino bene valere.
Cyrotus episcopus a Roco opto vos in Domino bene valere.
Eugeus episcopus a Lisicia opto vos in Domino bene valere.
Antonius episcopus a Zeumate opto vos in Domino bene valere.
Antonius episcopus a Docimo opto vos in Domino bene valere.
Dion episcopus a Cæsarea opto vos in Domino bene valere.
Vitalis episcopus a Tyro opto vos in Domino bene valere.
*Germanicia. Eudosius episcopus a Germania * opto vos in Domino bene valere.
Dionysius episcopus ab Alexandria * prouinciæ opto vos in Domino bene valere.
Macedonius episcopus a Iurito opto vos in Domino bene valere.
Eusenius episcopus ab Dorlani opto vos in Domino bene valere.
Basilius episcopus ab Anquira opto vos in Domino bene valere.
Proæresius episcopus a Sinopa opto vos in Domino bene valere.
Eustacius episcopus ab Epiphania opto vos in Domino bene valere.
Pancratius episcopus a Pernaso opto vos in Domino bene valere.
Eusemius episcopus a Pergamo opto vos in Domino bene valere.
Sabinianus episc. a Chatimera opto vos in Domino bene valere.
Bitinicus episcopus a Zelon opto vos in Domino bene valere.
Dominius episcopus a Palladiano opto vos in Domino bene valere.
Pison episcopus a Troada opto vos in Domino bene valere.
Cartherius episcopus ab Aspona opto vos in Domino bene valere.
Filetus episcopus a Iuliopoli opto vos in Domino bene valere.
Quirius episcopus a Mareota opto vos in Domino bene valere.
Filetus episcopus a Cratia opto vos in Domino bene valere.
Thimasarcus episcopus... opto vos in Domino bene valere.
Eusemius episcopus a Mignenia opto vos in Domino bene valere.
Quirius episcopus a Philadelphia opto vos in Domino bene valere.

Anno Christi 347.

Piſon epiſcopus a Vanis opto vos in Domino bene valere.
Timotheus epiſcopus... opto vos in Domino bene valere.
Euthemon epiſcopus a Thaneos opto vos in Domino bene valere.
Callenicus epiſcopus a Peluſio opto vos in Domino bene valere.
Euſebius epiſcopus a Pergamo opto vos in Domino bene valere.
Leucadas epiſcopus ab Ilio opto vos in Domino bene valere.
Noconius epiſcopus a Troade opto vos in Domino bene valere.
Adamantius epiſcopus a Cio opto vos in Domino bene valere.
Eddeſius epiſcopus a Coo opto vos in Domino bene valere.
Theodolus epiſcopus a Neocæſarea opto vos in Domino bene valere.
Sion epiſcopus... opto vos in Domino bene valere.
Theogenes epiſcopus a Lizia opto vos in Domino bene valere.
Florentius epiſcopus ab Anchara opto vos in Domino bene valere.
Iſaac epiſcopus a Lueto opto vos in Domino bene valere.
Eudemon epiſcopus... ſubſcripſi pro ipſo, opto vos in Domino bene valere.
Agapius epiſcopus a Therico opto vos in Domino bene valere.
Baſſus epiſcopus a Car opto vos in Domino bene valere.
Narciſſus epiſcopus ab Anapoli opto vos in Domino bene valere.
Embracius epiſcopus a Niſilecto opto vos in Domino bene valere.
Lucius epiſcopus a Babtino opto vos in Domino bene valere.
Nonnius epiſcopus a Laudocia opto vos in Domino bene valere.
Pantagatus epiſcopus a Gallia opto vos in Domino bene valere.
Flaccus epiſcopus ab Ieropoli opto vos in Domino bene valere.
Syſimius epiſcopus a Perge opto vos in Domino bene valere.
Diogenes epiſcopus... opto vos in Domino bene valere.
Creſconius epiſcopus... opto vos in Domino bene valere.
Neſtorius epiſcopus... opto vos in Domino bene valere.
Emmonius epiſcopus... opto vos in Domino bene valere.
Eugenius epiſcopus... opto vos in Domino bene valere.
Antonius epiſcopus a Guſia opto vos in Domino bene valere.
Demophilus epiſcopus ab Cooe opto vos in Domino bene valere.
Euticius epiſcopus a Philippopoli opto vos in Domino bene valere.
Seuerus epiſcopus a Cabula opto vos in Domino bene valere.
Timotheus epiſcopus ab Anquilo opto vos in Domino bene valere.
Valens epiſcopus a Murſa opto vos in Domino bene valere.

Explicit decretum Synodi orientalium apud Sardicam epiſcoporum a parte Arianorum, quod miſerunt in Africam.

NOTA.

Hæc eſt illa epiſtola ad Donatum Carthaginenſem ſchiſmaticum ſcripta, vt (quia audiuerant Gratum cum 30. Africanis orthodoxis Synodo interfuiſſe) ſchiſmaticos ſibi conciliarent. Ex hac cum Creſconius Donatiſta probare niteretur ipſos cum orientalibus communione coniunctos fuiſſe, iure in illum S. Auguſtinus lib. 3. cap. 34. retorquet, Concilium illud ex Arianis collectum fuiſſe.

ANNO CHRISTI 348.

[a]CONCILIVM [b]CARTHAGINENSE [c]PRIMVM, [d]TEMPORE IVLII PRIMI PAPÆ.

Est vero prouinciale, probatum a Leone IV. dist. 20. c. de libellis.

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *Vt baptismum in Trinitate susceptum non iteretur.*

II. *De martyrum sepulcris & honorificentia.*

III. *Vt clerici & sanctimoniales feminæ cum extraneis viris vel feminis non habitent.*

IV. *Vt clerici cum viduis vel aliis extraneis personis non commorentur.*

V. *Vt clerici vel laici in alterius ecclesia non ordinentur.*

VI. *Vt clerici actus secularium, vel procurationes non suscipiant.*

VII. *Vt clerici vel laici in ecclesia aliena non communicent sine literis sui episcopi.*

VIII. *Vt implicati negotiis alienis ante redditam rationem clerici non ordinentur.*

IX. *Vt laici clericos actores, vel ratiocinatores sibi non constituant.*

X. *Ne episcopus alterius episcopi plebes vel fines vsurpet.*

XI. *De clericis contumacibus, & de numero iudicantium presbyterorum & diaconorum.*

XII. *Vt pacta inter episcopos inita custodiantur.*

XIII. *Vt non liceat clericis fenerari.*

XIV. *Vt laici contemptores Canonum excommunicentur, clerici vero honore priuentur.*

CONCILII PRIMI CARTHAGINENSIS exordium.

CVM [e] Gratus episcopus Carthaginensis in Concilio vna cum collegis suis consedisset, & qui ex diuersis prouinciis Africanis ad Carthaginem conuenerunt, Felice * Baianensi, Fortunatiano Raptano, Crescente Vagensi, Vindiciano Lacobricensi, Abundantio Adrumetino, Priuato Vegesilitano, Gaudentio * Tusdritano, Patricio * Sincensi, Quieto Vticensi, Rumulo Tebestensi,

* Bizacenensi.

* Tuttitano, * Setiensi, * Simittuensi.

& ceteris, quorum manus continentur, idem Gratus episcopus dixit: Gratias Deo omnipotenti & Christo Iesu, [f] qui dedit malis schismatibus finem, & respexit ecclesiam suam, vt in eius gremium erigeret vniuersa membra dispersa, qui imperauit [g] religiosissimo Constantino imperatori, vt votum gereret vnitatis, & [h] mitteret ministros sancti operis famulos Dei Paulum & Macarium. Dei ergo nutu congregati ad vnitatem, vt per diuersas prouincias Concilia celebremus, & vniuersæ prouinciæ Africæ hodierna die, Concilium gratia Dei Carthaginem veniret, vnde considerantibus vobis cum mea mediocritate tractentur tituli necessarii, de quibus necesse est, nos, memores præceptorum diuinorum & magisterii diuinarum scripturarum, contemplantes vnitatis tempus, id de singulis definire, quod nec Carthago vigorem legis infringat, nec tamen tempore vnitatis aliquid durissimum statuamus. ANNO CHRISTI 348.

I.

[i] Ergo, si vobis placet, considerabimus primum titulum rebaptizationis. Vnde sanctitatem vestram postulo, vt mentis vestræ placita producatis ad descendentem in aquam, & interrogatum in Trinitate secundum euangelii fidem & apostolorum doctrinam, & confessum bonam conscientiam in Deum, de resurrectione Iesu Christi, si liceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum intingi. Vniuersi episcopi dixerunt: Absit absit. Illicitas esse sancimus rebaptizationes, & satis esse alienum a sincera fide & catholica disciplina. Gratus

ANNO CHRISTI 348. epiſcopus dixit: Magna beatitudo a Deo patre per Dominum Chriſtum conceſſa eſt tempore noſtro, vt liceat religioſis mentibus inſinuare eccleſiaſticam diſciplinam, vt auditores percipientes regulam rectam, & Deo placentem, præmia multorum bonorum percipiant, vt in ipſis Deus in omnibus & pro omnibus honoretur. Diſcuſſus eſt titulus neceſſarius rebaptizationis, in quo plus ſchiſmatis rabies deliteſcebat, & habita moderatione, legis vigore & auctoritate fides cuſtodita eſt. Illud ſane ſapientiſſimis veſtris ſenſibus inſinuare contendo, licet veſtra prudentia ſit inſtructa a Deo, & mereatur in pace & vnitate conſequi deſuper munera larga; tamen & ego vnus ex vobis, & qui parem vobiſcum ſolicitudinem gero, propter eccleſiaſticum ordinem illud inſinuare curabo.

II.

[k] Martyrum dignitatem nemo profanus infamet, neque ad paſſiua corpora, quæ ſepulturæ tantum propter miſericordiam eccleſiaſticam, commendari mandatum eſt, redigat, vt aut inſania præcipitatos, aut aliquo tali pacto, aut alia ratione peccati * diſiunctos, non ratione vel tempore competenti, quo martyria celebrentur, martyrum nomine appellet. At ſi quis ad iniuriam martyrum, claritati eorum adiungat infamiam, placet eos, ſi laici ſint, ad pœnitentiam redigi. Si autem ſunt clerici, poſt commonitionem, & poſt cognitionem, honore priuari. Vniuerſi dixerunt: Recte * ſtabilit ſanctitas veſtra. Hoc & ſingulis Conciliis ſtatutum eſt.

*diſcreto,

*ſtatuit

III.

ANNO CHRISTI 348.

Gratus episcopus dixit: Et illud præcipue, si videtur vestræ dilectioni, cauendum est, vt pastoris cura, quantum debet & potest regularis prouidentia, præmoneat, vt nullis liceat, ab affectu abstinentibus carnali, apud extraneas pariter commorari. Occasiones enim amputandæ sunt peccatorum, & tollendæ omnes suspiciones, quibus subtilitas diaboli, sub prætextu caritatis & dilectionis, incautas animas vel ignaras irretire consueuit. Nullus igitur, nullaque sanctimoniæ & virginitati deseruiens, propter blasphemiam ecclesiæ, si vobis placet, in vna domo cum extraneis penitus commorari debent. Vniuersi dixerunt: Qui nolunt nubere, & pudicitiæ meliorem eligunt partem, hæc vitare debent. Et non solum non habitare simul, sed nec habere ad se aliquem accessum. Hoc ergo & lex iubet, & sanctitas vestra commendat, vt in singulis Conciliis statutum est. Gratus episcopus dixit: Ergo persuasio interdum prudentes solet arcere a peccatis, dum imprudentes debet metus huiuscemodi constringere, si sanum consilium respuunt, & salutare mandatum. Si ergo laici sunt, post commonitionem, si contempserint, a communione separentur. Vniuersi dixerunt: Placet.

In Concil. Arelaten. 2. cap. 3. Et in Nicæ. cap. 3. Et in Eliber. c. 27.

IV.

Gratus episcopus dixit: Etsi infinita sunt, quæ lege præscripta, proficientia sunt disciplinæ, & vnusquisque nostrum tractatu assiduo & commonitione frequenti, per singulas quasque species proficientes ad disciplinam, poterit populos inuitare;

tamen

ANNO CHRISTI 348. tamen aliqua ex eis propter blasphemias suggerenda sunt a nobis, & in Concilio statuenda. Si videtur vobis, pari sententia teneantur etiam hi, qui cum viduis commorantur, & nulla secum germanitate coniuncti sunt. Vniuersi dixerunt: Iuxta viduos & viduas eadem lex maneat, & sententia.

V.

Priuatus episcopus Vegesselitanus dixit: Suggero sanctitati vestræ, vt statuatis, non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum vsurpare sibi de plebe aliena, vt eum ordinet sine conscientia eius episcopi, de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit: Hæc obseruantia pacem custodit. Nam & memini, in sanctissimo Concilio Sardicensi statutum, vt nemo alterius plebis hominem vsurpet. Sed si forte erit necessarius, petat a collega suo, & per consensum habeat. Cap. 16. 18. 19.

VI.

Necasius episcopus Culusitanus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati vestræ, & displicere vobis, vt qui seruiunt Deo, & annexi sunt clero, *non accedant ad actus seu administrationem vel procurationem domorum. Gratus episcopus dixit: Et apostolorum statuta sunt, quæ dicũt: *Nemo militans Deo, ingerit se negotiis sæcularibus*. Proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum. Vniuersi dixerunt: Hoc obseruemus. 21. q. 3. Credo. *concurrant ad actiones in Can. 2. Tim. 2.

VII.

Casianus Vsulensis episcopus dixit: Statuat gra-

uitas veſtra, vt vnuſquiſque clericus vel laicus non communicet in aliena plebe, ſine literis epiſcopi ſui. Gratus epiſcopus dixit: Niſi hoc obſeruatum fuerit, communio fiet *paſſiua. Nam ſi cum literis receptus fuerit, & concordia inter epiſcopos ſeruatur, & nemo ſubtilis, alterius fugiens communionem, ad alterum latenter accedit. Vniuerſi dixerunt: Omnibus prouides, & clero & laicis conſulis. ANNO CHRISTI 348. *ſer. paſſim.

VIII.

distin. 54. Magnus epiſcopus.

Magnus epiſcopus Aſtyagenſis dixit: Quid dilectioni veſtræ videtur? Procuratores,* & actores, etiam per ſe tutores pupillorum, ſi debeant ordinari? Gratus epiſcopus dixit: Si poſt depoſita vniuerſa & reddita ratiocinia, actus vitæ ipſorum fuerint probati in omnibus, debent & cum laude, cleri (ſi poſtulati fuerint) honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum, ab aliquo ſine conſideratione fuerint ordinati, eccleſia infamatur. Vniuerſi dixerunt: Recte omnia ſtatuit ſanctitas tua. Ideoque ita eſt & noſtra iſta quoque ſententia. *actores, tutores etiam & executores ſeu curatores.

IX.

Metus Caunenſis epiſcopus dixit: Recte ſtatutum eſt, vt obnoxii alienis negotiis non ordinentur. Tamen dimiſſi, & gratias referre debent, & a clericorum iniuria temperare. Et ipſis non liceat, clericos noſtros eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus epiſcopus dixit: Nulli dubium eſt, quod omnes vel domini, vel procuratores, vel quicumque præſunt, cum audierunt ſaluberrima inſtituta Concilii, & ſibi eſſe conſultum, nec impedi-

ANNO CHRISTI 348. tum, propriam debebunt temperare iniuriam in clericis noſtris. Quod ſi iniuria conſtitutionis imperatoriæ clericos inquietandos putauerint, ſi defenſio eccleſiaſtica nos non deridet, pudor publicus vindicabitur. Vniuerſi dixerunt: Saluberrimæ profeſſiones debuerunt a tanto concedi Concilio.

X.

* Byzacenenſ. Felix epiſcopus * Baianenſis dixit: Nullus debet collegæ ſuo facere iniuriam. Multi enim tranſcendunt ſua, & vſurpant aliena, ipſis inuitis. Gratus epiſcopus dixit: Auaritiæ cupiditatem, radicem omnium malorum eſſe, nemo eſt qui dubitet. Proinde inhibendum eſt, ne quis alienos fines vſurpet, aut tranſcendat epiſcopum collegam ſuum, aut vſurpet alterius plebes, ſine eius petitu, quia inde cetera mala omnia generantur. Vniuerſi dixerunt: Placet placet. 1. Tim. 6.

XI.

* Chuſitanus Elpidophorus * Cuizitanus epiſcopus dixit: [m] Statuat ſanctitas veſtra, vt clerici, qui ſuperbi vel contumaces ſunt, coerceantur, vt qui minores maioribus irrogauerunt iniurias, metum habeant. Gratus epiſcopus dixit: Manifeſtum eſt illum non eſſe Dei, qui humilitatem contemnit, ſed diaboli, qui ſuperbiæ inuentor & princeps eſt. Vnde ſi quis tumidus vel contumelioſus extiterit in maiorem natu, vel aliquam cauſam habuerit, a tribus vicinis epiſcopis, ſi diaconus eſt, arguatur: presbyter, a ſex: ſi epiſcopus, a duodecim conſacerdotibus audiatur. Vniuerſi dixerunt epiſcopi: Contemptus debet contumaciæ & ſuperbiæ in omnibus Iob. 41. v. 25. q. 7. Si quis tumidus.

frangi, cauſa vero pro perſonis a ſtatuto numero audiatur. ANNO CHRISTI 348.

XII.

Antigonus epiſcopus Madurenſis dixit: Grauem iniuriam patior, & credo dolere ſanctitatem veſtram contumeliam meam, & computare communem iniuriam. * Optantius, cum ſe repræſentaret, pactum mecum habuit, & diuiſimus plebes. Manuſcriptiones noſtræ tenentur epittacia. Contra hoc pactum circuit plebes mihi attributas, & vſurpat populos, vt illum patrem, me vitricum nominent. Gratus epiſcopus dixit: Factum hoc dolendum eſt, vt in ſe illiciat populorum imperitorum animas contra diſciplinam, contra euangelicam traditionem, contra pacis placita. Nam ſi ſibi id poſſe contingere arbitraretur, nunquam profecto in fratrem aliquis deliquiſſet. Vnde, aut inita pacta ſuam obtineant firmitatem, aut conuentus, ſi ſe non cohibuerit, eccleſiaſticam ſentiat diſciplinam. Vniuerſi dixerunt: Pax ſeruetur, pacta cuſtodiantur. * Optatianus,

XIII.

In 2. Arelatenſ. Concil. cap. 14. Et in 1. Arelatenſ. c. 12.

Abundantius epiſcopus Adrumetinus dixit: In noſtro Concilio ſtatutum eſt, vt non liceat clericis fenerari. Quod ſi & ſanctitati tuæ & huic Concilio videatur, præſenti placito deſignetur. Gratus epiſcopus dixit: Nouellæ ſuggeſtiones, quæ vel obſcuræ ſunt, vel ſub genere latent, inſpectæ a nobis, formam accipient. Ceterum, de quibus apertiſſime diuina ſcriptura ſanxit, non differenda ſententia eſt, ſed potius exequenda. Proinde quod in

ANNO CHRISTI 348. laicis reprehenditur, id multo magis in clericis oportet prædamnari. Vniuersi dixerunt: Nemo contra prophetas, nemo contra euangelia facit sine periculo.

XIV.

Gratus episcopus dixit: Iuxta statuta Concilii & meæ mediocritatis sententiam, placet facere rerum omnium conclusionem. Vniuersi tituli designati & digesti, teneant sententias suas. Sane credo vos retinere, multis Conciliis a patribus nostris & traditionem temerariam esse damnatam, & rebaptizationis impietatem esse puniendam: quas res etiam nostro Concilio credo iam terminum accepisse. Reliqua vero, quæ vel facta, vel dicta, superius comprehensa sunt, vel *aliis Conciliis conscripta, quæ secundum legem inueniuntur, custodire nos oportet. Si quis vero statuta supergressus corruperit, vel pro nihilo habēda putauerit, si laicus est, communione; si clericus est, honore priuetur. Vniuersi dixerunt: Placet placet. Gratus episcopus dixit: Supereſt iam, vt placita omnium *nostrorum, quæ ad consensum vestrum sunt scripta, vestra quoque subscriptione firmetis. Vniuersi dixerunt: Et consensisse nos, Concilii huius scripta testantur, & subscriptione nostra consensus declarabitur noster. Et subscripserunt.

*ab aliis conscripta,

*nostrū,

NOTÆ.

[a] *Concilium.*] Africana illa legatio Constantis imperatoris, qua Paulum & Macarium, ad conciliandam Africanam ecclesiam, schismate Donatistarum conuulsam, in Africam ablegauit, huic Concilio celebrando occasionem dedit, hoc modo: Post absolutum Sardicense Concilium, Gratus Carthaginensis episcopus catholicus cum triginta Africanis collegis episcopis in Africam reuersurus, Causa Concilii.

ANNO CHRISTI 348.

Donati duo. Africanam ecclesiam proscindunt.

Circumcelliones qui fuerint, & cur sic dicti.

Donatistarum Circumcelliones scelera.

Paulus & Macarius in Africam ablegantur.

Quo fine.

Legati in Africa quid

Donatus Carthaginensis qua ratione legationem impedire conatus.

Donatus Bagaiensis per Circũcelliones legationem impedire conatus est frustra. Circumcelliones Donati fugantur. Donatus Carthaginensis captus, vrbe expellitur.

Constanti imperatori religionis, pacis & concordiæ amantissimo, statum Africanæ ecclesiæ exponit, quod duo Donati, alter Carthaginensis, alter Bagaiensis, episcopi schismatici, homines factiosissimi diro & implacabili schismate tempore Diocletiani exorto, Africanam ecclesiam proscidissent, & grauissime etiamnum inquietarent; quodque per Circumcelliones sectæ suæ defensores, præfectis prouinciarum resistere auderent, per nundinas, villas, vicosque circumuagantes, sese publicæ iustitiæ vindices iactitarent, eoque prætextu seruos ad pileum vocarent, oppressos ære alieno a creditoribus liberarent, minacibus literis ad eos scriptis mortem minantes, nisi eorum debita expungerent, atque chirographa, quibus adstricti tenebantur, delerent. Addidit, quantumuis schismatis auctores præ nimia pertinacia omnes pacis conditiones repudiarent, populum tamen oblatis concordiæ, pacis & vnionis conditionibus facile consensurum, si modo legati ab imperatore missi, collatis beneficiis eumdem ad vnitatem amplectendam prouocauerint. Tandem a Constante imperatore obnixe admodum petiuit, vt memor paterni affectus in rem Christianam, Africanæ ecclesiæ grauissimis calamitatibus exagitatæ, suo subsidio succurrere non dedignaretur. Imperator iustæ petitioni libenter annuens, Paulum & Macarium viros ex multis aliis amplissimis maximeque piis selectissimos, in Africam ablegat, hac conditione, vt munificentiam imperatoris ad pauperum omnium inopiam subleuandam exterius prætendentes, populum collatis beneficiis & muneribus deinctum, & ab imbuta ferocia auocatum, ad ineundam cum fratribus concordiam prouocent & inducant. Legati (quos vnitatis operarios Optatus appellat) in Africam profecti, commissæ legationis officium fideliter exequuntur. Principio ipsos Donatistarum episcopos ad concordiam inuitarunt, qui non modo non consenserunt, sed potius magno conatu iisdem pro viribus resistere tentarunt. Carthaginensis enim Donatus contumeliis imperatori illatis, per totam Africam ad homines suæ partis (ita suæ factionis sectarios Donatistas nominabat) nuntios præcursores præmisit, qui ad piam hanc sanctamque vnitatem impediendam, monerent, ne oblatam ab imperatore eleemosynam acciperẽt: siquidem nefas foret & illicitum, a peccatoribus (quales essent Constans imperator eiusque legati, ideo quod a sua parte alienæ communicationis essent) eleemosynam accipere. alter vero Bagaiensis Donatus armatis Circumcellionibus resistere obnisus, causam dedit, vt legati ad vim & iniuriam, si quam Circumcelliones inferre conarẽtur, propulsandam, & ad thesauros, quos pauperibus erogarent, defendendos, a Siluestro comite milites armatos postularent: e quorum numero duo pluresve a Circumcellionibus vexati, iniuriam sibi illatam apud alios deponentes, eos omnes commouerunt, vt turbam Circumcellionum, ipsis etiam præpositis reluctantibus, aggrederentur, atque ex iis quosdam occiderent, ceteros autem fere omnes cum Donatistis clericis fugarẽt. Hac occasione Donatus Carthaginensis episcopus schisma-

ANNO CHRISTI 348.

ticus, cum aliis quibusdam captus, velut malorum omnium fons & auctor iure relegatus, & ab vrbe expulsus fuit, vtinam per Iulianum apostatam nunquam restitutus. Ita legatio hæc, etsi non in ipsis episcopis Donatistarum, saltem in populo optatum finem consecuta, occasionem præbuit catholicæ ecclesiæ in Africa episcopis, vt post schismaticos episcopos exturbatos, post plebem catholicæ ecclesiæ vnitati ac communioni restitutam, Concilio indicto conuenirent, Deo gratias agerent, quæque ab iisdem schismaticis in Christiana disciplina corrupta fuerant, restituere ac reformare laborarent. Hæc ex Optati Mileuitani lib. 3. Baron. anno. 348. num. 16. & seqq. Legationis effectus quis.

[b] *Carthaginense.*] Carthago a Didone, vt testatur Eusebius, condita, Africæ quondam caput, & Romani imperii æmula, tantæ olim potentiæ fuit, vt Polybio & Strabone auctoribus, tota Africa cultiore potiretur. A Romanis funditus euersa, postea a D. Cæsare restaurata, Romanorum colonia facta est. Plin. lib. 5. cap. 4. Ptol. lib. 4. cap. 8. Eius vrbis hodie præter ruinas nihil amplius extat. Hadrianum imperatorem eam *Hadrianopolim* nominasse, Spartianus ait. *Alexandriam Commodianam togatam* ab imperatore Commodo ridicule nominatam fuisse, scribit Lampridius. Auctore Balsamone *Iustiniana* nuncupata fuit, a Iustiniano imperatore, quod eam imperio Romanorum restituerit. *Tharsin* in sacris Bibliis dici, ex Suida & Eustathio, Hermolaus aliique plures testantur. Incolas huius vrbis *Pœnos*, & regionem *Punicam* vocant auctores. Vide Abrahami Ortelii thesaurum geographicum. Carthago vrbs.

[c] *Primum.*] Hoc Concilium appellatur primum, non quod nullum aliud Concilium Carthagine ante hæc tempora celebratum fuerit, cum ne quidem sub ethnicis imperatoribus, & persecutoribus ecclesiæ, Carthagine Concilia celebrari desierint, vt supra patet: sed quia inter orthodoxa & approbata Concilia Carthagine habita, ea quæ etiamnum extant, primum sit & antiquissimum hoc Carthaginense Concilium, post exturbatos schismaticos in Africa celebratum. Baron. anno 347. num. 42. Cur primum Concilium hoc appellatum sit.

[d] *Tempore Iulii.*] Anno nimirum pontificatus ipsius 12. vel 13. qui est Christi 348. vel 349. Constantis 12. vel 13. Hanc Synodum post Sardicense Concilium celebratam fuisse, euidentissime colligitur ex cap. 5. Carth. I. vbi Sardicensis ante habiti mentio fit nominatim. Ante Constantis imperatoris necem, quæ contigit anno Christi 350. qui est Iulii & Constantis 14. habitam fuisse, Africana legatio manifestissime indicat. Tempore igitur intermedio, quod inter Concilium Sardicense an. Christi 347. Iulii & Constantis 11. celebratum, atque inter obitum Constantis anno Christi 350. Iulii 14. occisi, intermedium est, hanc Synodum congregatam fuisse oportuit, anno nimirum Christi, pontificis & imperatoris eodem, quo supra dixi. Tempus Concilii.

[e] *Gratus episcopus Carthaginensis.*] Hic est ille Rufi successor, qui non tantum Sardicensi, sed etiam Romano Concilio I. sub Iulio Romæ celebrato interfuit. Gratus episcopus quis?

ANNO CHRISTI 348.

[f] *Qui dedit malis schismatibus finem.*] Circumcellionibus occisis aut fugatis, schismaticis omnibus in exilium relegatis, occasione qua dixi supra.

Emendatur lectio actorum huius Concilii.

[g] *Religiosissimo Constantino imperatori.*] Constanti legendum esse, putat illustrissimus cardinalis Baron. an. 348. num. 43. tum quod Constantinus concordiam & vnitatem Africanæ ecclesiæ frequenter quidem tentarit, nihil autem effecerit, vt ex Romano sub Melchiade, & I. Arelatensi sub Silvestro habitis desuper Conciliis, diximus in notis ibidem: tum etiam, quod legatio Macarii eius collegæ, ipsaque Macariana tempora, sub Constante Augusto contigisse, Optatus & Augustinus inculcent.

Legatio imperatoris Africana.

[h] *Mitteret ministros sancti operis famulos Dei Paulum & Macarium.*] Insinuatur illa legatio, qua Macarius cum collega Paulo ad petitionem Grati Carthaginensis episcopi, iussu Constantis imperatoris ablegatus fuit in Africam, vt erogatis munificentissime imperatoris muneribus & eleemosynis, si non ipsos episcopos, saltem populum schismaticum ad vnitatem ecclesiæ redintegrandam commouerent. Quæ, qualis, quemve effectum sortita fuerit, supra diximus. A Macario legatorum altero *tempora illa Macariana*, quorum frequens mentio fit apud Optatum & S. Augustinum, denominata fuerunt, suumque exordium hinc acceperunt. Baron. num. 16. ann. 348.

Macariana tempora quæ.

Cap. 1. Anabaptismus damnatur.

[i] *Ergo si vobis placet.*] Occasione Donatistarum, baptizatos a catholicis iterato baptizantium, diuino iuri conuenienter, vt supra in notis apost. Canonum, atque alibi sæpe diximus, anabaptismus omnium sententia hoc Canone damnatus fuit.

Cap 2. Donatistæ vt martyres habeantur, seipsos interficiunt.

[k] *Martyrum dignitatem.*] Donatistarum opera execrandum illud atque nefandum scelus inter ipsos schismaticos coaluerat, vt gloria martyrum illecti, seipsos præcipitio necarent, mortemque voluntariam vel ipsi oppeterent, vel conductis sui interfectoribus sibiipsis inferri procurarent, ideo sane vt apud suæ sectæ homines titulo martyrum & honore illis congruo frequentarentur. *Ex ipso genere fuerunt*, inquit Optatus lib. 3. *qui sibi percussores sub cupiditate falsi martyrii in suam perniciem conducebant: inde etiam illi qui ex altorum montium cacuminibus, viles animas proiicientes, sese præcipites dabant.* Quo facto cum nihil pernicioſius reip. Christianæ accidere posset, ne voluntarium suiipsius homicidium deinceps impune committatur, hac sanctione hoc scelus patrantibus tam laicis quam clericis grauissima pœna merito indicta fuit.

Cap. 3. & 4. Mulierum suspecta cohabitatio ecclesiasticis interdicta.

His duobus Canonibus, cælibem vitam profitentibus suspecta mulierum cohabitatio interdicitur, quæ Elib. Arelatensis I. & Nicæni Concilii decretis iam ante prohibita fuit. Vide notas eorumdem Conciliorum, & Can. apost. 6.

Cap. 6. & 8.

[l] *Aut clerici sine actionibus domorum*, &c.] Vide quæ diximus supra in notis ad Can. apost. 39. epist. Alex. 1. verbo *actores*. item notas Conc. Africani I. sub Stephano.

[m] *Statuat sanctitas vestra, vt clerici qui superbi vel contumaces sunt,*

ANNO CHRISTI 347. *sunt*, &c.] Hæc occasione Donati Carthaginensis episcopi schismatici statuta videntur, cuius tanta fuit superbia, vt non tantum præfectos, ipsumque imperatorem graui contumelia affecerit, in munificentiam imperatoris instar Iudæ infremuerit, munera illius quasi a peccatore oblata forent, acceptari noluerit, verum etiam per suum ipsius nomen, tamquam per numen aliquod iurare docuerit, seque vni Deo æqualem comparandum esse existimauerit. *Hoc modo*, inquit Optatus, *exaltatum est cor eius, vt sibi iam non homo, sed Deus fuisse videretur.* Item alibi: *Dum se Donatus super imperatorem extollit, iam quasi hominum excesserat metas, vt se vt Deum, non hominem æstimaret.* Et infra: *Deinde cum ante ipsius superbiam omnes, qui in Christum crediderant, Christiani vocarentur, ausus est populum cum Deo diuidere, vt qui illum secuti sunt, iam non Christiani vocarentur, sed Donatistæ: & si quando ad eum aliqui ex Africana prouincia veniebant, illico ad singulos quosque venientes, hæc illius erant verba: Quid apud vos agitur de parte mea?* &c. *& in iudiciis publicis interrogati, singuli sic apud acta locuti sunt, vt dicerent se de parte esse Donati, de Christo tacuerint.* Hæc Optatus lib. 3. contra Parm.

Donati horribilis superbia.

Donatus se Deo comparauit.

[a]MEDIOLANENSE [b]CONCILIVM II.

SVB IVLIO I.

NOTÆ.

ANNO CHRISTI 350. [a] *Mediolanense.*] Mediolanum metropolis Insubrum, vulgo *Milano*, vrbs potentiæ & dignitatis eximiæ, quæ ob præstantem loci commoditatem imperatorum Romanorum sedes plerumque fuit. Barnabæ apostolo primo huius vrbis episcopo post alios, clarissimum lumen ecclesiæ S. Ambrosius successit. Ob vrbis dignitatem posteri antistites regem Romanorum coronandi priuilegium adepti fuisse putantur. Tempore Gratiani Cæsaris res Mediolanenses ingenti incremento auctæ fuerunt. Nam quingentis & amplius annis neque ab externo hoste, neque intestino bello Insubres vexati fuere. Durauit illa felicitas vsque ad S. Ambrosii tempora, quibus Ariana hæresis maximis calamitatibus hanc vrbem affecit. Deinde Attila in Italiã ingressus, Mediolanum diruit. Instauratum aliquantulum quieuit. Mox a Longobardis maximis agitatur molestiis. Quibus a Carolo Magno domitis, annos trecentos & sexaginta floruit. Deinde vero Fredericus Barbarossa vrbem hanc solo adæquauit. Cuius incolæ tandem Parmensium & Placentinorum ope, tanto animorum ardore patriam restaurarunt, vt multo quam ante ditior, potentior frequentiorque extiterit. Hæc ex theatro Braunii.

Mediolanum qualis vrbs.

[b] *Concilium.*] Anno Christi 350. cum adhuc Constans imperator in humanis esset, Mediolani episcoporum celebris Conuentus agebatur, cui cum pluribus aliis episcopis Romanæ ecclesiæ presbyteri

Tempus & locus Concilii.

ANNO CHRISTI 350.

Valens & Vrſacius oblato libello pœnitentiam egerunt.

interfuerunt. Hoc Conuentu Vrſacius & Valens, quaſi a ſua ipſorum conſcientia flagellati, præmiſſis ad Athanaſium literis pacificis & communicatoriis, pœnitentiam egerunt, confitentes omnia, quæ vel dixiſſent, vel feciſſent contra Athanaſium, falſa eſſe, & nihil aliud quam calumniam. Neque id ſimpliciter egerunt, ſed ita vt Arianam fidem anathemate execrarentur, ſuamque pœnitentiam ſcripto promulgarent. Quod negotium cum grauius eſſet, quam vt hoc Mediolanenſi Conuentu, licet eidem Romanæ eccleſiæ presbyteri intereſſent, abſoluere liceret, neve contra antiquum eccleſiæ catholicæ morem, alibi quam Romæ, coram ipſo pontifice, hæreſiarchæ hæreſin ſuam abiuraturi ad communionem eccleſiæ reciperentur; eoſdem ad Iulium Romanum pontificem miſerunt, vt coram ipſo poſt oblatum pœnitentiæ ſuæ libellum, de quo infra, vniuerſa Romana eccleſia ſpectante, exomologeſin agerent. Quibus peractis non tantum venia donati, & in gratiam eccleſiæque communionem recepti fuere, ſed etiam encyclicis illis literis Athanaſii pacificis & communicatoriis, quas Alexandriam reuerſus miſerat ad omnes extra Palæſtinam epiſcopos, cum multis aliis epiſcopis ſubſcripſerunt. Hæc ex epiſtola ſynodali ſanctorum patrum Ariminenſis Concilii, & ex epiſtola Oſii Cordubenſis ad Conſtantium ſcripta. Baronius anno 350. num. 18. & ſeqq.

EPISTOLA PACIFICA ET COMMVNICATORIA Vrſacii & Valentis ad Athanaſium.

Domino & fratri Athanaſio epiſcopo Vrſacius & Valens epiſcopi ſalutem.

Extat apud Athanaſiũ apolog. 2. Baron. ann. 350. n. 22.

NACTI occaſionem per fratrem & compresbyterum noſtrum Muſeum iſtuc ad tuam dilectionem euntem, care frater, eius opera admodum te ex Aquileia ſalutatum voluimus, optamuſque te ſaluum noſtras epiſtolas perlegere: cuius rei fiduciam nobis daturus es, ſi tu quoque in ſcribendo vices obſeruaris. Scire enim te volumus, pacem tibi nobiſcum eſſe, & communionem eccleſiaſticam intercedere: cuius rei fidem eſſe volumus noſtram iſtis literis inſcriptam ſalutationem. Diuina prouidentia te conſeruet, dilecte frater.

LIBELLVS POENITENTIÆ, QVEM VRSACIVS & Valens Iulio obtulerunt.

Extat apud Atha. apol. 2. Sozo. lib. 3. cap. 22. Baron. ann. 350. n. 22.

QVANDOQVIDEM ſatis conſtat, & nos ſuperioribus temporibus multa grauia de Athanaſio per epiſtolas criminatos eſſe, & tuæ humanitatis literis admonitos vt

ANNO CHRISTI 350.

crimina probaremus, nunquam earum rerum documenta afferre potuisse: Ideo confitemur tuæ humanitati coram vniuersis nostris fratribus presbyteris, omnia quæ antehac ad vestras aures de Athanasio perlata fuere, falsa & ficta esse, & omnibus modis ab eo aliena. Ac proinde recipimus eius communionem, maxime quia tua erga Deum pietas veniam secundum genuinam suam bonitatem nostro errori impartiri dignata est. Quin & hoc promittimus, nunquam, si aliquando orientales, atque adeo ipse [a] Eusebius velit malitiose eum ad iudicium vocare, nos citra tuam sententiam eo abituros. Hæreticum porro Arium, eiusque propugnatores, qui dicunt; Erat, quando non erat Filius; aut eum ex non ente ad essentiam emersisse; aut qui neget Christum Deum esse Dei Filium ante sæcula, quemadmodum in priore nostro libello Mediolani edidimus, & nunc & semper anathemate damnamus. Nostraque manu denuo protestamur, nos Arianam hæresin eiusque auctores in æternum damnare. Ego Vrsacius, cum præsens meæ confessioni interessem, subscripsi: quod itidem & Valens fecit.

NOTA.

[a] *Eusebius.*] In libello Vrsacii & Valentis, quem recitat Sozomenus lib. 3. cap. 22. de Eusebio nulla mentio habetur, & recte: nemo enim illorum Eusebiorum, Cæsarienſis, Nicomedienſis atque Emiseni, superstes erat, qui longe ante pœnitentiam Vrsacii & Valentis defuncti fuerunt. Vnde nomen Eusebii apud Athanasium irrepsisse videtur.

[a] HIEROSOLYMITANVM [b] CONCILIVM.

NOTÆ.

[a] *Hierosolymitanum.*] Hierosolyma, ante memorabile sui excidium, bis millesimo centesimo septuagesimo septimo anno, a Melchisedec Chananæo & gentili rege & pontifice extructa, olim Salem, postea Iebus, deinde composito nomine Iebusalem, ac demum melioris soni gratia, Ierusalem appellata fuit: Ioseph. 1. & 7. antiquit. Pererius in Genes. cap. 14. num. 66. & 67. Titus Vespasiani filius, anno Christi 72. octauo die Septembris captam, post templum toto orbe celeberrimum decima Augusti incensum, eam fun-

Hierosolyma.

Ierusalem vnde dicta.

Titus quando vrbem euerterit.

ANNO CHRISTI 350.

ditus euertit, ideo sane quod horrendum & maxime omnium execrandum facinus admisissent, quo Christum Dei filium a patre missum, tot oraculis prophetarum testatum, plurimis miraculis illustratum & testimoniis declaratum, ante annos trigintaocto, turpissimo mortis genere iniquissime & immanissime occidissent. Hadrianus ex Asia in Syriam veniens, desolatam vrbem, monte Caluariæ mœnibus incluso, instaurari, eamque cum Iudæis peregrinos & alienigenas incolere & inhabitare permisit. Qui externa sacra cum externorum deorum imaginibus in vrbem introducentes, Iudæis post abitum Hadriani rebellandi occasionem dederunt. Hac seditione per Iudæorum oppressionem composita, Ierusalem in honorem Ælii Hadriani, Ælia dicta fuit. In fronte portæ, qua Bethlehem egressus est, sus sculptus fuit in marmore. Iudæi sic e regione pulsi, vt nec ab edito quidem loco paternum solum aspicerent. Hanc vrbem in medio totius vniuersi sitam, adeoque quasi terræ vmbilicum esse, auctoritate scripturæ Ezechielis cap. 5. hac: *Ista est Ierusalem, in medio gentium posui eam*; item psal. 73. *Operatus est Deus noster salutem in medio terræ*; affirmarunt Hieron. ibidem, Ioseph. de bello Iudaico lib. 3. cap. 2. Victorinus Pictauiensis, Georgius Braunius in theatro. Quod si auctores prædicti mathematice intelligant, verum non est. Ita enim sequeretur, quod est impossibile, Hierosolymis columnam æstiuo solstitio stantem vmbram non facere, & foret omnino necessarium Hierosolymam ponere intra zonam torridam, & tropico cancri subiicere. Hoc cum non tantum communi sententiæ geographorum, verumetiam experimentis certissimis repugnet, non immerito sane Thomas Bozius virorum primis eruditus, Bedam eumdem errorem de locis sanctis cap. 2. sectantem reprehendit. Itaque communem illam sententiam de vrbe in medio terræ sita, non male Baron. anno Christi 34. num 116. de medio terræ habitabilis aut Palæstina interpretatur. Magna celebritas vrbis est, quod eius ecclesia mater omnium ecclesiarum habita, ideoque episcopus Hierosolymitanus etsi non potestatem, honorem tamen & dignitatem patriarchalem consecutus fuerit. Vide quæ notauimus supra epist. 3. Anacleti. item Canone 7. Concilii Nicæni. Iulianus apostata, vt Iudæos contra Christianos incitaret, sibique collatis in eos beneficiis deuinciret, templum quondam magnificentissimum restaurare conatus quidem fuit, verum mirabili Dei potentia ab incepto impeditus nihil effecit. Signo crucis in aere ostenso, vestibus aspectantium impresso, omnes territi ab ædificio abstinuerunt: quidquid operis extructum fuerat, ingentior terræmotus euertit, igniſque cælo delapsus absumpsit; denique materiam ad ædificandum præparatam vehementior turbinum vis oborta plane disiecit. Gregorius Nazian. orat. 2. in Iulianum. Chrysost. hom. 4. in Matth. Ruf. lib. 1. cap. 38. & 39. Theodor. lib. 3. cap. 17. Addit Socrates, ignem cælitus demissum omnia opificum instrumenta absumpsisse.

Hadrianus a se restauratam suo nomine appellauit Æliam.

In fronte sus sculptus fuit.

An & quomodo Ierusalem in medio terræ vniuersæ sita sit.

Hierosolymitana ecclesia patriarchalis.

A templi restauratione Iulianus prodigiose deterritus.

[b] *Concilium.*] Causa Concilii Hierosolymis congregati hæc est. Athanasium iudicio Sardicensis Concilii absolutum, Aquileiæ exulan-

Causa Concilii.

ANNO CHRISTI 350.

tem, Constantius orientis imperator metu admonentis fratris inductus, ad sedem Alexandrinam tranquille possidendam pluribus literis, quas supra in notis ad 5. epistolam Iulii huic operi inseruimus, benigne admodum inuitauerat: sed accidit dum adhuc in itinere esset, vt a nefando crudelique tyranno Magnentio Constans imperator orthodoxæ fidei columna, exulumque episcoporum magnus defensor ac patronus innocentissime occideretur, & quod cum Athanasio epistola synodalis ait, *sanctissimus ille vir martyrium assecutus, ex hominibus in requiem sibi debitam transferretur.* qua occasione Ariani nouam calumniam in Athanasium commenti, quasi ad Magnentium tyrannum aduersus Constantium literas scripsisset, eum a reditu & ingressu vrbis, minando & terrendo prohibere conati fuerunt: verum post fraudem ac malitiam eorum cognitam, acceptis denuo ab imperatore literis, quas supra recitauimus in notis ad 5. epist. Iulii, bene animatus Hierosolymam vsque progreditur. Quo cum venisset, Maximus Hierosolymitanus episcopus ibidem Synodum coegit, in qua episcopi illi, qui olim sententiæ in Athanasium subscripserant, delictum suum detestati atque confessi, eam quam postularunt communionem & reconciliationem præsentis Athanasii impetrarunt. Hæc ex Athanasii apologia 2. & ex synodali epistola quam infra subiungimus. Baron. an. 350. n. 1. vsque ad 15.

Constans imperator catholicus occisus quando & a quo.

Acta Concilii.

EPISTOLA SYNODICA HIEROSOLYMITANI CONCILII ad Alexandrinos scripta.

Extat apud Athanasiũ, apol. 2. Bar. num. 14. anno 350.

Sancta Synodus Hierosolymitana omnibus sacrorum in Africa & in Aegypto comministris nostris, presbyteris item Alexandrinis, diaconis, populoque, dilectissimis fratribus in Christo salutem.

PRO dignitate rerum omnium Domino gratias agere non sufficimus de miraculis quæ vbique, & potissimum erga vestram ecclesiam operatur, cum vobis restituat pastorem vestrum & dominum comministrum nostrum Athanasium. Quis enim sperauit vnquam ea se oculis visurum, quæ nunc re ipsa experimini? Certe preces vestræ exauditæ sunt ab omnium rerum Domino, qui pro tanta ecclesia curam gerit, vestrasque lacrymas & lamentationes intuetur, ac proinde vestras obsecrationes ratas voluit. Eratis tamquam oues abiectæ, dissipataq; sine pastore: propterea ad vos cælitus respexit verus pastor ouium suarum mire solicitus, eumque vobis restituit, quem desiderabatis. Ecce enim nos omnia pro ecclesiastica pace agentes, & cum vestra dilectione conspirantes,

priores illum complexi ſumus, & communione cum eo inita, has ſalutationes vobis mittimus, & hæc noſtra gratulantia vota; vt cognoſcatis, nos copula communionis illi coniunctos eſſe. Veſtrum autem eſt pro pietate religioſiſſimorum imperatorum orare: qui & ipſi in gratiam veſtri deſiderii, illiuſque innocentiæ, quam iam cognitam habent, eum cum omni honore reſtituere voluerunt. Pronis igitur manibus eum excipientes, gratulatorias preces (vt par eſt) Deo qui hæc tribuit, offerre ſtudete, vt ſemper in Deo gaudeatis, & glorificetis Deum in Ieſu Chriſto Domino noſtro, per quem patri ſuo gloria in ſæcula ſæculorum.

Anno Christi 350.

I. Sirmondus primũ hoc Vaſenſe Concilium non agnoſcit. Vide infra eius notas ad Conc. Vaſenſe II. ſub Leone I. anno 442.

[a] [b]

CONCILIVM VASENSE

SVB IVLIO I.

CAP. I.

Vt qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.

15. q. 2. qui obligationes.

QVI oblationes defunctorum retinent, & eccleſiis tradere demorantur, vt infideles, ſunt ab eccleſia reiiciendi: quia vſque ad inanitionem fidei peruenire certum eſt hanc diuinæ pietatis exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum ſuorum plenitudine, & pauperes conſolatu alimoniæ & neceſſaria ſuſtentatione fraudantur. Hi enim tales, quaſi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi ſunt. Vnde & quidam patrum hoc ſcriptis ſuis inſeuit, congruente ſententia, qua ait: amico quippiam rapere furtum eſt; eccleſiam fraudare, ſacrilegium.

Anno Christi ...

Piis legatis non ſatisfacientes excommunicandi.

ANNO CHRISTI ...

CAP. II.

Vt in omnibus Missis siue matutinis, siue quadragesimalibus, vel quæ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus *dicatur: & vt nomen papæ vrbis Romæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.*

[d] ET in omnibus Missis siue matutinis siue quadragesimalibus, siue in illis quæ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus eo ordine, quo ad Missas publicas dici debeat: quia tam dulcis & desiderabilis vox, etiam si die noctuque posset dici, fastidium non potest generare. Et hoc nobis iustum visum est, vt nomen domini papæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

Nomen papæ recitandum in ecclesia.

CAP. III.

Vt propter hæreticorum incredulitatem, post Gloria Patri, *etiam* Sicut erat in principio, *&c. semper dicatur.*

[e] ET quia non solum in sede apostolica, sed etiam per totum orientem & totam Africam vel Italiam, propter hæreticorum astutiam, qua Dei filium non semper cum Patre fuisse, sed a tempore fuisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c. dicitur, etiam & nos in vniuersis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decreuimus.

NOTÆ.

[a] *Concilium Vasense.*] Tria Vasione siue Vasatis in Gallia Narbonensi habita fuerunt Concilia. Primum sub Constantio imperatore & Nectario Viennensi, vt testatur Ado Viennensis in chronico his verbis: *Florebat*, inquit, *& tunc temporis* (nimirum quo Maximi-

Tria Vasensia Concilia. Primum quando habitum fuerit.

nus episcopus Treuirensis, cuius immediate præcedentibus verbis mentionem fecerat) *Nectarius Viennensis episcopus in doctrina fidei eximius, qui in Vasensi illa Synodo venerabili primus interfuit, & Patris & Filii & Spiritus sancti vnam esse naturam & potestatem & deitatem & virtutem in ecclesia publice prædicauit & docuit.* Secundum, sub consulatu Dioscori anno Dom. 442. qui est Leonis 3. & Theodosii 35. Tertium, sub consulatu Decii iunioris, anno nimirum Christi 463. vel quod ex subscriptione Cæsarii episcopi verius puto, circa annum Domini 524. nam ante hæc tempora, Cæsarius abbas dumtaxat non episcopus fuerat. Horum Conciliorum Canones ita confusi existunt, vt qui quotve singulorum sint, certo cognosci nequeat. Ego vero cur tres supra positos inde huc transtulerim, dicam infra in notis eorumdem Canonum. ANNO CHRISTI ...

Canones Vasensium Conciliorum confusi.

Vasio vrbs quæ & qualis.

Hoc cum reliquis duobus appellatur Vasense aut Vasionense, a Vasione, quæ est oppidum Vocontiorum in Gallia Narbonensi; cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 10. Plinius libro tertio, capite quarto; Pomponius Mela libro 2. cap. 5. Sed cur non potius pro Vasensi, Vasatense nominauerimus, a Vasatis ciuitate in Gallia Narbonensi? de qua Paulinus ad Ausonium:

Quique superba tuæ contemnis mœnia Romæ
Consul, arenosas non dedignare Vasatas.

Et Paulinus iunior in carmine eucharistico:

Exactis laribus patriis, tectisque crematis,
Obsidio hostilis vicina excepit in vrbe,
Vasatis patria maiorum ipsa meorum, &c.

Porro creditur hæc illa esse ciuitas, quæ modo vulgo dicitur *Basas*: fuisse quidem illam sedem episcopalem, Sidonius in epist. ad Basil. his verbis declarat, dum illius prouinciæ deplorat calamitatem: *Burdegala, Petrogorii, Ruteni, Lemouices, Gabalitani, Helusani, Vasates, Conuenæ, Auscenses, multoque maior numerus ciuitatum, summis sacerdotibus ipsarum morte truncatis, nec deinceps vllis episcopis in defunctorum officio suffectis.* Nos cum Baronio anno Christi 442. num. 3. hanc Synodum Vasatis celebratam esse, libentius dixerimus.

Vasense primum sub Iulio pontifice celebratũ.

[b] *Sub Iulio.*] Si quod asserit Ado Viennensis in chron. hæc Synodus celebrata est tempore Maximini Treuirensis episcopi adhuc superstitis, sub Iulio eam celebratam fuisse oportet. Paulinus enim eiusdem sedis episcopus initio pontificatus Liberii Maximino successit, ac paulo post ab Arianis relegatus, in exilio martyrio occubuit, vt infra patebit.

Cap. I. Sitne hic Canon primi an secũdi Vasensis Concilii.

[c] *Qui oblationes defunctorum.*] Hic Canon est quartus Concilii Vasensis secundi: quia vero trium Conciliorum Vasensium diuersis temporibus celebratorum Canones confusi existunt, hunc primo Concilio restituimus, ideo quod is Concil. Arelat. secundo nominatim citetur Can. 28. his verbis: *Secundum constitutionem Synodi Vasensis, qui oblationem fidelium suppresserit aut negauerit, ab ecclesia cui fraudem fecit, excludatur.* Baron. anno 314. num. 50. & 325. num. 17.

[a] *Et in*

ANNO CHRISTI 350.

[d] *Et in omnibus Missis.*] Hunc Canonem de canendo trisagio in primo Vasensi Concilio contra doctrinam Arii statutum fuisse, affirmat Baron. anno 442. in fine, ideo scilicet, vt in omnibus diuinis mysteriis laudes sanctissimæ Trinitatis occinerentur. Cap. II. Causa huius Canonis sanciti quæ.

[e] *Et quia non solum in sede apostolica.*] Cum Ariani blasphemantes dicerent, Filium a Patre in tempore factum, & fuisse tempus quando non erat: Placuit Nicæni Concilii patribus, quod etiam supra in notis eiusdem Concilii diximus, ad antiquum glorificationis hymnum hunc, *Gloria Patri & Filio*, illam appendicem adiicere, qua dicitur: *Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.* Quæ appendix cum ab hoc Vasensis Concilii Canone recepta fuerit, concedi debet, eumdem esse illius Vasensis Synodi, quæ temporibus Iulii pontificis & Constantii imperatoris celebrata fuit paulo post Concilium Nicænum. Vide Baron. anno Christi 325. num. 176. & 177. item anno 442. in fine. & anno 463. num. 14. Cap. III. Occasio cõstitutionis quæ fuerit. Hymnus glorificationis quando institutus.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA LIBERII PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

ANNO CHRISTI 352.

[a] LIBERIVS natione Romanus, ex patre Augusto, [b] sedit annis sex, mensibus tribus, diebus quatuor. [c] Fuit autem temporibus Constantii filii Constantini vsque ad Constantium Augustum * octauum. [d] Hic a Constantio deportatur in exilium, eo quod noluisset hæresi Arianæ consentire: & [e] fuit in exilio annos tres. Et * [f] congregantes sacerdotes Concilium, ordinauerunt in locum eius episcopum Felicem presbyterũ venerabilem virum. Et fecit Conciliũ Felix, & inuenit duos * episcopos consentientes Constantio Augusto Ariano, nomine [g] Vrsacium & Valentem, & damnauit eos in Concilio quadraginta octo episcoporum. [h] Post paucos autem dies, zelo ducti Vrsacius & Valens rogauerunt Constantium Augustum, vt reuocaret Liberium de exilio, vt * [i] vna tantum communione participaret, extra secundum baptismum. Tunc missa auctoritate per Catulinum agentem in rebus, simul & Vrsacius & Valens venerunt ad Liberium. Qui [k] Liberius consensit præceptis Augusti. Tunc

* congregans sacerdotes cum Concilio suo Liberius.

* presbyteros.

* vna tãtum communionem.

reuocauerunt Liberium de exilio.[l] Rediens autem Liberius de exilio, habitauit in cœmeterio ſanctæ Agnetis apud germanam Conſtantii Auguſti, vt quaſi per eius interuentionem aut rogatum rediret Liberius in ciuitatem. Tunc Conſtantia Auguſta, quæ fidelis erat Domino Ieſu Chriſto, noluit rogare Conſtantium Auguſtum germanum ſuum, quia ſenſerat conſilium. Eodem tempore Conſtantius imperator, vna cum Vrſacio & Valente, conuocauerunt aliquos qui ex fæce Ariana erant, & quaſi facto Concilio, miſit & reuocauit Liberium de cœmeterio beatæ Agnetis, vbi ſederat. Et ingreſſus Romam, in ipſa hora Conſtantius Auguſtus fecit Concilium cum hæreticis, ſimul etiam cum Vrſacio & Valente, & [m] eiecit Felicem de epiſcopatu, qui erat catholicus, & reuocauit Liberium. [n] Ab eodem die fuit perſecutio maxima in clero, ita vt intra eccleſiam presbyteri & clerici plures necarentur, & [o] martyrio coronarentur. [p] Qui Felix, depoſitus de epiſcopatu, habitauit in prædiolo ſuo via Portuenſi, vbi & requieuit in pace quarto Kalendas Auguſti. Ingreſſus Liberius in vrbem Romam quarto Nonas Auguſti, [q] conſenſit Conſtantio hæretico, non tamen rebaptizatus eſt, ſed conſenſum præbuit. Et tenuit baſilicas beati Petri & beati Pauli, & baſilicam Conſtantinianam annis * ſex. Et [r] perſecutio magna fuit in vrbe Roma, ita vt clerici & ſacerdotes, neque in eccleſiam, neque in balnea haberent introitum. Hic Liberius ornauit de platoniis marmoreis ſepulcrum S. Agnetis martyris. Omnes itaque anni Felicis in eius ordinem dinumerantur. Hic fecit baſilicam nomini ſuo iuxta macellum Libyæ. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros octodecim, diacones quinque, epiſcopos per diuerſa loca decem & nouem. Qui ſepultus eſt via Salaria in cœmeterio Priſcillæ, quinto Idus Septembris, alias * octauo Kalendas Maii. Et ceſſauit epiſcopatus dies ſex.

* ſeptem

* ſeptimo

NOTÆ.

Liberius quando pontificatum adeptus.

[a] *Liberius.*] Poſt interregnum 25. dierum, anno Chriſti nati 352. Conſtantii imperatoris 16. pontificatum eccleſiæ inuitus accepit ſanctæ memoriæ Liberius, teſte Ambroſio pontifex beatiſſimus: cuius præter multas epiſtolas reperiuntur acta de curatione & lepra

Constantini imperatoris conscripta: apud Ambros. lib. 3. de virg. extat eiusdem integer quidam sermo, quem habuit in consecratione sororis. Tantus Athanasii defensor & Arianorum hostis fuit, vt Constantius imperator per victoriam Magnentii elatus, publico edicto sub pœna exilii mandauerit, ne quisquam deinceps Athanasium defenderet, Arianosque a communione ecclesiæ excluderet. Iniusto imperatoris edicto cum pontifex furtim Roma Mediolanum adductus obtemperare nollet, post multos alios ex Mediolanensi Conciliabulo relegatos, in Thraciam deportatur. Postquam biennio exulasset, ad subscribendum Sirmiensi confessioni primæ, ad condemnandum innocentem Athanasium, & denique ad communicandum cum Arianis vi metuque tormentorum, tædio exilii & calamitatum, denique spe recuperandæ pristinæ sedis atque dignitatis inductus, infelix infeliciter labitur, sibique vitæ ac morum turpissimam maculam inurit. Relaxatum ab exilio Valens & Vrsacius auctoritate imperatoris quidem in vrbem introduxerunt, Felicemque sede pontificia amouerunt: sed ne pontifex de fide suspectus cathedram Petri coinquinaret, singulari Dei prouidentia accidit, vt dum verus pontifex catholicus cum Arianis communicando laberetur, & pontificatu excideret, Felix exulante Liberio schismaticus, & Arianorum communione pollutus, compaginem illam abrumperet, Constantium, Valentem, Vrsacium, omnesque Arianos tamquam hæreticos excommunicaret, iustoque Dei iudicio verus pontifex esse inciperet. A cuius communione catholici, post Liberium ab exilio restitutum, ne quidem per vim & martyrium dimoueri, cumque Liberio Arianæ communionis labe & macula coinquinato, quamdiu Felix in viuis erat, coniungi potuerunt. Cum autem post martyrium Felicis, maiore Dei beneficio, Liberius vicissim Arianorum communionem præscidisset, Ariminensis Conciliabuli formulam reprobasset, fideique vexillum vicissim erexisset, non modo a clero Romano præsul & pontifex legitimus haberi cœpit, verum etiam turpissimam illam maculam vitæ ac morum ante contractam, omnino eluit, & tandem anno Domini 367. sanctissime ex hac vita discessit. Vnde est, quod S. Ambrosius, Epiphanius & Basilius, beatissimum virum passim appellent, quodque eumdem Siricius pontifex, epistola ad Hymericum, venerandæ memoriæ prædecessorem suum nominet. Liberium, quod calumniantur hæretici, Ariana hæresi infectum fuisse, falsum est, siquidem nihil orthodoxæ fidei contrarium scripserit aut docuerit. Cum Arianis communicantem, Athanasium iniuste condemnantem, fideique formulæ, nomine *consubstantialis* carenti, quantumuis catholica esset, subscribentem peccasse, suspicionem hæreseos iustam in foro exteriori incurrisse, iustaque de causa a catholicis vitatum fuisse, libenter concedimus. Vide Baron. ann. 355. num. 53. & seqq. & 357. num. 46. & seqq. Bellarm. de Rom. pont. lib. 4. c. 9.

Scripta Liberii.

Defensio Athanasii edict. Constantii prohibita.

Liberii exilium.

Lapsus Liberii.

Felix pontifex factus.

Prouidentia Dei erga Felicem.

Liberius fidem catholicam confitetur.

Liberii obitus qualis, & quando contigerit? Liberius nō fuit hæreticus.

Sub huius pontificatu exortæ fuerunt hæreses Anomianorum, qui filium Dei patri dissimilem esse docebant: Macedonianorum

Hæreses sub Liberio.

Spiritus ſancti diuinitatem negantiũ: Maſſalianorum, qui ex monachis exorti, ceteris omnibus neglectis, ſoli orationi ſemper vacandum eſſe docebant. Lucifer Calaritanus epiſcopus, legationibus pontificiis aliquoties functus, Decretum Alexandrinæ Synodi de lapſis epiſcopis recipiendis improbans, factus eſt (proh dolor) ſchiſmaticus. Donatiſtæ per edictum Iuliani ab exilio reuerſi, funeſtiſſimas illas, quas enarrat Optatus lib. 2. altarium demolitiones, calicum confractiones & direptiones, clericorum & laicorum plurimorum trucidationes, virginum & matronarum raptationes, horrendas denique ſacramentorum omnium violationes patrarunt. E quibus illud memorabile, quod ſacra euchariſtia canibus proiecta, iidem canes accenſi rabie, ipſos dominos ſuos, quaſi latrones ſancti corporis reos, tamquam ignotos & inimicos, dentibus ſuis laniauerint; quodque ampullam chriſmatis, per feneſtram vt frangeretur iactatam, manus angelica ita ſuſtinuerit, vt inter ſaxa illæſa conſederit. Hæc ex Optato, aliiſve Baron. in annalibus.

Lucifer ſchiſmaticus.

Donatiſtarum impia crudelitas.

[b] *Sedit annos ſex, menſibus tribus, diebus* 4.] Liberium annis 15. menſibus 4. & vno die pontificatum obtinuiſſe, certo colligitur ex temporibus, quibus cœpit ac deſiit. Anno 352. octauo Maii, ſedem pontificiam adeptus, vt ex præcedentibus patet, tenuit eam deinceps vſque ad 9. diem Septembris, anni 367. Cum enim teſtimonio Ammiani lib. 27. ſæuum Vrſicini ſchiſma aduerſus Damaſum ſub præfectura Viuentii exortum fuerit, conſtetque ex lib. 12 de pœnis C. The. illius præfecturam ſub conſulatu Lupicini atque Iouini contigiſſe, anno nimirum Chriſti 367. certum eſt illo anno Liberium pontificatu ac vita defunctum eſſe, atque Damaſum illi ſucceſſiſſe. Nono Septembris ſepultum refert auctor pontificalis. Quibus ita firmiter conſtitutis, verum eſſe patet, quod de tempore Liberii ſupra diximus.

Quamdiu Liberius ſederit.

[c] *Fuit autem temporibus.*] Errat libri pontificalis auctor. Præfuit enim eccleſiæ ſub Conſtantio, Iuliano, Iouiano, Valentiniano & Valente imperatoribus, vſque ad annum 367. qui eſt Valentis 4. Conſtantius Arianorum fautor, adhuc catechumenus, animam agens in lecto ab Arianis baptizatus, eodem tempore, quo per Arianorum Antiochenum Conciliabulum, diuinitatem Chriſto Domino ademerat, per Iulianum imperio ſpoliatus fuit. Iulianus abnegata, quam metu Conſtantii decennio ſimularat, Chriſti fide, factus eſt apoſtata. Qui vt initio imperii Chriſtianorum animos ſibi conciliaret, omnes ab exilio exules epiſcopos reuocauit. Hac occaſione, Athanaſius per Georgium Cappadocem ſede Alexandrina armata manu tertio expulſus, poſt prædictum Georgium ab Alexandrinis illatam ſibi ſub Conſtantio iniuriam vindicantibus interfectum, ab exilio, eremo & ciſterna illa ſicca, in qua quinquennio latuerat, Alexandriã reuerſus fuit. Sed cum opera reducis Athanaſii omnes dii condemnaretur, Iuliani reſcriptis quarta vice exulare, & ab vrbe recedere cogitur. Cumque hanc ob cauſam, commendata amicis ad breue tempus eccleſia (*bono eſtote animo*, dicebat, *nebula enim*

Error libri pontificalis.

Conſtãtius imperator qualis.

Iulianus apoſtata.

Exules epiſcopi a Iuliano reuocati.

Athanaſius quoties exularit.

est, & breui euanescet) nauigium conscendisset, ac paulo post intellexisset, esse qui se ad interficiendum insequerentur, conuerso in aduersam partem nauigio, insequentes frustratus, venit Alexandriam; ibique toto tempore, quo vixit Iulianus, delituit. Nouo & inaudito genere persecutionis Christianos aggressus fuit. Gloriam martyrii inuidens, id sedulo egit per suos, ne qui causa pietatis, sed tantum alicuius criminis nomine, vt facinorosi punirentur. Quod ex euangelii præcepto Christiani nequaquam diuitiis affluere, sed perfectionis causa omnia erogare deberent; fiscus bona eorum diripuit. Bona pauperum inuadentes, vel lepra percussi, vel a dæmone arrepti fuerunt. Omnia priuilegia Christianis ademit, neve iniuria affecti audirentur in iudicio, constituit. Artes eos docere vel discere vetuit. Certior factus, Cæsareæ Philippi vrbis Phœniciæ præclaram esse Christi statuam, quam mulier quæ sanguinis profluuio laborabat, cum esset morbo liberata, ibi collocauerat (ex cuius basi herba quædam, quæ cuiusuis generis morbis mederi solet, nascebatur) eam deturbauit, suamque in eo loco posuit. Quo facto, ignis violentus de cœlo delapsus statuam illam circa pectus dissecuit, caputque vna cum collo in terram deiecit. Contumeliæ causa, & ad Christi nomen delendum publica lege præcepit, vt Christiani Galilæi vocarentur. Refert Theodoretus Iulianum simul ac telum ab angelo sibi immissum corpore excepisset, manum protinus sanguine impleuisse, & illum in aerem proiecisse ac dixisse: *Vicisti Galilæe.*

Persecutio Christianorum sub Iuliano qualis.

Iulianus statuam Christo erectam deiecit.

Iuliani interitus.

Iouianus confessione Christi nominis sub Iuliano clarus, a ducibus exercitus, diuino numine impellente, imperator electus, anno Christi 363. præ ceteris episcopis, Athanasium ab exilio quarto reuocat, vnum maxime catholicæ fidei propugnatorem acerrimum, fideique veritatem ab eo sibi tradi postulat. Post hunc noctu exanimatum, reliqui duo confessione clari, qui cum Iouiano sub Iuliano zonam militarem deponere maluerunt, quam diis sacrificare, Valentinianus & Valens, imperium Dei nutu ac voluntate consecuti fuerunt, anno Christi 364. Valentiniani responsum, quod dedit Hypatiano Heracleæ episcopo, Synodi indictionem petenti, præclarum hoc est: *sibi, qui vnus e numero laicorum esset, non licere se eiusmodi negotiis interponere. Ideo sacerdotes*, inquit, *& episcopi, quibus hæc curæ sunt, seorsum per se, vbicumque ipsis libitum fuerit, conueniant.*

Iouianus quando & quomodo imperium adeptus

Valentinianus & Valens imperiũ adepti quando.

Valentiniani prudens responsum.

Valens ad tertium annum imperator catholicus, in procinctu Gothico, bono consilio salutarem baptismum expetens, vxoris Arianæ blanditiis delinitus, pessimo consilio ad Arianos transit, & ab Eudoxio Arianorum nequissimo baptizatus, ab eo iuramento obstringitur, vt in impio suscepto dogmate perseueret, & diuersa sentientes vbique ecclesiis exigat. Hæc ex Baronii annalibus. Plura vide infra in notis epistolarum, Conciliorum, & in vitam Felicis.

Valés Arianorum fautor.

[d] *Hic a Constantio deportatur in exilium.*] Hac in re auctorem libri pontificalis aberrare patet ex notis Conciliabuli Mediolanensis infra. Nolens, quod iubebatur, Athanasium condemnare, relegatus est in Thraciam.

Error libri pontificalis.

Quamdiu Liberius exulauerit. Felix ab Arianis Liberio subrogatus fuit.

[e] *Fuit in exilio annos tres.*] Cum anno Christi 355. relegatus, anno 357. ab exilio liberatus fuerit, biennio tantum completo, vel tribus inchoatis, exulasse necessum est.

[f] *Congregantes sacerdotes Concilium, ordinauerunt.*] His dictis libri pontificalis, testimonia clarissimorum huius temporis scriptorum refragantur. Hieron. de scriptor. eccles. in Acacio, de ipso loquens; *In tantum*, inquit, *sub Constantio imperatore claruit, vt in Liberii locum Romæ Felicem episcopum constitueret.* Rufinus lib. 1. cap. 22. *In Liberii locum Felix diaconus suus ab hæreticis subrogatur, & non tam sectæ diuersitate, quam communionis & ordinationis conuenientia maculatur.* Athanasius epist. ad solit. addit, eumdem Felicem molitione Epicteti, a tribus Arianis episcopis ordinatum esse. Ea igitur, quæ de Felicis ordinatione auctor pontificalis scribit, nequaquam subsistere posse videtur. Accedit, quod Liberio adhuc viuente, pontificiamque dignitatem glorioſæ confessionis titulo illustrante, pontifex creari non potuerit, ne vnius catholicæ ecclesiæ duo essent episcopi, vniusque corporis duo capita turpiter eminerent. Si dicas eum a Concilio sacerdotum, Liberio procurante, coepiscopum dumtaxat Romanæ ecclesiæ delectum fuisse, non admodum repugno: quamquam id neque testimonia prædictorum patrum dici patiantur, neque ab Arianis hoc permissum fuisse videatur.

An Felix fuerit coepiscopus Liberii.

Felix catholicus semper fuit, sed Arianorum communione pollutus.

Felicem ab Arianis subrogatum non Arianum, sed catholicum fuisse, in primis Rufini testimonio constat; secundo apertis verbis idem testatur Theodoret. lib. 1. cap. 17. dum ait: *Successum est Liberioa fideli quodam illius diacono, nomine Felice: qui tametsi fidem a Nicæno Concilio expositam ipse seruauit integram, tamen cum illis, qui eamdem labefactare studebant, libere communicauit, ac propterea nemo ex habitatoribus in ecclesiam, dum ille intus erat, ingredi voluit.* Sozom. denique lib. 4. cap. 10. idem testatus, addit: *Romanæ ecclesiæ episcopatui præficitur Felix illius cleri diaconus, quem aiunt fidei Concilii Nicæni semper consensisse, & omnino, quantum ad religionem pertinebat, reprehensione caruisse, atque ob id solum in crimen vocatum esse, quod non modo Arianos ministros ecclesiæ ordinaret, verũ etiam quod eorum cõmunione vteretur.* Sic intelligendũ est quod ait Socrat. lib. 2. c. 29. Felicẽ Arianæ sectæ addictũ fuisse: nimirũ, quod illis cõmunicaret, & ex eorum voluntate sententiæ in Athanasiũ latæ subscripsisset. Si, quod aiunt Rufinus & Theodoret. Felix fuerit diaconus Liberii, dubiũ nullum esse potest, ipsum catholicum fuisse. Nam vt Liberius Arianũ nomen semper auersatus, Arianum diaconum sibi ministrare passus fuerit, non est credibile. Quod apud Hieronym. de script. eccles. in Acacio nomen *Arianum* Felici additum reperiatur, mendosum esse patet ex chronico, aliisve codicibus antiquioribus, & Græco Sophronii textu. Vide Baron. an. 355. n. 54. & seqq. Bellar. de Rom. pont. lib. 4. c. 9.

Felix Dei consilio fit Romanus pontifex.

[g] *Vrsacium & Valentem, & damnauit eos.*] Circa illud tempus, quo Liberius cum Arianis communicans turpiter labitur, Felix eorumdem cõmunione ante pollutus, mirabili Dei consilio ac prouidentia a lapsu erectus, Constantiũ, Vrsacium, Valentem, omnesque Arianos

condemnando, & excommunicando, communionem eorumdem abrupit, ne Liberio subſtituendus, cathedram Petri vel hæreſeos ſuſpicione coinquinet.

[h] *Poſt paucos dies.*] Vide notas epiſtolarum Liberii ad orientales.

[i] *Vna tantum communione participaret extra ſecundum baptiſmum.*] Hæc quomodo intelligenda ſint, vide infra verbis *Conſenſit Conſtantio hæretico, non tamen rebaptizatus eſt.*

[k] *Liberius conſenſit præceptis Auguſti.*] pervim nimirum, tormenta atque tædium exilii inductus, Sirmianam confeſſionem primam, atque Athanaſii condemnationem, ſubſcribendo approbauit, & cum Arianis communicauit. Vide notas epiſtolæ ad orientales. Et Concil. Sirm. Liberii lapſus qualis.

[l] *Rediens de exilio habitauit in cœmeterio S. Agnetis.*] Ea, quæ de habitatione Liberii in cœmeteriis ſuburbanis S. Agnetis ab auctore libri pontificalis referuntur, male cum primo Liberii exilio coniunguntur. Nam teſte Sozomeno lib. 4. cap. 10. Liberius ab Arianis binis diuerſis vicibus grauiter eſt vexatus. Primum, quando Roma furtim abductus eſt Mediolanum, atque recuſans ſubſcribere ſententiæ in Athanaſium per Mediolan. Conciliabulum pronuntiatæ, inde in Thraciam eſt relegatus. Secundo, dum nolens Ariminenſem formulam approbare, per Valentem epiſcopum Arianum, qui eam poteſtatem ab imperatore acceperat, Roma expulſus fuit. Prior vexatio exilium: poſterior ſimplex tantũ ab vrbe expulſio fuit. Prior contigit Mediolani anno Chriſti 355. poſterior contigit Romæ poſt Ariminenſe Conciliũ, anno Chriſti 359. Priore vexatione liberatus, teſte Hieronymo in chronic. *Romam quaſi victor intrauit*: maxima enim pompa per Conſtantii miniſtros in vrbem introductus fuit. Itaque quod hic in ſuburbanis commoratus fuiſſe dicitur, non niſi poſt ſecundam illam a Valente illatam vexationẽ contigiſſe potuit. Vide notas Sirmienſis & Ariminenſis Concilii. Item Baronium anno 359. num. 46. 47. 48. Liberius bis ab Arianis vexatus. Ab exilio liberatus cũ pompa in vrbem introducitur.

[m] *Eiecit Felicem de epiſcopatu.*] Sozom. lib. 4. cap. 14. ait ſcriptum eſſe *Felicitum Romanæ eccleſiæ antiſtiti, & clero eiuſdem eccleſiæ, vti Liberium recipiant, & ambo pariter ſedem apoſtolicam adminiſtrent, communique conſenſu & concordia ſacerdotio illo fungantur*, &c. Quod hic aſſeritur ab auctore libri pontificalis, probabilius eſſe videtur. An Felix a pontificatu deiectus fuerit.

[n] *Ab eodem die fuit perſecutio maxima in clero.*] ideo quod Liberium manifeſta communione Arianorum pollutum, atque adeo a pontificatus functione plane alienum, vniuerſus clerus Romanus auerſaretur, ſeque Felici vexillum fidei catholicæ extollenti coniungeret, vt ſupra diximus. Cædes Romanorum.

[o] *Martyrio coronarentur.*] Tunc contigiſſe videtur, vt Euſebius Romanus preſbyter a miniſtris Conſtantii intra cubiculum clauſus, illic menſibus ſeptem perſeuerans, fame conſumptus ſpiritum exhalarit. Baron. in Mart. notis die 24. Auguſti. Euſebii Romani preſbyteri martyrium.

[p] *Qui Felix depoſitus.*] De exitu Felicis aliter hic, aliter in vita eius auctor pontificalis ſentit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

An Ariani baptizarint catholicos ad se deficientes.

[q] *Consentit Constantio hæretico, non tamen rebaptizatus est.*] Hoc videtur indicare, quod etsi Liberius cum Arianis communicauerit, non tamen factus fuerit Arianus per secundum baptismum, quo solerent illi catholicos ad se deficientes iterum baptizare. Sed hæc quidem superflua, & ab aliquo addita; nondum enim Ariani rebaptizabant: quin & ecclesia hoc tempore non respuebat Arianorum baptismum, vt testatur S. Hieronymus aduersus Luciferianos. Baronius anno 357. num. 41.

Cum hæreticis ne quidem in balneo est cõmunicandum.

[r] *Persecutio magna fuit in vrbe Roma,* &c.] Illi qui Liberio non communicabant, non tantum ab ecclesia, sed etiam a balneis publicis abstinebant; ne scilicet vna cum illis lauarentur, vt qui scirent ex sententia Ioannis euangelistæ, neque balnei lotione cum hæreticis participandum esse: atque ideo in hos a magistratu sæuitum est. Baron. anno 357. num. 58.

---

[a] EPISTOLÆ LIBERII PAPÆ.

NOTA.

Duæ epistolæ Liberii commentitiæ.

[a] *Epistolæ.*] Epistolas Liberii, quas aliunde in hanc editionem transferri curaui, eo ordine, quo scriptæ fuerunt, collocauimus. Duæ sub nomine Liberii extant in fragmentis Hilarii, quibus Athanasium a Liberio principio pontificatus illius damnatum fuisse asseritur. Harum vna ad orientales episcopos: altera, ad Vrsacium, Valentem & Geminium scripta fuit. Quæ cum falsæ sint & ab Arianis excogitatæ eo fine, vt scilicet expurgationem Liberii, qua dicebatur vi ad condemnandum Athanasium inductus fuisse, exquisitis hisce mendaciis refellerent, eas inter Liberii hic excusas putaui non esse referendas. Ne quis tamen eas desiderare possit, referam vtramque infra in notis germanæ epistolæ ad orientales scriptæ. Ad Fortunatianum Aquileiæ episcopum adhuc in fidei catholicæ professione stantem, ante lapsum eius, qui contigit anno Christi 354. Liberius epistolam scripsit: *ad fratrem & coepiscopum nostrum Fortunatianum,* inquit in epist. 3. ad Eusebium, *quem sciebam neque personas hominum vereri, & futura magis præmia cogitare, literas erogaui,* &c. Verum iniuria temporis deperditæ desiderantur. Illæ etiam, quarum infra mentionem faciemus in notis Concilii Illyrici & Tyanensis, quas vna cum pacificis & communicatoriis ad orientales infra extantibus dedit legatorum primario Eustathio Sebasteno, quibusve auctoritate apostolica præcipit, Eustathium & reliquos sedibus suis exspoliatos, post habitam fidei catholicæ professionem, suis ecclesiis restitui, non extant. S. Basilius epist. 74. ait, Eustathium Sebastenum hisce Liberii literis in Tyanensi Concilio ostensis, confestim suam ecclesiam recepisse. Aliarum quædam tantum fragmenta reperiuntur, vt infra dicemus.

Liberii ad Fortunatianum epistola, cum quibusdam aliis non extat.

FRA-

FRAGMENTVM EPISTOLÆ I. LIBERII PAPÆ AD OSIVM

Cordubensem episcopum, de lapsu Vincentii,

Ex Baronio huc translatum.

QVIA in nullo conscientiam tuam debeo præterire: multi ex Italia episcopi conuenerunt, qui mecum religiosissimum imperatorem Constantium fuerant deprecati, vt iuberet, sicut ipsi placuerat dudum, Concilium Aquileiense congregari. [a] Vincentium Capuensem cum Marcello æque ex Campania episcopo legationem nostram suscepisse, sanctitati tuæ insinuo. De quo cum multa sperarem, quod & causam optime retineret, & iudex in eadem causa cum sanctitate tua frequenter resedisset: credideram Dei euangelium sua legatione posse seruari. Non tantum nihil impetrauit, sed & ipse in illam ductus est simulationem. Post cuius factum duplici mœrore confectus, moriendum magis pro Deo decreui, ne videar nouissimus delator existere: nam videtur sententiis accommodasse consensum.

Extat in Codice Vaticano num. 2672. cuius est inscriptio *Concordia Canonum.* Baron. ann. 353. num. 19.

NOTÆ.

[a] *Vincentium.*] Constantius victoria Magnentii elatus, publico edicto mandarat, vt Ariani in communionem ecclesiæ reciperentur, Athanasius vero condemnaretur. Liberius, vt eum a concepto furore placare posset, atq; imminentem non tam aduersus Athanasium, quam vniuersam ecclesiam catholicam, ac præsertim in occidentales episcopos persecutionem anteuerteret, deputatos anno præcedente legatos, Vincentium atque Marcellum, ad Constantium Arelate in Gallia agentem ablegauit, qui de cogendo Aquileiæ Concilio illum interpellarent. Arelatem venientes, inuenerunt ibi complures Arianæ factionis episcopos, & aliquos occidentales, Saturninum & Fortunatianum Aquileiæ episcopum, quos Ariani per Constantium in suam communionem pellexerant. Vincentius horum importunitate solicitatus, & imperio Constantii deceptus, tandem, proh scelus, vel precibus, vel minis Arianorum aut Constantii inflexus, summi fidei athletæ, innocentissimique viri Athanasii damnationi turpissime subscripsit, suoque exemplo omnes prope Italiæ episcopos ad idem scelus committendum induxisset, nisi secunda legatio pontificis per Luciferum episcopum eiusque collegas id impediuisset. Hæc ex Seuero lib. 2. epist. Liberii ad Constantium & Eusebium, & apol. Athanasii ad Constantium. Baron. anno 353. num. 15. & seqq.

Prima legatio ad imperatorem, qua occasione deputata.

Vincentii lapsus.

[a]EPISTOLA II. LIBERII PAPÆ AD CONSTANTIVM.

Glorioſiſſimo Conſtantio Auguſto Liberius epiſcopus.

Extat in appendice ad Lucifer. op. & tom. 9. Bibl. ſanctæ apud Baron. an. 354. num. 2.

OPTO, tranquilliſſime imperator, vt mihi benignas aures clementia tua tribuat, quo poſſim manſuetudini tuæ mentis meæ propoſitum aperire. De Chriſtiano etenim imperatore, & ſanctæ memoriæ filio Conſtantini, hoc ipſum ſine cunctatione mereor impetrare. Sed in eo me laborare intelligo, qui repetita ſatisfactione, placabilem etiam circa reos animum tuum in gratiam meam reuocare non poſſum. Sermo enim pietatis tuæ iamdudum ad populum miſſus, me quidem, quem patienter omnia ferre neceſſe eſt, plurimum lacerat: ſed animum tuum, qui lenitati ſemper vacat, qui nunquam, vt ſcriptum eſt, in occaſum diei iracundiam ſeruat, retinere circa me indignationem, miraculo mihi eſt. Ego enim, religioſiſſime imperator, tecum veram pacem requiro, quæ non ſit verbis compoſita interna diſpoſitione fallaciæ, ſed præceptis euangeliorum rationabiliter confirmata. Non Athanaſii tantum negotium, ſed multa alia in medium venerant, propter quæ Concilium fieri manſuetudinem tuam fueram deprecatus: vt ante omnia, quod ſpecialiter optat mentis tuæ erga Deum ſincera deuotio, cum fidei cauſa, in qua nobis prima ſpes eſt, ad Deum diligenter fuiſſet tractata: nec eorum qui noſtram circa Deum obſeruantiam mirari debent, poſſent finiri.... & dignum fuerat Dei cultore, dignum imperio tuo, quod Chriſti pietate regitur & augetur, ſpecialiter hoc ipſum pro reuerentia ſanctæ religionis, cui prudenter intentus es, clementiam tuam nobis ad hæc impetranda præſtare.

[b] Sed multi eccleſiæ membra lacerare feſtinant, qui confinxerunt, me literas ſuppreſſiſſe, ne crimina eius, quem dicebant condemnaſſe, apud omnes paterent: quas illas literas epiſcoporum orientalium & Ægyptiorum, quibus in omnibus eadem in Athanaſium crimina conti-

nebantur. * At satis omnibus clarum est, nec quisquam negat, nos orientalium literas intimasse, legisse ecclesiæ, legisse Concilio, atque ad hæc etiam orientalibus respondisse: qui fidem & sententiam non commodauimus nostram, quod eodem tempore septuaginta quinque episcoporum Ægyptiorum de Athanasio sententia repugnabat; quam similiter recitauimus atque insinuauimus episcopis Italis. Vnde contra diuinam legem visum est etiam, cum episcoporum numerus pro Athanasio maior existeret, in parte aliqua commodare consensum. Hæc scripta, si Deo fidem habet Theosebius *, qui missus fuerat festinans in Africam, nobis reliquit. Quæ tamen post omnia scripta ne ad impetrandum forte Concilium deessent; [c]Vincentius, qui cum ceteris legatus missus fuerat, Arelatum peruenit. Videt igitur prudentia tua nihil animum meum introisse, quod Deo seruientibus non dignum fuerat cogitare. Testis autem est mihi Deus, testis est tota cum suis mẽbris ecclesia, me fide, & me in Deum meum cuncta mundana (ita vt euangelica & apostolica ratio præcipit) calcare atque calcasse, non furore temerario, sed constituto atque obseruato iure diuino: atque in alio ministerio ecclesiasticus viuens, nihil per iactantiam, nihil per gloriæ cupiditatem, quod ad legem pertinebat, impleui: atque [d]ad istud officium (testis est mihi Deus) inuitus accessi, in quo cupio quidem sine offensa Dei, quamdiu in sæculo fuero, permanere: & nunquam mea statuta, sed apostolica, vt essent semper firmata & custodita, perfeci: secutus morem ordinemque maiorũ, nihil addi episcopatui vrbis Romæ, nihil minui, passus sum: & illam fidem seruans, quæ per successionem tantorum episcoporum cucurrit, ex quibus plures martyres extiterunt, illibatam custodiri semper exopto: sed neque perire meam causam, pietati tuæ solicitudo ecclesiastica atque ipsa deuotio persuadet.

Excusat se Liberius

*Theobadius.

Significant orientales paci se nostræ velle coniungi. [c]Quæ est pax, clementissime imperator, cum sint ex partibus ipsis quatuor episcopi, Demophilus *, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii hæreticam sentẽtiam noluissent damnare, de Concilio iratis animis exiere? Horum, si fas

*Patrophilus.

Pacem iniri cum hæreticis non posse.

est, sententiis, quale sit, aut quid habeat, commodare consensum, æquitas & clementia tua poterit æstimare. Non est nouum, quod non subtiliter, & sub occasione nominis Athanasii attentetur. Manent literæ Alexandri episcopi olim ad Siluestrum sanctæ memoriæ destinatæ, quibus significat, ante ordinationem Athanasii vndecim tam presbyteros quam etiam diacones, quod Arii hæresin sequerentur, se ecclesia eiecisse; ex quibus nunc quidam extra ecclesiam catholicam foris positi, dicuntur sibi Conciliabula inuenisse, quibus asseueratur etiam Georgius in Alexandria per literas communicare. Quæ ergo potest pax esse, tranquillissime imperator, si episcopi (vt nunc per Italiam factum est) cogantur talium sententiis obedire?

Arianorum peruersitas.

Accipe & aliud, quia tranquillitas tua patienter admittit. [f] Manent literæ legatorum, qui ad clementiam tuam fuerant destinati, quæ nuper venerunt: quibus significant, propter turbationem omnium ecclesiarum se quidem ante succumbere sententiis orientalium voluisse, proposuisse tamen conditionem, si iidem Arii hæresin condemnassent, hoc genere se inclinatos eorum sententiis obedire. Placitum, vt ipsi significant, scriptura teste firmatur. Itur in Concilium: accipiunt cum deliberatione responsa, Arii doctrinam se damnare non posse: Athanasium, quod solum exigebant, communione esse priuandum. Hinc iam clementia tua hoc quoque consideret, recte catholicæ religionis iure seruato, an hominis causa debeat diligenter excusseque tractari. Vnde iterum atque iterum mansuetudinem tuam, animum tuum Deo deditum rogo per eius virtutem, qui se in defensione tua, quantus sis, vniuersis mortalibus approbauit, habens ante oculos eius beneficia, qui imperium tuum in omnibus regit: hæc in cœtu episcoporum diligenter faciat omni cum consideratione * tractari; vt pacatis per te, Deo fauente, temporibus, tranquillitate tua consentiente, sic omnia discutiantur, vt quæ fuerint iudicio sacerdotum Dei confirmata, cum constiterit omnes in expositione fidei, quæ inter tantos episcopos apud Nicæam, præsente sanctæ memoriæ patre tuo, confirmata est, vniuersos consensisse, cum exemplo possent in posterum custodiri.

* reliqui

Vt ipse Saluator, qui super mentis tuæ propositum intuetur, in tanta rerum expeditione lætetur, causam fidei & pacis etiam reipublicæ necessitatibus non immerito præposuisse. Ad exorandam igitur mansuetudinem tuam, vt beneuolo animo allegationes nostras audire digneris, fratrem & coepiscopum meum sanctum virum Luciferum cum Pancratio compresbytero meo & Hilario diacono placuit proficisci: quos credimus de clementia tua ad pacem omnium ecclesiarum catholicarum non difficulter posse Concilium impetrare. Dei omnipotentis clementia te nobis custodiat, clementissime ac religiosissime imperator.

NOTÆ.

[a] *Epistola.*] Postquam Liberius ea, quæ prioribus a se missis legatis ad Constantium imperatorem, Vincentio atque Marcello, Arelate contigerant, per literas ab ipsis acceptas audisset, secundam legationem ad ipsum mittere festinauit, anno Christi 354. pontificatus Liberii tertio. Legati autem ad tantum opus plane difficillimum delecti sunt Lucifer episcopus Calaritanus in Sardinia, qui Romam opportune his diebus aduenerat; quem fide integrum, constantia infractum, zelo pietatis æstuantem Liberius cognouerat; Pancratius Romanæ ecclesiæ presbyter, & Hilarius eiusdem ecclesiæ diaconus, ei adiuncti fuerunt. Hi ad Constantium imperatorem, in Gallia tunc agentem, cum his literis a Romano pontifice ad eum scriptis, Eusebio Vercellensi episcopo comitante, ablegati, quando ad imperatorem venissent, vt Concilium vniuersale anno sequenti Mediolani celebraretur, obtinuerunt; eo sane tacito imperatoris consilio, vt omnes episcopos ad vnum locum cõuocatos, vno loco inclusos, ad subscribendum in Athanasium latæ sententiæ vi adhibita compellere posset. Quod quam infeliciter præstiterit, in notis eiusdem Conciliabuli dicemus infra.

Secunda legatio ad imperatorem cur, quando & quibus demandata fuerit.

[b] *Sed multi ecclesiæ membra lacerare festinant.*] Acta Concilii Romani sub initium pontificatus Liberii Romæ habiti insinuantur, de quibus infra prolixius.

[c] *Vincentius qui cum ceteris legatus missus fuerat.*] prima nimirum legatione, quam Romanum Concilium fieri decreuerat. De qua vide quæ diximus in notis ad epistolam Liberii ad Osium: item in notis Romani Concilii, & Arelatensis Conciliabuli.

[d] *Adiistud officium (testis est mihi Deus) inuitus accessi.*] declarat se inuitum Iulio pontifici defuncto, in pontificatu subrogatum fuisse.

[e] *Quæ est pax clementissime imperator, cum sint ex partibus istis quatuor episcopi, Demophilus*, &c.] Suggillat illam Arianorum legationem, qua Semiariani per legatos hic nominatos, de se vulgatam Arianæ hæreseos suspicionem ac maculam absterfuri, quamdam for-

Legatio Arianorum.

mulam fidei, in Antiocheno Conciliabulo in encæniis celebrato editam, occidentali ecclesiæ insinuarunt; quave ipsi legati antea se catholicos esse iactantes, e Mediolanensi Concilio subito iratis animis recesserunt, quando orthodoxi episcopi illic congregati Arii sententias damnare vellent. Vide notas eiusdem Mediolanensis Concilii, anno 344. sub Iulio celebrati.

[f] *Manent literæ legatorum.*] Vincentii atque Marcelli, qui a Romano Concilio deputati, ea quæ sibi Arelate contigissent, Liberio per literas significarunt: quibus ille acceptis hanc secundam legationem cum hisce ad Constantium scriptis literis misit. Vide Baron. anno 354. num. 1.

EPISTOLA III. LIBERII PAPÆ AD EVSEBIVM VERCELLENSEM episcopum.

Liberius fratri Eusebio.

Extat apud acta vitæ Eusebii episcopi Vercellensis.

ME, frater carissime, ad solatium vitæ præsentis erigit inuicta fides tua, qua secutus euangeliorum præcepta, nullo genere a consortio sedis apostolicæ discrepasti: quod credo non sine Dei impulsu, qui digno sibi in sacerdotio detinet, beneuolentia complesse. [b] Cum igitur post legationem Vincentius in illam ductus est simulationem, reliqui per Italiam episcopi publica conuentione coacti fuissent sententiis orientalium obedire: Deo procurante, frater & coepiscopus noster Lucifer de Sardinia superuenit. Qui cum latebras causæ interioris cognouisset, & peruenisset ad eius conscientiam, sub occasione nominis Athanasii, hæreticos hæc velle tentare: pro deuotione fidei suæ, subire voluit iustum laborem, & ad comitatum religiosi principis pergere: vt tandem, exposito ordine totius causæ, impetraret, vt omnia quæ in medium venerunt, in cœtu possent sacerdotum Dei tractari. Ideo, quia scio sanctum fidei tuæ calorem cum eius animo concordare, prudentiam tuam peto, vt si procurante Deo, habueritte præsentem, per quoscumque potueris, solicite excubare contendas, vt possitis vniuersa, quæ fides catholica exigit, clementissimo imperatori insinuare: vt tandem aliquando, deposita animi indignatione, faciat quod & quieti nostræ & saluti tuæ possit in omnibus conuenire. Ex superfluo autem credidi, ordinatio-

nem causæ totius honorificentiæ tuæ literis insinuare, cum supra dictus frater meus, vel eius comites in præsenti possint omnia relatione sua referre. Deus te incolumem custodiat, domine frater carissime.

NOTÆ.

[a] *Epistola.*] Lucifero, Pancratio & Hilario in Galliam proficiscentibus, Liberius ad Eusebium has literas dedit, quibus illum rogauit, vt vna cum legatis apud imperatorem fidei patrocinium susciperet. Ad eumdem eiusdem argumenti paulo post eas, quæ sequuntur, addidit; qua occasione, patet ex initio epistolæ. Eusebius his literis, legatisque (vt par erat) honorifice exceptis, vna cum illis ad Constantium imperatorem in Gallias profectus est; apud quem enixius agens, quidquid ea legatione petebatur, nempe vt celebraret Concilium, impetrauit. De quibus cum Liberius certior factus esset, de sedulo officio ecclesiæ impenso eum laudat, tertiamque quæ infra subiicitur, epistolam ad eumdem scripsit. Ex archiuo Vercellensi cum actis eiusdem Eusebii editæ, mihi dignæ visæ fuerunt, quæ aliis eiusdem Liberii epistolis hoc loco adiungerentur.

Eusebius cum legatis ad imperatorem proficiscitur. Impetratur Concilium Mediolanense.

[b] *Cum igitur post legationem Vincentius.*] Quod Athanasius apologia ad Constantium ait, cum Vincentio & Fortunatiano ceteros occidentis episcopos per vim & contumelias ad damnandum Athanasium inductos fuisse, intelligendum est, sicut hac epistola scribitur, vere quidem id ab Arianis cogitatum ac tentatum fuisse, sed Liberium missa secunda legatione ad Constantium id impediuisse. Baron. anno 353. num. 18. & 19.

EPISTOLA IV. LIBERII PAPÆ AD EVSEBIVM VERCELLENSEM episcopum.

Dilectissimo fratri Eusebio Liberius episcopus.

Extat apud acta Eusebii Vercell.

REMEANTE filio meo *Callepio ad patriam suam, optimum credidi per hunc sanctitatem tuam salutare, domine frater carissime, orans Dei clementiam, vt saluus atque hilaris literas meas accipias. Sane quia scio inuictum animum tuum fideliter agere quæ Deus præcepit, commendo tibi fratrem & coepiscopum nostrum Luciferum, sed & carissimos filios meos Pancratium presbyterum, & Hilarium diaconum, qui pro statu ecclesiæ animo virili & virtute deifica, tempore tempestiuo aggressi sunt *pugnare contra inimicos ecclesiæ, quos Deus spi-

*Callepodio.

*pugnare

ritu oris sui destruet. Scio enim feruentem spiritum Dei esse in te, vt simul cum iisdem aggrediaris, vt fides, quæ ab apostolis tradita est ecclesiæ catholicæ, nullo modo irrumpi possit. Certe dignaris retinere, si leges publicæ absentem non condemnant, vt eorum consortio iungat se fides tua, & similis, vbi fuerit, adsit sanctitas tua; vno colloquio, vno consilio id agatis, quod Deo & angelis eius placet, & ecclesiæ catholicæ expedit. Pro hoc labore præmium cæleste, coronam immarcescibilem, hereditatem regni cælorum, Christus Dominus noster retribuat vobis. Salutamus omnes qui tecum Deo fideliter seruiunt. Salutate omnem clerum. Deus te incolumem custodiat, domine frater carissime.

EPISTOLA V. LIBERII PAPÆ AD EVSEBIVM VERCELLENSEM episcopum.

Liberius episcopus dilectissimo fratri Eusebio.

Habetur apud acta Eusebii.

SCIEBAM, domine frater carissime, quod spiritu Dei feruens in causa fidei, quæ nos potest Domino commendare, fratri & coepiscopo nostro Lucifero, & Pancratio compresbytero nostro, qui simul erat profectus cum filio meo Hilario diacono, fida dignareris solatia exhibere, nec te posse iis denegare, quos sciebas pro deuotione fidei suæ tantum laboris itineris suscepisse. Magnum itaque leuamen animus meus ex lectione literarum tuarum accepit: imo causam ipsam in melius proficere posse, Deo fauente, quod fratres nostros deserere noluisti, iam iamque confido. Labora itaque vt bonus miles, qui præmium æternum imperatoris expectas: & virtutem animi, qua te scio mundi huius illecebras contempsisse, aduersus eos qui ecclesiæ quidem luce orbi sunt, præbere contende, habens vtpote contemptum vitæ istius: veridicum te sacerdotem ostende, vt laborantibus vobis pro ecclesiæ statu, Concilium possit celebrari; vt omnia quæ in præiudicium fidei subtiliter e diuerso venientes machinati sunt, possint in

melius

melius reformari. Hunc laborem, quem egregia fides tua melius nouit, æterna præmia comitantur: cui quemadmodum insistere debemus, etiam si exhortatio frigesceret, feruens Spiritus sanctus, qui in te est, propter vnitatem sanctæ ecclesiæ per momenta animum tuum stimularet ad maiora solatia. Etiam ad fratrem & coepiscopum nostrum Fortunatianum, quem sciebam neque personas hominum vereri, & futura magis præmia cogitare, literas erogaui; vt & ipse pro sinceritate pectoris, & pro fide, quam se scit etiam cum discrimine vitæ præsentis custodisse, etiam nunc vobiscum dignaretur excubare: quem quidem scio pro sanctitate pectoris sui indubitanter & consilio suo prudentiam vestram firmare, & si ita vobis placuerit, præsentiam suam in nullo dilectioni vestræ negare. Deus te incolumem custodiat, domine frater carissime.

[a]EPISTOLA VI. LIBERII PAPÆ AD OMNES CONFESSORES EXVLES.

QVAMVIS sub imagine pacis humani generis inimicus vehementer in membra ecclesiæ videbatur esse grassatus: vos tamen, acceptissimi in Domino sacerdotes, egregiæ & singularis fidei & hic probabiles Deo ostendit, & etiam ad futuram gloriam martyres designauit. Quo itaque præconio laudis, qua vocis exultatione merita virtutis vestræ proferam, positus inter mœrorem absentiæ vestræ, & gaudium gloriæ? Prorsus inuenire non possum: nisi quod scio, hinc me probabiliora vobis solatia exhibere, si credatis me vobiscum in exilium esse detrusum. Denique me in ipsa nunc expectatione pendentem, quia consortio vestro dura necessitas interim distrahit, satis contristor. Optarem enim, fratres carissimi, prior pro omnibus vobis impendi, vt exempla gloriæ per me magis vestra dilectio consequeretur. Sed fuit hæc palma meritorum vestrorum, vt priores de perseuerantia fidei ad confessionis illustrem gloriam veniretis.

[a] Extat in actis Eusebii, & in bibl. Vaticana.

Quæso igitur dilectionem vestram, vt me præsentem

vobiſcum eſſe credatis; vt intelligatis, dolere ſatis, quod ſim interim a veſtro conſortio ſeparatus. Quantam denique fueritis gloriam conſecuti, hinc magis ſcire poteſtis, quod qui in perſecutione coronati ſunt, ſolius perſecutionis cruentos gladios ſentire potuerunt: contra vos deuoti per omnia Dei milites, etiam falſos fratres inimicos experti, victoriam de perfidis pertuliſtis: quorum quanto violentia in ſæculo creſcere potuit, tanto ſanctis ſacerdotibus præmia laudis inueniuntur conferre. Eſtote itaque de promiſſione cæleſti ſecuri. Et quia proximiores eſtis Deo effecti, orationibus me veſtrum conſacerdotem famulum Dei ad Dominum ſubleuate; vt ſuperuenientes impetus, qui de die in diem cum annuntiantur, grauiora vulnera infligunt, tolerabiliter ferre poſſimus: vt inuiolata fide, ſaluo ſtatu eccleſiæ catholicæ, præmia nobis Dominus dignetur afferre.

Et quia cupio quæ geſta ſunt in ipſa* congregatione fidelius ſcire; obſecro ſanctitatem veſtram, vt vniuerſa literis intimare dignemini, vt additamentum maius vel ipſe animus, qui diuerſis morbis, vel vires corporis ipſius, quæ iam extenuatæ ſunt, de veſtra exhortatione poſſint ſentire.

* congreſſione

NOTA.

Liberius gratulatur exulantibus epiſcopis. Encyclica epiſtola hæc eſt.

[a] *Epiſtola.*] Hæc eſt illa epiſtola, quam poſt Luciferum, Pancratium, Hilarium, Dionyſium Mediolanenſem, Euſebium Vercellenſem epiſcopum relegatos, & plagis cæſos, Liberius de confeſſionis gloria iiſdem gratulatus conſcripſit, rogans, vt ſe de ſingulis certiorem faciant. Epiſtola hæc eſt encyclica, pluribus exemplaribus conſcripta, & ad omnes confeſſores, diuerſis in locis exulantes, tranſmiſſa. Nam apud acta Euſebii Vercellenſis, ad ipſum Euſebium dumtaxat habetur inſcripta: in codice autem Vaticano, inquit Baronius, cum ad ipſum, tum ad reliquos epiſcopos exules, Dionyſium, Luciferum, & alios omnes data legitur. Vide Baron. prædicto anno, num. 35. & 37.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[a]EPISTOLA VII. LIBERII PAPÆ AD ORIENTALES EPISCOPOS.

Dilectissimis fratribus & episcopis orientalibus Liberius salutem.

PRO deifico timore sancta fides vestra Deo, cognita est hominibus bonæ voluntatis, sicut lex loquitur: *Iuste iudicate filii hominum.* Ego Athanasium non defendo: sed quia susceperat illum bonæ memoriæ Iulius episcopus decessor meus, verebar ne forte ab aliquo prævaricator iudicarer. At vbi cognoui quando Deo placuit, iuste vos illum condemnasse; mox consensum meum commodaui sententiis vestris: literas adhæcque super nomine eius, id est, de damnatione ipsius, per fratrem nostrum Fortunatianum dedi perferendas ad imperatorem nostrum Constantium. Itaque amoto Athanasio, super quo statuta omnium vestrum a me cum sede apostolica suscipienda sunt; dico, me cum omnibus vobis & cum vniuersis episcopis orientalibus, seu per vniuersas prouincias pacem & vnitatem habere. Nam vt verius sciatis, me veram fidem per hanc epistolam meam proloqui: Dominus meus & frater communis Demophilus, qui dignatus est pro sua beneuolentia fidem veram & catholicam exponere, quæ Sirmii a pluribus fratribus & coepiscopis nostris tractata & expoliata & suscepta est; hanc ego libenti animo suscepi, in nullo contradicens. Sane petendam credidi sanctitatem vestram, quia semper videtis in omnibus me vobis consentaneum esse: dignamini communi consilio ac studio elaborare, quatenus de exilio iam dimittar, & ad sedem, quæ mihi diuinitus credita est, reuertar.

Extat in collect. Crescon. & in biblioth. Vaticana. *Psal.* 57.

NOTA.

[a] *Epistola.*] Hæc est vera illa & germana epistola Liberii, quam tædio exilii, mortisque metu turpiter & ignominiose superatus, post exactum biennium exilii, Felicemque in sede pontificia subrogatum, scripsit ad orientales, significans se latam contra Athanasium sententiam suo suffragio comprobare, Arianos ad communionem admittere, editamque Sirmii professionem fidei, velut catho-

Hæc epistola Liberius cum Arianis communicat.

licam approbare. Hoc est quod inquit Athanasius epistola ad solitarios: *Liberius deinde post exactum in exilio biennium inflexus est, miniſque mortis ad subscriptionem inductus est.* Hilarius ad Constantium. *Vertisti deinde vsque ad Romam bellum tuum, eripuisti illinc episcopum: & o te miserum, qui nescio vtrum maiore impietate relegaueris, quam miseris.* Hieronym. in chronic. *Liberius tædio victus exilii, in hæreticam prauitatem subscribens, Romam quasi victor intrauit.* Ita ille, qui instar Samsonis valide aduersus impios Philisthæos ac strenue decertauerat, & vsque adeo ipsos impetus fregerat imperatoris, atque Arianorum phalangas tolerantia exilii superasset, exciso nescio quo pacto ab eius vertice fortitudinis crine, hebetatoque prorsus robore pristino sacerdotalis constantiæ, exurgit imbellis, & turpiter aduersariis se quærentibus manus offert. Dalilam illam, inuidiam, humanæ laudis gloria comptam, comam fortitudinis Samsoni fortissimo abscidisse, est verisimile. Ægre enim tulit, Felicem ab Arianis intrusum Romæ pontificem agere, dum ipse a propria sede magna cum miseria exularet.

Liberii epistola ad orientales apud Hilarium extans in fragmentis.

Sub nomine Liberii ad orientales episcopos initio pontificatus eiusdem scripta, apud Hilarium fragm. lib. 2. pag. 36. extans, hæc est, quæ sequitur.

Dilectissimis fratribus & coepiscopis nostris vniuersis per orientem constitutis, Liberius vrbis Romæ episcopus, salutem.

STVDENS paci & concordiæ ecclesiarum, posteaquam literas caritatis vestræ de nomine Athanasii & ceterorum factas ad nomen Iulii bonæ memoriæ episcopi accepi, secutus traditionem maiorum, presbyteros vrbis Romæ Lucium, Paulum, & Ælianum, e latere meo Alexandriam ad supradictum Athanasium direxi, vt ad vrbem Romam veniret, vt in præsenti, id quod ecclesiæ disciplina exigit, in eum statueretur. Literas etiam ad eumdem per supradictos presbyteros dedi, quibus continebatur, quod si non veniret, sciret se alienum esse ab ecclesiæ Romanæ communione. Reuersi ergo presbyteri nuntiauerunt eum venire noluisse. Secutus denique literas caritatis vestræ, quas de nomine dicti Athanasii ad nos dedistis, sciatis his literis, quas ad vnanimitatem nostram * me cum omnibus vobis & cum vniuersis episcopis ecclesiæ catholicæ pacem habere, supradictum autem Athanasium alienum esse a communione mea siue ecclesiæ Romanæ, & consortio literarum ecclesiasticarum.

Hæc epistola adulterina est, Liberioque pontifici falso adscripta; ea occasione, ne credatur, quod aiunt, Liberium vi coactum, Athanasii condemnationi consensisse; idque his rationibus probatur. Primo: Quisquis innocentem Athanasium a catholicorum communione arceri, impios vero Arianos ad communionis vinculum admitti laudat, eum non catholicum, sed Arianum esse oportet. Cum itaque is, qui hanc epistolam fragmentis Hilarii inseruit, Athanasii condemnatoriam & excommunicatoriam sententiam laudet, nemo sapiens id ab Hilario factum fuisse credit. Secundo, testimonio Athanasii constat, Liberium vsque ad finem exilii, annum scilicet Christi 357. perseueraſſe constantem & fidelem: quomodo igitur initio pontificatus Athanasium innocentem condemnauerit, Arianisque communicauerit? Tertio, Liberius illa epistola, quam anno 354. per secundam legationem scripsit, ac misit ad Constantium, Athanasium defendit, Arianorumque communionem summopere detestatur: quæ sane ab ipso prudenter scribi non potuissent, si iam sedis suæ initio eum condemnasset. Accedit, quod hac ipsa sexta epistola ad orientales scripta fateatur, se, quod fecerat ante prædecessor Iulius, Athanasium vsque ad vltimum annum sui exilii semper defendisse. Commentum itaque esse oportet, Athanasium principio pontificatus Liberii communione ecclesiæ catholicæ priuatum fuisse. Hæc Baron. prædicto loco.

Hanc epistolam Liberio falso adscribi probatur.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

[a]ALTERA EPISTOLA FALSO SVB NOMINE LIBERII PAPÆ AD VRSACIVM, VALENTEM, ET GERMINIVM SCRIPTA.

Eorum interuentu liberari ab exilio, sedique pontificiæ restitui cupit.

Vrsacio, Valenti & Germinio Liberius.

QVIA scio vos filios pacis esse, diligere etiam concordiam & vnitatem ecclesiæ catholicæ; idcirco non aliqua necessitate compulsus, teste Deo dico, sed pro bono pacis & concordiæ, quæ martyrio præponitur, his literis conuenio vos, domini mei carissimi. Cognoscat prudentia vestra, Athanasium, qui Alexandrinæ ecclesiæ episcopus fuit, priusquam ad comitatum S. imperatoris peruenissem, secundum literas orientalium episcoporum ab ecclesiæ Romanæ communione separatum esse, sicut testis est omne presbyterium ecclesiæ Romanæ. So-

Extat ex collect. Cresc. & bibli. Vaticana apud Baron. ann. 357. num. 44.

la hæc causa fuit, vt tardius viderer de nomine ipsius literas ad fratres & coepiscopos nostros orientales dare, vt legati mei quos ab vrbe Roma ad comitatum direxeram, seu episcopi, qui fuerant deportati, & ipsi vna cum his (si fieri posset) de exilio reuocarentur. Et hoc etiam scire vos volo, quod fratrem Fortunatianum petii, vt literas meas ad clementissimum imperatorem perferat, quas ad orientales episcopos feci, vt scirent & ipsi vna secum Athanasii communione me esse separatum: quas credo quod pietas ipsius pro bono pacis gratulanter accepit: quarum exemplar etiam Philagrio imperatoris eunucho prodat caritas vestra, hæc me benigno & innocenti animo gessisse. Quapropter his literis meis conuenio vos, & adiuro per Dominum omnipotentem, & Christum Iesum Filium eius & Dominum nostrum, & Spiritum sanctum, vt dignemini ad clementissimum imperatorem Constantium Augustum pergere, & petere, vt bono pacis & concordiæ, in qua pietas eius semper exultat, me ad ecclesiam mihi diuinitus traditam iubeat reuerti; vt temporibus ipsius ecclesia Romana nullam sustineat tribulationem. Me autem cum omnibus vobis episcopis ecclesiæ catholicæ pacem habere, his literis meis æquo & simplici animo scire debetis, fratres carissimi. Magnũ etiam vobis præmium in die retributionis acquiretis, si per vos pax ecclesiæ Romanæ fuerit reddita. Scire autem volo etiam fratres & coepiscopos nostros Epictetum & Auxentium, pacem me & communionem ecclesiasticam cum ipsis habere, quod credo gratanter accepturos. Quicumque autem a pace & concordia nostra, quæ per orbem terrarum firmata est, dissenserit, sciat se separatum esse a nostra communione. Præuaricatori anathema vna cum Arianis a me dictum.

NOTA.

Epistola hæc Liberio falso afficta cur.

[a] *Altera epistola.*] Cum ex notis supradictis, & in Concilio Mediolanensi infra dicendis, manifestum sit, Liberium iussu imperatoris Constantii eo fine Roma Mediolanum furtim ad comitatum adductum fuisse, vt Athanasii condemnatoriæ sententiæ subscriberet; inde vero in Thraciam relegatum, non aliam ob causam, quam quod innocentem suo iudicio Athanasium condemnare recusasset: falsissimum esse oportet, quod hic scribitur Athanasius

iudicio Romanæ ecclesiæ excommunicatus fuisse, antequam Liberius ad comitatum imperatoris peruenisset. Vna igitur, quod supra dixi, eademque manus scorpii fuisse videtur, quæ vtramque hanc epistolam nomine Liberii scripsit & excogitauit, ea occasione, vt quod ad Liberii defensionem Athanasii, Hilarii & Hieronymi testimonio dicitur, eum per vim & minas coactum Athanasii condemnationi subscripsisse, mendacibus hisce & commentitiis sub nomine Liberii ab Ariano aliquo affictis epistolis improbaretur. Hæc ex Baron. anno 352. num. 18.

EPISTOLA VIII. LIBERII PAPÆ AD VINCENTIVM CAPVÆ EPISCOPVM,

Qua Arianis communione coniunctus, ab exilio liberari petit.

Extat ex collect. Cresco. & Vatica. biblioth. apud Baron. anno 357. num. 45.

NON doceo, sed moneo sanctum animum tuum, frater, eo quod colloquia mala mores bonos corrumpant. Insidiæ malorum hominum bene tibi cognitæ sunt, vnde ad hunc laborem perueni: & ora vt det Dominus tolerantiam. Dilectissimus filius noster Vrbicus diaconus, quem videbar habere solatium, a me per Venerium agentem in rebus sublatus est. Et ideo sanctitati tuæ significandum credidi, me de contentione illa nominis Athanasii recessisse, & ad fratres & coepiscopos nostros orientales literas dedisse desuper eius nomine. Pax nobis vbique est. Dignaberis conuenire omnes episcopos Campaniæ, & hæc illis insinuare, & ex eorum numero vna cum epistola vestra de vnanimitate nostra, & pace ad clementissimum imperatorem nostrum scribere, quo possim & ego de tristitia magna liberari. Dominus te incolumem custodiat, domine frater carissime. Cum omnibus episcopis orientalibus pacem habemus, & vobiscum ego. Me ad Dominum solui, vos videritis, si volueritis me in exilio deficere, Dominus iudex inter me & vos.

Subscriptio & appendix.

EPISTOLA IX. LIBERII PAPÆ AD EPISCOPOS ITALIÆ.

Liberius episcopis catholicis in Italia consistentibus, in Domino æternam salutem.

Extat apud Hilarii frag. lib. 1. pag. 37. & 38.

IMPERITIÆ culpam obliterat resipiscens. Hoc autem & de scripturis sanctis aduertere est. Pietatem ad omnia vtilem esse legimus, cui cedit corporalis exercitatio, quãuis & ipsa vtilitatis retineat fructus, quam sectandam nobis etiam ratio temporis præsentis exposcit. Non enim si aliqui forte qui hoc studii gerunt, ratione prouisam destruere imprudenter sæuiori censura hoc æstimauerint, & non a re, quod iam ex apostolica auctoritate munitum est * de pietate cum dictum est, non esse parcendũ his qui apud Arianum ignorantes egerunt, quibus nescire inlicitum fuit captum errori incidere *, idcirco veritas repedanda est. Sed mihi cui conuenit omnia moderate perpendere, maxime cum & Ægyptii omnes & Achiui accusati sententiam receperunt, multis parcendum quidem his, de quibus supra tractauimus: auctores vero esse damnandos, qui obliqua & maligna subtilitate & caligine offenderunt innocentium sensus, per quæ velamen obducerent veritati, tenebras lucem, & lucem tenebras venditantes.

Igitur si quis ignorationis captum * resipiscens sermonis nostræ aduocationis breuissima, illud virus in se pestiferum Ariani dogmatis subdolum ac tenebrosum fuerit expertus, reparatus exhauriat, condemnet, vehementiusque in auctores eius insæuiat, quos in se violentos expertus est, totumque se fidei apostolicæ & catholicæ vsq; ad Nicænæ Synodi Conuentum de integro mancipet. Per quam professionem, etiamsi quibusdam leue & remissum videtur, recuperet id quod per astutiam rectitatis amiserat. Verum si aliquis tam stolidæ mentis (quod haud credo) fuerit inuentus, qui non solum nolit conuerti, antidotum recipiens sanitatis, venenum virusque noxius sese * vindicare crediderat, & ratione vincetur, & auctori perfidiæ perdite deputatus, ecclesiæ catholicæ spiritali vigore plectetur.

NOTA.

NOTA.

Liberius Ariminense naufragium reparare solicitus, primus indulgentiæ vexillum erexit, ne, qui Arianorum fraudibus circumuenti, Nicææ confessionem deseruisse visi fuerant, extra ecclesiam diutius vagantes, lupis interea præda fierent. Primum quidem iis, qui in Italia lapsi fuerant, subueniendum esse putauit. Orientali autem ecclesię per Eusebium Vercellensem & Luciferum Calaritanum episcopos, ibidem exulantes, ita prouidit, vt iis apostolicæ sedis legatione commissa, potestatem dederit ea agendi, quæ pro temporis & loci conditione expedire iudicarent.

Liberius indulgentiæ vexillum primus erigit.

EPISTOLÆ X. LIBERII PAPÆ COMMVNICATORIÆ FRAGMENTVM AD ATHANASIVM.

Extat apud Athanasium post literas apud Epictetum. Liberii fidei professio.

EST igitur nostra confessio, optatissime Athanasi, Verbum, Dei filium, secundum naturam ex Deo, eodemque patre suo genitum esse, non creatum, semper in imperio collegam Deo & Patri, & indesinenter regnum obtinere in infinita sæcula, amen. Spiritum quoque sanctum vere ex Deo naturaliter Deum, indiuisibilem a Deo, secundum diuinas scripturas; vt sit vere Pater, vere Filius, & vere Spiritus sanctus: neque transferri debere vnumquodque nomen a suo significato, cui assignatum est, quo vera sit Trinitas sub vna deitate, sub vna potestate, & vna substantia: non enim dispertitur Filius, aut Spiritus sanctus a Patris substantia, quæ implet cælum & terram. Est igitur Trinitas (vt dixi) in vna substantia non diuisa, sed per essentiam vna, deitate vna, potentia vna, & regno vna, vna quoque gloria, vna item imagine, vna denique spiritu: Spiritus enim non diuiditur. Anathema igitur dices Sabellii & Arii dogmata, & supra annotatas hæreses, ad æternam pœnam, secundum Saluatoris vocem. Huic igitur confessioni, frater Athanasi, quæ vera fides in sancta catholica & apostolica ecclesia censetur, si mecum sentis, coram iudice Deo & Christo, quæso, subscribas; quo certiores reddamur, num eiusdem nobiscum suffragii sis, eademque statuas de vera fide; vt ego & securior efficiar, tuaque mandata inhæsitanter obeam. Id quoque tibi cognitum velim, carissime, filios veritatis confiteri, impassibilem esse deitatem, & de aduentu

Verbi & Dei in carne ita sentire: verbum scilicet genitum ex Patre Deo hominem perfectum absque peccato assumpsisse ex Maria Virgine, secundum euangelia in Christo Iesu, Amen.

NOTA.

Liberius cur & quando hanc epistolam ad Athanasium scripserit.

Liberius vt eam, quam inita cum Arianis cõmunione incurrerat, hæreseos suspicionem elueret, hanc epistolam communicatoriam, (qua fidem catholicam & orthodoxam profitetur) ad Athanasium, a quinquennalibus latebris sub Iulio Alexandriam reuersum, scripsit, similes vicissim ab Athanasio post tot annorum latebras & exilium expectans. Hanc epistolam a Liberio post Athanasii reditum scriptam fuisse, titulus epistolæ illius, quam Athanasius Liberio reddidit, manifeste indicat: sic enim habet: *Athanasii rescriptum ad Liberium episcopum Romanum.* Si ea, quam reddidit, rescriptum est, scriptas ante a Liberio accepisse oportuit.

Liberius vexillum fidei, lapsu suo ante labefactatum, integrum denuo erigit.

Fragmentum huius epistolæ manifeste satis declarat, Liberium ab exilio reuersum, sedique apostolicæ restitutum, post obitum Felicis, abiecta procul Arianorum communicatione, se in omnibus bene catholicum exhibuisse, fideique orthodoxæ vexillum Arianorum ictibus labefactatum, integerrimum vicissim ac purissimum erexisse, & Ariminensem perfidiam reprobando, ab omni labe ac macula expurgasse.

EPISTOLA XI. LIBERII PAPÆ AD ORIENTALES.

Dilectis fratribus & collegis * *Hypatio, Cyrillo,* * *Hyparchio, Vranio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Heortasio, Seuero, Didymioni, Brettanio, Callicrati, Dalmatio, Aedesio, Eustachio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paulo, Marcello, Heraclio, Alexandro, Adolio, Marciano, Stenello, Ioanni,* * *Macario, Charisio, Siluanio, Photino, Antonio, Ayto, Celso, Euphranori, Meletio, Patricio, Seueriano, Eusebio, Eumolpio, Athanasio, Diophanto, Menodoro, Diocli, Chrysampelo, Neoni, Eugenio, Eustachio, Callicrati, Arsenio, Eugenio, Martyrio, Hieracio, Leontio, Philagrio, Lucio, & in omnibus oriente orthodoxis episcopis, Liberius episcopus, Italiæ, & alii occidentis episcopi, in Domino semper salutem.*

* Hyla. * Hypatchio. * Macari.

VESTRÆ literæ, fratres dilecti, lumineq; fidei illustrati, de pace & concordia ecclesiæ per honoratissimos fratres & episcopos Eustathium, Siluanum, Theophilum

ad nos perlatæ, nobis maximam maximeque optatam lætitiam attulerunt. Id adeo in primis, quod vestras sententias & opiniones, tum cum mea, qui infimus omnium sum, tum cum aliorum episcoporum Italiæ, ceterarumque omnium regionum versus occidentem, sententiis consentire concordareque ostenderunt, atque adeo confirmarunt. Hanc autem catholicam & apostolicam fidem agnoscimus, quæ vsque a Concilio Nicæno hactenus integra stabilisque permansit. Hanc illi ipsi patres se habuisse confessi sunt, atque adeo mira alacritate & gaudio completi, omnia absurdæ opinionis vestigia, omnesque eius quasi scintillas relictas sustulerunt. Hancque fidem non solum apud populum concionando, verum etiam sedulo scribendo, omnibus proposuerunt. Cuius quidem exemplar his literis necessario subiungendum duximus, ne qua hæreticis ad insidias tendendas relicta sit occasio: quam quidem nacti, de integro faces suæ maleuolentiæ in ecclesiam intentent, magnaque dissidiorum incendia (vt illis in more positum est) exsuscitent. Nam & hoc ipsum confitentur honoratissimi fratres nostri Eustathius, Siluanus, & Theophilus: nimirum & seipsos & vestram caritatem semper hanc fidem seruasse, & ad extremum vitæ diem seruaturos esse; videlicet quæ fuerit a trecentis decem & octo episcopis orthodoxis in vrbe Nicæa probata, quæque & perfectam complectatur veritatem, & hæreticorum multitudini ora obturet, eorumque doctrinam penitus euertat. Neque enim tam ingens episcoporum numerus fortuito, sed Dei nutu & voluntate ad furorem Arii comprimendum coactus est. Immo vero eorum numero beatus Abraham tot hominum millia per fidem profligauit. Quæ quidem fides vi & nomine *consubstantialis* comprehensa, tamquam propugnaculum firmum & inexpugnabile, omnes impetus & nefarias pestiferæ opinionis Arii machinas retundit reprimitque.

Et quamquam nequam & scelerati Ariani effecere, vt omnes episcopi occidentis Arimini in vnum cogerentur, quo ibi vel persuasione, vel (vti verius dicam) imperatoris auctoritate, illud quod erat ad summam cautionem in fidei formula positum, aut tollerent, aut peruerse

Quid gestū in Concilio Ariminensi.

inficiarentur : nihil hac fraudulenta molitione omnino profecerunt. Nam omnes illi fere episcopi, qui Arimini conuenerant , quique vel fallacibus inescati illecebris, vel vi compulsi, a fide tum quidem desciuerant ; nunc tamen ad sanam mentem reuersi, fidei formulæ ab episcopis Arimini conuocatis editæ anathema denuntiarunt, & fidei catholicæ & apostolicæ Nicææ confirmatæ subscripserunt, & nobiscum iam vna communicant: omnes illi, inquam, in præsentia maximo iracundiæ æstu contra dogma Arii eiusque discipulos exardescunt. Quam rem vestræ caritatis legati cum explorate cognitam planeque perspectam haberent , suæ ipsorum subscriptioni vestra etiam nomina adiunxere. Ario autem & decretis Arimini contra fidem Nicææ stabilitam sancitis (quibus item vos per versutas blanditias in fraudem inducti cum iureiurando adhibito subscripsistis) anathema edixere.

Concors fides catholica occidentialium.

Quapropter nobis videbatur consentaneum , literas ad vestram caritatem perscribere, vobisque iusta & æqua petentibus opem ferre: præsertim cum per confessionem vestrorum legatorum perspicue intelligeremus, episcopos orientis ad sanam sinceramque mentem reuersos, cum orthodoxis occidentis episcopis in fide concordare. Neque vos ignorare volumus, & blasphemias Arimini contra Filium Dei diuulgatas, iam etiam ab his, qui tum videbantur fraudulenter & repentino impetu a veritate tamquam abrepti, anathemate damnari, & fidei Concilii Nicæni concordi animorum voluntate ab omnibus assensum esse. Quin etiam per vestras literas omnes certiores fieri debent , vt qui per fraudem a recta fide abducti fuerint, iam tandem ex cæca hæresis caligine ad clarum diuinumq; lumen libertatis catholicæ regrediantur. Qui quidem si post hoc Concilium lethale pestilentis doctrinæ venenum euomere * voluerint, omnesque Arii blasphemias ex animis suis radicitus euellere, atque adeo illis anathema indicere: scient se pariter cum Ario & eius discipulis, cum aliis serpentibus, vtpote Sabellianis, Patropassianis , & alterius hæreticæ prauitatis cuiuscumque modi sectatoribus, a communione ecclesiæ , quæ filios adulterinos non recipit, tamquam fœderis & societatis

* fer. noluerint.

expertes omnino excluſos eſſe. Deus vos, fratres cariſſimi, diu ſeruet incolumes.

NOTA.

Hæc eſt illa pacifica & communicatoria Liberii pontificis epiſtola, qua Semiarianorum legati Euſtathius & Theophilus, ſimulata fide, oblatoque Nicænæ confeſſionis libello, Romani pontificis, omniumque prope occidentalium epiſcoporum communionem impetrarunt: quave in Tyanenſi Concilio oſtenſa, Euſtathius Sebaſtenus ſedem epiſcopalem, vnde deiectus fuerat, opera orthodoxorum recepit. Sed quia auctoritate Baſilii, vt diximus in notis Tyanenſis Concilii, aperte conſtat, hæc omnia ab ipſis ſimulate peracta fuiſſe, ipſumque Euſtathium poſtea turpius lapſum eſſe: Liberius omneſque occidentales epiſcopi, eiuſmodi nebulones alias ſæpe damnatos, communioni catholicæ reſtituentes, facilitatis nimiæ iure meritoque redargui fortaſſe poſſent, ſi intima cordis ſcrutari, ſeque ipſos a ſubreptione ſecuros reddere potuiſſent.

Semiarianorum legati ſimulate Romani pontificis, & occidentalium communionem impetrant.

EPISTOLA XII. LIBERII PAPÆ AD OMNES GENERALITER epiſcopos.

Vt nullus pro perſecutionibus, dum durare poteſt, ſuam relinquat eccleſiam, nec quietem magis eligat, quam pro populo ſibi commiſſo laborare intendat.

Dominis ſanctiſſimis & Deo amantiſſimis vniuerſis epiſcopis, Liberius epiſcopus, in Domino ſalutem.

NIHIL eſt quod nos diu ſtare faciet, niſi Dei gratia. Ceterum nequitia diaboli, contemptibile malum, plenum veneno mortifero ſæuit, qui ſurſum atque deorſum circuit, quærens quem deuoret. Vnde vigilare, & ſobrii eſſe ad orationes, & Deo propinquare debemus, & fatuas, Domino auxiliante, hominum inſidias, prout Dominus poſſe dederit, reſpuere, & patres ſequi, & non tranſgredi terminos patrum, (id eſt, vt non relinquamus noſtras, dum in eis perſiſtere aliquo modo valebimus, eccleſias, vt ad alias properemus) aut populos nobis commiſſos negligere, vt * quietem amplius quam pro eis elaborare, pro quibus etiam animas ponere debemus, ſtudeamus, ne reprobi in conſpectu Dei inueniamur, ſed fructuoſos illi manipu-

1. *Pet. c. 5. v. 8.*

* *for.* quieſcere.

los de commissis nobis gregibus, ipso adminiculante, præsentare valeamus: quamquam multi nos persequantur, & oues Christi dilacerare desiderent, qui quasi in vestibus ouium apparent, intus autem sunt lupi rapaces, quos ex fructibus cognoscimus: isti primo quidem videntur ex nobis esse, sed non sunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum. Quando vero suam euomuerint impietatem, dolum qui in eis est, erumpentes, & apprehendentes infirmiores, & eos qui ad eloquia diuina sensus inexercitatos habent, secum eos contrahunt ad perditionem, subuertentes & iniuriantes paternas doctrinas, sicut & sacras scripturas, ad perditionem suam, quos oportet præscienter cauere, ne malitia eorum quidam seducti, abscindantur a propria firmitate:

Psal. 139. *Exacuunt enim linguas suas*, iuxta Prophetæ vocem, *sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum.* Nec nos pigeat per temporales cruciatus pro Christi nomine elaborare, sed emolumenta futuræ remunerationis, huius sæculi vexationes tolerare persuadeant. Scriptum namque est:

Psal. 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Tantum enim a nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequio commodare. Vnde quidem tantum nos necesse est importunis prædicationibus insistere, quanto nobis perfectæ negotiationis creditur duplicata talentorum assignatio, atque dominicæ vocis, ad suscipiendam eius requiem, persuadet assertio. Suggestum namque nobis est, quod pro præteritis laboribus & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibimet, & a Deo commissas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere velint eas, quas tueri debent, ecclesias, & pro ouibus sibi commissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti contradere festinent, & vacationem ab episcopatus laboribus eligere, & silentio atque otio vitam degere magis appetant, quam in his, quæ sibi commissa sunt,

7. qu. 1. Suggestum est nobis.

Matt. 10. & 24. permanere, dicente Domino: *Beatus qui perseuerauerit vsque in finem.* Vnde namque est beata perseuerantia, nisi de virtute patientiæ? Quoniam, secundum Apostolicam

2. Tim. 3. prædicationem, *omnes qui voluerint in Christo pie viuere, persecutionem patiuntur.* Ideoque, fratres carissimi, non vos

afflictionum amaritudo a pio mentis vestræ proposito coarctet recedere. Considerate namque, quanta pro absolutione nostri & liberatione creator, Dominusque & redemptor noster pertulerit, quibusve se contumeliis afficiendum tradiderit, vt nos a vinculis potestatis diabolicæ liberaret. *Attendite itaque vobis & omni gregi, in quo vos* Act. 20. *Spiritus sanctus constituit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit proprio sanguine*; vt non sit, qui vos decipiat aut seducat in subtilitate sermonis, vt plebes vobis commissas relinquatis, & alicui, propter malorum opprobrium hominum, quieti vos tradatis, & vt vos solummodo saluetis, & filios orphanos relinquatis. Apertissime enim Spiritus sanctus per Apostolum dicit, *quia in nouissimis temporibus re-* 1. Tim. 4. *cedent quidam a fide & caritate, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum, & in hypocrisi mendacii eloquiorum cauteriatam habentes suam conscientiam.* Propter quod, *vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.* Mar. 14. Luc. 22. Quæ vero mentis transgressio operatur in his, qui non crediderint sermonibus Domini, & recesserint pro sua quiete a seruitio sibi commisso, & suis se subdiderint voluptatibus? Talibus quippe & aliis pro populo Dei constricti necessitatibus, ne pereatis vna cum omnibus vobis commissis, sed salui sitis in die æternæ retributionis, hortamur vestram caritatem, exemplo eius qui pro nobis pati voluit, promptos vos in cunctis eius permanere seruitiis, nec quidem quoquo modo a commissa cura recedere, sed totis viribus in commissis vobis negotiis fortiter vsque in finem perdurare: *quoniam beatus est, qui perseuerauerit vsque in finem:* Matth. 10. nec laudatur initium, sed finis. *Nemo vos seducat inanibus verbis.* Propterea enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici comparticipes eorum dogmatum, neque communicetis infructuosis verbis illorum, magis autem redarguite: *quoniam cœtus prævaricatorũ sunt, & extende-* Ier. 6. *runt linguam suam quasi arcum mendacii, & non veritatis. Completum est in eis, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus. Veritatem non loquentur. Docuerunt enim linguam suam* persecutores ecclesiarum, earumque sacerdotum, *loqui mendacium. Vt impie agerent, laborauerunt, & renuerunt scire me, dicit Dominus.* State ergo vos, dilectissimi, super vias, & videte. Interrogate de semitis Domini

antiquis,& videte,quæ est via bona sanctorum patrum,& ambulate in ea; & inuenietis requiem animabus vestris.
1. Petr. 3. Sed & si patimini propter Christum, beati eritis. Metum autem eorum ne timueritis, neque conturbemini. Dominum autem Deum sanctificate in cordibus vestris, ipso
Matth. 10. dicente: *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis pas-*
Heb. 12. *seribus meliores estis vos. Rememoramini ergo*, fratres, *eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris, deficientes. Nondum enim vsque ad sanguinem* certauimus, aduersus peccatum repu-* certamini. *gnantes.*

Confidimus autem de vobis, fratres carissimi, melio-
Rom. 8. ra & viciniora salutis, *quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia*, magistro gentium docente, *poterit nos separare a caritate Domini nostri Iesu Christi, & quæ in ipso est, recta fide.*
Heb. 10. *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes aduersariorum, quatenus fidem intemeratam vsque in finem conseruantes, repromissionem percipiamus, quam repromisit his, qui legitime certare deproperant. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, & non tardabit. Ecce enim iudex ante ia-*
Iacob. 5. *nuam assistit, coronas hilariter promittens his, qui pro eo passionibus submittuntur. Quod si subtraxerit se quis, non placebit animæ* suæ, sed cadet de promissione propter negationem. Nos autem non* mea. *simus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Propter quod assumite arma Dei, vt positis resistere in die malo*, aduersus omnes inimicos sanctæ Dei ecclesiæ & ve-
Eph. 6. stros: *& induite vos loricam iustitiæ, calceati pedes in præparationem euangelii pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo positis omnia iacula nequissimi* ignita extinguere: & galeam sa-* ignea. *lutis accipite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem & obsecrationem* radicati & fundati in solatio fratrum pro Christo Iesu Domino nostro. *Sed & nunc*, fra-
Act. 20. tres, *commendamus vos omnes Domino, & verbo gratiæ eius, qui*

potest

potest perficere, & dare hereditatem vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem Deus pacis & consolationis det vobis idipsum sapere in alterutrum, vt vobis inuicem succurratis, & non sitis diuisi; vt vna-
*puto nimes vno ore & * vno corde honorificemus eum in concordiam & Rom.15.*
consolationem fratrum, qui potest confirmare nos secundum euangelium eius, iuxta reuelationem mysterii æterni, temporibus scilicet perpetuis taciti, quibus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Summopere etiam considerare debetis, quod hi qui fratribus inuident, eosque damnare aut perdere cupiunt, per se sua dogmata destruunt. Dicit enim Dominus: *Omne regnum in se diuisum, non stabit: & om-* Matt. 12.
nis scientia & lex aduersum se diuisa, non stabit. Ideoque necesse est, vt concorditer salubres suscipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimes, diuinis & apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini prouidentissima Canonum decreta violari, quatenus & Nicænorum Canonum constituta, & quæ a nobis vel a prædecessoribus nostris sunt prouide & salubriter decreta, intemerata permaneant in futuro.

EPISTOLA ATHANASII ET ÆGYPTIORVM EPISCOPORVM, AD PAPAM LIBERIVM.

De oppressionibus Arianorum.

Domino beatissimo & honorabili, sancto patri Liberio papæ, Athanasius & vniuersi Aegyptiorum episcopi, in vnum synodice apud Alexandriam congregati.

VESTRÆ beatissimæ paternitatis iura penes Deum sunt manifesta, dum prædicationibus scilicet apostolicis & doctrinis, veræ fidei cultura, vniuersa repleta sit terra. Per diuinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria, superædificatur orthodoxa Christi ecclesia, apostolica institutione fundata, & a fidelibus patribus firmissime roborata: ad quam omnes beatissimi apostoli pari honoris & potestatis consortio præditi, populorum agmina conuerten-

tes, pie ſancteque de tenebris ad lumen, de lapſu ad veram fidem, de morte ad vitam homines diuinæ prædeſtinationis gratia præſcitos, ſalutaribus præceptis ac monitis perduxerunt. Quorum ſanctorum apoſtolorum veſtra fraternitas honoranda ſequens merita, & perfectius implens exempla, eccleſiam Dei morum probitate & actuum ſanctitate condecorat, & fide ſacra Chriſtianiſque moribus vigens, quæ fieri Deo placita præcipit, ſtudiis pontificalibus indeſinenter operatur & perficit, ſeruans legis diuinæ mandata; quia *non legis auditores iuſti ſunt apud Deum*, ſicut narrat Apoſtolus, *ſed factores legis iuſtificabuntur*. Nos enim hæc meditari cupientes, & ea quæ a ſancta ſede veſtra apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum prædicatione ſuſcepimus, atque quæ in Nicæna Synodo roborata cognouimus, prædicare, & Arianorum blaſphemias, atque aliorum hæreticorum, repellere cupientes, quotidie ab his perſequimur, & damnationi tradimur, atque morti deſtinamur. Qua de re precamur, vt veſtris exhortationibus tam per vos, quam & per apocriſarios veſtros adiuuemur; ne, dum illi creſcunt, & nos minuimur, vera fides deſtruatur, & eorum hæreſis vltra fidem noſtram creſcat: quoniam timemus, vt *poſtquam abundauerit iniquitas, refrigeſcat caritas multorum.* Pro qua re, multa veſtræ ſacræ doctrinæ tam apud Deum, quam apud cunctos fideles merces & laus repoſita eſt, ſi veſtra hæc reſecentur auctoritate. Noſtram enim fidem, quam a ſanctis patribus accepimus, & tenemus, atque docemus, ſubter inſeruimus, vt ſi aliquis vobis aliter nos credere, aut docere, aut accuſando, aut muſſitando retulerit, vel detrahendo, ſcriptis mandauerit, per hanc manifeſte nos ita credere & docere agnoſcatis.

Rom. 2.

Matt. 24.

Credimus namque in vnum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium, nec non & inuiſibilium factorem. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum ex patre, vnigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non creatum, homouſion, hoc eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt cæleſtia & terreſtria. Qui propter nos homines & pro-

pter noſtram ſalutem deſcendit de cælis, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die: aſcendit in cælum, venturus inde iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt, Erat tempus, quando non erat, & priuſquam naſceretur, non erat, & quia ex nullis ſubſiſtentibus factus eſt, aut ex alia ſubſtantia, vel eſſentia dicunt eſſe trepton, hoc eſt, conuertibilem atque mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia. Hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem & octo patres agnouerunt & amplexi ſunt, & conſonantes & vnanimes ſcriptis explanauerunt.

Sed modo, quoniam contra hæc, vt noſtis, talia exurgunt, qualia non debent, venite, & nos, dilectiſſimi fratres, cum Deo deſcendamus ad viſitationem, id eſt, inquiſitionem ſermonum eorum, & confundamus per approbationem veriſſimam ibidem linguas eorum, eleuatas contra ſcientiam vnigeniti filii Dei, & iniquitatem in altitudinem humanitatis eius loquentes. *Diſrumpamus vincula eorum* per gladium ſpiritualē, quod eſt verbum Dei, & *proiiciamus a nobis iugum ipſorum*, per expugnationem profani ſenſus illorum. Tunc enim ipſe quoq; Dominus *irridebit eos, & ſubſannabit: & tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos*, ſecundum B. Ieremiam, dicens: *Falſo prophetæ iſti vaticinantur in nomine meo. Non enim miſi eos, & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos. Viſionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis. Ideo hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo mendacium: Erunt proiecti in viis Ieruſalem, & conculcatio omnium pie confitentium me, & non erit qui ſepeliet eos.* Nemo enim * ſe abſcondere poteſt quibuſdam ſubreptionibus commentitiis, ſicuti nec foliis fici antiquus transgreſſor præcepti Adam potuit, qui per propriam linguam inuerecunde nudatur. *Laqueus enim fortis viro, labia eius: & captus propriis ſermonibus, & opere manuum eius: retributio autem labiorum eius dabitur ei, & impietatis reprehenſio. Arguam te*, inquit, *& ſtatuam contra faciem tuam. Exiſtimaſti inique, quod eſſem tibi ſimilis. Propterea*, ſicut dicit Dominus ad Gedeon, *deponamus eos ad aquam veræ diſcretionis, & probemus eos ibi regulari examinatione, in idipſum pronos corruen-*

Pſal. 72. Pſal. 2. Eph. 6. Pſal. 2. Ier. 14. Gen. 3. Prou. 6. Pſal. 49. Iudic. 7.

* abſcondi

tes, per ostensionem praui intellectus eorũ, vtrumne sint apud se sapientes, diuini verbi scientiam ignorantes; quo-
Rom. 1. niam *dicentes esse se sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam* catholicæ ecclesiæ propria nouitate & voluntate, siue per ea, quæ illicite in eius defensione gesta sunt, hæreticam turbulentiam introducentes, illud competenter ad nos retinentes, quod bene ad Iesum filium Sirach dictum est:
Eccl. 4. *Vsq; ad mortem certa pro veritate, & Dominus Deus pugnabit pro te.* Huius rei gratia, vniuersalis vobis a Christo Iesu commissa est ecclesia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis
Luc. 11. opem ferre non negligatis: quia *dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet.* Ideoque tanta vrgente necessitate, summopere cõprimite vestra summa auctoritate infestos, releuate oppressos, vt absq; graui, Domino opitulante, difficultate ipsi gratanter omni tempore sacrificare mereamur illæsi. *Et subscriptio*: Æterna te seruet diuinitas per multos annos, sanctissime patrũ pater. amen.

EPISTOLA XIII. LIBERII PAPÆ AD ATHANASIVM ET EPISCOPOS ÆGYPTIOS RESPONSORIA.

Contra perturbatores pacis & quietis ecclesiarum, & tales qualiter puniendi.

Dilectissimo filio Athanasio, & omnibus in vnum congregatis, & de Trinitatis fide recte sentientibus Ægyptiorum episcopis, Liberius papa.

OLIM & ab initio tantã percepimus a B. Petro apostolorum principe fiduciam, vt habeamus auctoritatem pro vniuersali ecclesia, ad rectam defendendã fidem, quatenus nulli liceat statum sanctæ ecclesiæ cõmouere, ad læsionem recte credentium, absq; sui periculo honoris. Epistolam siquidem vestram, nobisq; directam, ante nos recitari fecimus, tribulationes & persecutiones, quas pro recta fide patimini, intelleximus. Super quibus & nos vna vobiscum cõdolemus, & laborare pro vobis, vt pater pro filiis, parati sumus. Fidem vero Nicæni Concilii in eadem epistola rectam reperimus, super qua & Deo gratias vberrimas retulimus, pro qua non solummodo persecutiones & passiones sustinere vobiscum parati sumus, sed etiam si necesse fuerit, mori pro Christi nomine, inquantũ nostra finit fragilitas, non respuimus. Igitur prædictum sanctum

Concilium, vt legimus, definit Nicænum, aliam fidem nulli licere proferre, aut conscribere vel componere, aut sapere vel docere aliter, nec quidquam in fide sentire, aut proferre, quod his patrũ regulis possit obuiare. Qui autem præsumpserit componere aliam fidem aut proferre, docere vel tradere aliud symbolum, ad viam veritatis conuerti desiderantibus de quacumq; hæresi, vel ex Iudæis, vel ex paganis Christianos se fieri volentibus, hi si episcopi fuerint, aut clerici, alienari quidem episcopos ab episcopatu, clericos a clero: si vero monachi, aut laici fuerint, anathemate feriri. Protestatur etenim beatus Apostolus, dicens: *Si quis certat, non coronatur, nisi legitime certauerit.* Et iterum Dominus ait: *Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Videlicet, certaminibus sacris propositis nobis, pro defensione catholicæ ecclesiæ, magnaq; salute ex hoc sperata ab omnium bonorum datore Deo, non deficiant manus nostræ, dilectissimi fratres, per occasionem cuiuslibet desidiæ, dissolutæ: sed fortes efficiamur per gratiã Domini atq; virtutem potẽtiæ eius, *quoniam perfecit pedes nostros tamquam ceruorum*, & super excelsa firmius statuit intellectum summæ eius humanitatis propter nostram salutẽ, maxime tantam habentes impositã sanctorum testium nubem. *Deponentes ergo omne pondus & circumstantem aduersariorũ nouitatem, per patientiã curramus, aspicientes in auctorẽ fidei & consummatorẽ Iesum*, qui in proposito nobis propter eum negotio, spiritum nobis suæ veritatis condonet, loquentem in nobis, atq; perhibentem magnalia fidei per doctrinã sanctorum patrum, quos aduersarii calumniantur quotidie. In prophetis namq; habetur: *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur.* Profecto catholica ecclesia, quæ vera consistit Sion, & ciuitas Christi cælorũ regis, per tot annorum spatia expugnata ab auersantibus verba fidei, qui neq; Deum timent, neque hominem reuerẽtur, sed incassum perducentibus pias & canonicas de hoc verbo doctrinas, dum a diuersis tantisque, scripto & sine scripto, contestationibus inuitati fuissent corrigere propriã & a se pellere hæresim, sicuti & per anteriorẽ cognitionem luculentius demonstratum est, tam per libellos, quam per suggestiones reuerendissimorum sacerdotum, & venera-

1. Tim. 6. Matth. 10.

Psal. 7.

Heb. 12.

Isa. 62.

bilium abbatum, Apostolo protestante nobis, vt *hominem*
Tit. 3. *hæreticum post primam & secundam correptionem euitare debeamus, scientes quia huiusmodi subuersus est, & delinquit proprio iudicio condemnatus*, nullo modo oportet nos deinceps tacere, aut quiescere, ne quoquo modo iniqui iudicemur, odibilem Deo pacem amplectentes: quoniam
Psal. 72. Sophon. 3. Ezech. 22. scriptum est, *Zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum videns:* & dicat etiam de nobis: *Sacerdotes mei contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum & profanum non habuere distantiam, inter pollutum & mundum non intellexerunt:* sed consurgere cum Deo, & consistere prompte, induentes arma spiritus, aduersus malignantes contra fidem eius, vt approbemus spiritus sapienter, id est, verba eorum, si ex Deo sunt. Scriptum est enim in Ieremia:
Ier. 6. *Probatorem dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis viam eorum.* Multa namque nobis necessaria est vigilantia, & tanta diuinæ sapientiæ rimatio, quæ occulta tenebrarum reuelat, ad requisitionem huiusmodi rei & scrutationem, quoniam latet quodammodo & absconditur, vixque comprehenditur dolosa existens malitia, pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, vt valeat scrutantium mentem latere. Quod vtique sciens beatus
2. Cor. 11. Apostolus, ait: *Nam huiusmodi pseudoapostoli & operarii subdoli, transfigurant se in apostolos Christi.* Sed non mirum, *quoniam & ipse satanas transfigurat se velut angelum lucis.* Et ideo non mirum, si ministri eius transfigurantur, velut minister iustitiæ, quorum finis secundum opera eorum.
Matt. 7. Sed & Dominus in hoc præmuniens nos, ait: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.* Ergo in idipsum ex toto corde referentes ante omnia super tali quæstione deprecationem, & dicentes cum
Psal. 118. Dauid: *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: Lucerna enim pedibus meis verbum tuum Domine, & lumen semitis meis; quoniam ipsius est,* sicut ait B. Daniel prophe-
Dan. 2. ta, *sapientia & fortitudo. Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. qui sapientiam*, inquit, *& fortitudinē dedisti mihi, & ostendisti mihi, quæ rogauite*, cum ope diuina, vniuscuiusque personæ conscripta eo-

rum, qui pro nouitatis commento accusati sunt, de venerabili scrinio nostro obsecundantibus, & nobis rationabiliter offerentibus solertius intendamus; ita vt qui hæc præsumpserint præuaricari, primum quidem subiaceant iudicio terribili omnipotentis Dei, deinde autem qualemcumque regalem indignationem reuereantur, per quam, si quidem episcopi aut clerici sunt, a sui sacerdotii, siue a cleri sui ordine modis omnibus excidant: si autem monachi sunt, segregentur, & alieni sint de suis locis. Si autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur eis. Si autem sunt priuati, si quidem nobiles existunt, suarum substantiarum proscriptionem patiantur. Si autem ignobiles, non solum in corpore verberentur, sed exilio perpetuo castigentur: vt omnes timore Dei compressi, & comminata eis digna supplicia reuerentes, immobilem & sine turbatione pacem sanctarum Dei ecclesiarum custodiant. Data 8. Kalendarum Iunii, Asclepio & Deodato viris clarissimis consulibus. Gloria Christo Iesu Domino nostro, pax vobis. amen.

24. qu. 1. Qui contra pacem.

NOTA.

Consules huic epistolæ superadditi, eam de fide suspectam arguunt: nusquam enim eorum nomina fastis alibi adscripta inuenire potui. Vltimo loco hanc epistolam vnicam in tomis Conciliorum prioris editionis extantem huc retuli: quia anteriores omnes secundum ordinem temporum collocaui. Hæc si a Liberio scripta est, eam vel sub Iuliano, vel sub Valente scriptam fuisse oportuit. Est enim responsoria ad epistolam Athanasii, qua scribit, se ab Arianis ad mortem quotidie quæri. Sitne vtraque Athanasii ad Liberium, & contra Liberii ad Athanasium, suspectæ fidei, doctiores iudicent.

Hæc epistola de fide suspecta.

ATHANASII RESCRIPTVM AD LIBERIVM EPISCOPVM ROMANVM,

Quod perfectum hominem assumpserit Deus Verbum.

VNVS Deus, immortalis, inuisibilis, intactilis, eò quod Deus sit spiritus, idemque loco incomprehensibilis, neque vspiam est regio, vbi non existat. Huius verbum, immortalis sapientia est, incorruptibilis, inuisibilis, idemque Filius primogenitus, operum socius, principio

Gen. 1. Gen. 6. Exod. 20. Ioan. 1.

carens, impalpabilis, cui nullum ætatis aut initium aut finis, *per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil.* Hic est qui finxit hominem, hic est qui rationem fabricandæ arcæ ostendit, hic est qui pollicitationes Abrahæ fecit, hic est qui descendit vt populum seruaret, qui Moysi legem dedit; hic est Deus Abrahæ, Isaac & Iacob, qui in prophetis locutus est: hic est testator noui & veteris testamenti, qui in vltimis diebus carnem ex Virgine mortalem assumpsit, cum ipse interim immortalis esset; eamdemque imbecillem, ipse minime imbecillis: obnoxiam morti, ipse nulli obnoxius: visibilem, ipse inuisibilis. Illa, inquam, caro suspensa est in cruce, non ipse: in illa omnes humanas passiones vt homo sustinuit, non ipse. Ipse enim est Dei virtus, hoc est, Deus, qui quæ indissolubilia erant, in inferno soluit, & imperium diaboli destruxit, ascendit eo vnde descenderat, & qui corpus suum a morte excitatum patri repræsentauit, ac vindicauit a morte, sub cuius imperio tenebatur. In Filio Patrem intelligimus, cum vnus cum eo sit, deitate, potentia, essentia, substantia, gloria, Dei appellatione: & in Patre Filium quoque agnoscimus. Hic est, qui vbi assumpserat carnem, Iesus vocatus est, quatenus homo fuit, hoc est, assumpsit hominem in seipso, in quo omnis plenitudo deitatis inhabitat corporaliter. Hunc existimamus non segregatum a Patre, aut sancto Spiritu: neque tamen ita, vt dicamus Patrem descendisse, & in homine fuisse. Ita vnus Deus pater omnipotens a nobis creditur: ideoque fides nostra est in vnum Deum patrem omnipotentem, & in Filium eius Dominum nostrum, & in Spiritum sanctum; eosque ex vnitate vna, potentia vna, substantia, essentia vna, gloria vna, dominatione vna, regno vno, imagine Trinitatis vna, consubstantiales esse credimus, *per quem omnia facta sunt.* Ita quoque carnis resurrectionem credimus, hoc est, corpus nostrum secundum sacras scripturas ex corruptibili mortalique, in incorruptibilitatem & in immortalitatem a Deo mutandum esse. Amen.

DE-

DECRETA LIBERII PAPÆ, PRIORIBVS NON INSERTA,

desumpta ex codice vetusto 16. librorum, lib. 13. cap. 9.

Quod in diebus ieiunii nulla iurgia esse debeant.

IN his ieiuniorum diebus nullæ lites, nullæ contentiones esse debent, sed in Dei laudibus & opere necessario persistendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites quadragesimæ tempore faciunt, & qui debita a debitoribus exigunt, Dominus per prophetam dicens: *Ecce in diebus ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie.* Isa. 58.

EIVSDEM CAPITE DECIMO.

Vt in sacris diebus ieiuniorum coniugati a coniugibus se abstineant.

Abstinendum est in his sacratissimis quadraginta diebus a coniugibus, & caste & pie viuendum, vt sanctificato corde & corpore isti dies transigantur, donec perueniatur ad diem sanctum Paschæ: quia pene nihil valet ieiunium, quod coniugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ & eleemosynæ non commendant.

EIVSDEM CAPITE DVODECIMO.

Si euenerit fames aut inæqualitas aeris, quid agendum.

Si euenerit fames, inæqualitas aeris, pestilentia, vel talis qualiscumque tribulatio, statim ieiuniis, eleemosynis & obsecrationibus, Domini misericordia deprecetur.

ANNO CHRISTI 352.

CONCILIVM ROMANVM
SVB LIBERIO PAPA.

NOTA.

Locus, tempus & causa Concilii. Quæ crimina Athanasio obiecta.

Concilium Romanum.] Habitum est hoc Concilium Romæ initio pontificatus Liberii, anno Christi 352. hanc ob causam. Ariani cum mortem Iulii, & suffectionem Liberii cognouissent, collectis suæ communionis episcopis, Concilium habent in oriente, ex quo dant literas ad Liberium, quibus catholicæ vnitatis communionem ab eo exposcunt, atque Athanasio noua crimina impingunt. Primum hoc, quod post Maximinum Treuirensem, & Seruatium Tungrensem, legatos Magnentii, Alexandriæ hospitio suo exceptos, aduersus Constantium imperatorem ad Magnentium tyrannum scripsisset. Secundum, quod anno Christi 350. Alexandriam reuersus, basilicam ibidem a Constantio extructam, citra ipsius scitum ac iussum consecrare, atque in ea sacram synaxim celebrare ausus fuisset. Tertium, quod per literas ab imperatore in Italiam euocatus venire recusasset. Ad has calumnias in Athanasium excogitatas abstergendas, catholici ex consessu LXXV. episcoporum Ægyptiorum, pro defensione Athanasii ad eumdem Liberium literas huius argumenti reddiderunt; quod per legatos Magnentii catholicos, ad Magnentium Athanasius nihil literarum rescripserit. Maximinum cum Seruatio ab Athanasio hospitio exceptum fuisse, tum quod a Maximino tempore primi sui exilii Treuiris optime habitus fuerit, tum etiam quod vtrumque in Sardicensi Concilio contra Arianorum calumnias sui defensorem fuisse agnouerit. Dominicum imperatoris Athanasium non (quod calumniabantur Ariani,) consecrasse, sed saltem ad petitionem populi, cuius multitudinem ecclesia non capiebat, in eadem sacram synaxin celebrasse, atque in ea pro salute imperatoris preces ad Deum effudisse. Demum ab imperatore in Italiam euocatum non venisse, quia imperator ad commentitias & dolosas Arianorum literas, nomine Athanasii saluum conductum in Italiam veniendi expetentes, responderit, eoque responso veniendi potestatem concesserit, nullamque necessitatem accedendi iniunxerit. Acacius Cæsareensis olim, nunc post obitum Maximi, Hierosolymitanus episcopus Arianus, hoc dolose egerat, vt Athanasius per literas commentitias Constantii in Italiam vocatus, sede Alexandrina absens amoueretur, quem præsentem præ seditionis popularis metu amouere non possent. Hæc ex apologia Athanasii ad Constantium. Vtrimque igitur his literis acceptis, Liberius pontifex Romæ Concilium episcoporum coegit, in quo recitatis partis vtriusque literis, visum est, Arianis id, quod a Liberio postulabant, negandum esse.

Crimina Athanasii refelluntur.

ANNO CHRISTI 352. Ne tamen eiusmodi occasione Constantius imperator, (cuius voluntate cuncta ista fieri sentiebant omnes, qui in eadem Synodo cum Liberio erant) in Romanam ecclesiam grassandi ansam arriperet; illud ibi ab iis tunc decretum fuit, vt legatio de cogendo Aquileiæ Concilio ad ipsum Constantium mitteretur. deputati sunt Vincentius & Marcellus Campaniæ episcopi. Verum cum Magnentianum bellum impedimento esset, quo minus hæc pertractari possent, ad annum sequentem, post expugnatum tyrannum, legatio dilata fuit. Quis effectus fuerit legationis, vide notas seq. Concil. Arelat. Hæc ex epistola Liberii ad Osium & Constantium. Baron. anno 352. num. 11.

Prima legatio in hoc Concilio deputata est.

CONCILIVM ARELATENSE
SVB LIBERIO PAPA.

In quo Paulinus Treuirorum episcopus, quod in Athanasii damnationem subscribere nollet, Arianorum factione depositus est, anno Christi CCCLIII. Liberii papæ II. Constantii Aug. XVII. in Gallia I.

ANNO CHRISTI 355. *IN hac Synodo, cui & Constantius imperator, & Valens atque Vrsacius, aliique Arianæ factionis principes, cum Saturnino Arelatensi episcopo interfuerunt, vi metuque compulsi sunt orthodoxi, vt in Athanasii damnationem subscriberent. Edicto quippe sanxerat Constantius, vt qui subscribere detrectarent, exilio multarentur. De hoc ergo Arelatensi Conuentu Sulpitius Seuerus lib. II. historiæ scribit his verbis:* Cum sentẽtiam Arianorum, quam de Athanasio dederant, nostri non reciperent, edictum ab imperatore proponitur, vt qui in damnationem Athanasii non subscriberent, in exilium pellerentur. Ceterum a nostris tum apud Arelatem ac Biterras oppida Galliarum Concilia fuere. Petebatur vt priusquam in Athanasium subscribere cogerentur, de fide potius disceptarent; nec tum demum de re cognoscendum, cum de persona iudicium constitisset. Sed Valens, sociique eius, prius Athanasii damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non ausi. Ab hoc partium conflictu agitur in exilium Paulinus. *Vnus hic enim Arianorum in hac Synodo conatibus, cum ceteri cederent, constanter obstitit. eamque ob causam a Synodo iam corrupta damnatus, in exilium ab imperatore pulsus est. Hilarius in libello ad Constantium:* Eusebius post A-

relatensem Synodum, cum Paulinus episcopus tantis istorum sceleribus contraisset, venire Mediolanum præcipitur. *Hilarius idem in fragmentis*. Incipiam igitur ab his quæ proxime gesta sunt, id est eo tempore, quo primum in Arelatensi oppido frater & comminister meus Paulinus ecclesiæ Treuirorum episcopus eorum se perditioni, simulationique non miscuit: & qualis fuit illa sententia exponam, a qua referens voluntatem, indignus ecclesia ab episcopis, dignus exilio a rege est iudicatus.

ANNO CHRISTI 353.

NOTA.

Tempus & causa Concilii.

[a] *Concilium Arelatense.*] Cum post deuictum Magnentium, anno Christi 353. audisset Constantius, non ex Arianorum sententia euenisse, vt a Liberio papa ipsi iidem Ariani in communionem acciperentur, atque Athanasius damnaretur, in furorem exarsit; & vt ab omnibus episcopis Athanasius condemnaretur, teste Sulpitio lib. 2. publico edicto mandauit. A quo furore vt eum Liberius pontifex placaret, atque persecutionem cum Athanasio vniuersæ ecclesiæ imminentem anteuerteret, legationem præcedente Romano Concilio decretam ad Constantium Arelate agentem ablegat. Qui cum post expetitum coram imperatore Concilium ab Arianis, quorum complures ibidem inuenerant, solicitati fuissent, vt Athanasii condemnationi subscriberent, responderunt se id facturos, modo ante Arii hæresin condemnarent. Hac igitur occasione, *Itur in Concilium*; verba sunt Liberii in epistola ad Constantium: *accipiunt cum deliberatione responsa: Arii doctrinam se damnare non posse; Athanasium, quod solum exigebant, communione esse priuandum.* Seuer. lib. 2. *Petebatur*, inquit, *vt priusquam in Athanasium subscribere cogerentur, de fide potius disceptarent, & tum demum de re cognoscendum, cum de persona iudicium constitisset. Sed Valens sociique eius, prius Athanasii damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non ausi*, &c. Postquam igitur hæc per decretum statuissent, principio Vincentium primarium sedis apostolicæ legatum importunitate sua, atque Constantii imperio per vim & contumelias inducunt, vt coactus tandem & deceptus, Athanasii damnationi subscribat. Quod *cum ille per vim*, vt inquit Athanasius apologia ad Constantium, *coactus præstitisset*, suo exemplo Fortunatianum Aquileiæ, & Herminum Thessalonicæ ad idem facinus patrandum commouit. Ex eodem hoc Arianorũ Conuenticulo, ideo quod Athanasii condemnationem detestarentur, vna cum Paulino Treuirensi episcopo in exilium missum esse Rodianum, nec non Lucium Annæum episcopum Moguntinum relegatum in Phrygiam, & secundo anno exilii sui, qui est Christi 354. Arianorum insidiis strangulatum, atque in locum eius ab orthodoxis Maximum subrogatum esse, acta eiusdem Maximi, quæ Tri-

Acta Concilii.

Vincentii lapsus.

ANNO CHRISTI 353.

ANNO CHRISTI 355. themius collegit, sæpe atteſtantur. Hæc ex prædictis auctoribus. Baron. anno 353.num.15. vſque ad 23.

CONCILIVM [a] MEDIOLANENSE [b] VNIVERSALE, AC REPROBATVM,

In cauſa Athanaſii ſub Liberio habitum.

Præter ſynodalem epiſtolam ad Euſebium Vercellenſem ſcriptam, huius Conciliabuli, æterno ſilentio & obliuione digni, nihil extat. Epiſtolam ipſam poſt notas noſtras, noſtra hactenus obſeruata methodo, ſubiungemus.

NOTÆ.

[a] *Concilium Mediolanenſe.*] Hoc eſt illud Concilium, quod occaſione promulgati ab imperatore edicti de ſubſcribendo ſub pœna exilii condemnationi Athanaſii, a Liberio pontifice ad auertendam ab eccleſia imminentem perſecutionem duabus legationibus ſupra habitis fuerat expetitum, & ab imperatore Conſtantio eo conſilio ac intentione conceſſum, vt trecentos & amplius occidentis epiſcopos catholicos vno loco congregatos ad condemnandum innocentem Athanaſium per vim compelleret, nolentes vero ſedibus ſuis exturbatos relegaret.

Hoc Concilium a quibus indictum, & qua occaſione ab imperatore congregatum.

[b] *Vniuerſale.*] Vniuerſale & œcumenicum fuit Concilium, quod permiſſu Conſtantii imperatoris a Liberio pontifice eſt indictum. Ad hoc (orientalibus fere omnibus morbo vel itineris longitudine impeditis, pauci tamen præſentes fuerunt) Lucifer epiſcopus Calaritanus, Pancratius presbyter & Hilarius diaconus ſedis apoſtolicæ legati, cum occidentalibus epiſcopis trecentis & amplius conuenerunt, Arletione & Lolliano conſulibus, anno nimirum Chriſti 355. qui eſt Liberii pontificis quartus, & Conſtantii imperatoris decimus nonus. Scribit enim Seuerus lib. 2. exilia epiſcoporum ex eodem Concilio irrogata prædictis conſulibus contigiſſe. Tyrannidem Conciliabuli Euſebius Vercellenſis præuidens, eidem intereſſe recuſauit; per ſynodicas tamen ab Arianis nomine totius Synodi conſcriptas, perque epiſtolam legatorum pontificiorum vt veniret rogatus, adfuit.

Oecumenicum Cõcilium fuiſſe probatur. Numerus epiſcoporũ.

Tempus Concilii.

Reprobatum fuiſſe Concilium, actorum quæ apud Hilarium, Athanaſium, & Seuerum ſuperſunt fragmenta euidenter atteſtantur. Cum enim huic Conuentui, ab eccleſia ad palatium tranſlato, vna cum ſatellitio adhuc cruentus innoxiorum ſanguine præſideret hæreticus imperator, cumque in eo Arianis omnia concederentur, catholicis autem epiſcopis, ſuffragiis eorum vetitis, interciſis ac vilipenſis, omnia negarentur, parati aſtarent commentarienſes

Concilium hoc reprobatum fuit.

atque expediti lictores, sancirentur non Canones, sed episcoporum degradationes, scriberentur ac subscriberentur exiliorum sententiæ; cum denique in eodem Ariana procacia, orthodoxorum constantiam & in dicendo libertatem per vim opprimens, nihil non auderet, quis non illi præfixum Concilii nomen iure ademerit, idque tyrannicam potius consultationem, diaboli synagogam, Conuentum malignantium, coniurationem Arianorum, factionem sceleratorum, conspirationem impiorum, ac demum publicorum latronum violentam grassationem appellauerit? ANNO CHRISTI 355.

Acta Conciliabuli.

Acta Conciliabuli ab Hilario libello ad Constant. Seuero lib. 2. histor. Athanasio epist. ad solit. descripta, hic summatim recensita hæc sunt: Inchoato Concilio in absentia imperatoris adhuc catechumeni, (quippe cui legitimo Concilio interesse non liceret) conuenerant fere catholici episcopi, se omnia, quæ postularent Ariani, facturos esse, si Nicænæ fidei priores subscriberent: quod cum Valens & Vrsacius Arianæ factionis principes ac nebulones relapsi, fieri posse negarent, & paulo post epistolam imperatoris omni prauitate & falsitate refertam in ecclesia legendam proposuissent, populus magno cum clamore eam, quasi veritati contrariam, est auersatus. Vnde illi veriti populum, ab ecclesia in palatium transeuntes, Concilium in sæculare iudicium commutarunt. In quo dum Valens & Vrsacius Athanasii nouas calumnias, supra in notis Romani Concilii recensitas, atque adeo nouam condemnationem proponerent; illi vero tamquam infames relapsi ac fœdifragi, a catholicis non audirentur, impius imperator assurgens: *Ego*, inquit, *Athanasii accusator sum, meo nomine illis credite*. Lucifero autem, Eusebio, Dionysio, aliisve Athanasii defensoribus magna audacia & libertate respondentibus, reum absentem ac non auditum iniuste damnari; concitatior in Athanasium factus, edictoque promulgato Athanasium damnari, sede sua deiici & exturbari, eius defensores omnes relegari iubet: ac demum data Arianis potestate, quidvis in Athanasium pro arbitratu suo constituere permittit. Lata sententia ad subscribendum cõdemnationi solicitantur omnes episcopi catholici. Plurimi, qui ipsius condemnatione bellum ecclesiæ sopitum fore sperabant, obtemperantes subscripserunt, cumque Arianis communicarunt. Legati autem apostolici, Dionysius Mediolanensis, Eusebius Vercellensis episcopus, ne condemnatione Athanasii fidem quoque Nicænam damnare viderentur, subscribere recusantes, post Hilarium diaconum virgis cæsum, postque subscriptum nomen Dionysii, arte quadam & industria Eusebii, e tabella expunctum, omnes in longinquas & diuersas regiones relegati fuerunt. Post hæc notarii & palatini per prouincias emissi, episcopos omnes in ecclesiis suis commorantes ad parendum sententiæ coegerunt; nisi facerent, vincula, contumelias, exilia, bonorumque omnium direptiones expectarent. His auditis Liberius pontifex epistolam encyclicam, quam supra VI. collocauimus, ad episcopos exules misit, qua gloriam illorum laudans, conqueritur

Athanasius iniusto iuris ordine condemnatur.

Recusantes subscribere sententiæ condemnatoriæ relegantur.

Omnes episcopi sub pœna exilii iubentur subscribere.

ANNO CHRISTI 355. se cum ipsis esse non posse. Cogitantes secum Ariani, se breui omnes superaturos, si in suam sententiam Liberium Romæ episcopum pertrahere possent, Constantium imperatorem ad eum alliciendum & trahendum impellunt. Is igitur Eusebium spadonem præfectum cubiculi cum donis & literis ad eum mittit, vt per dona blandiendo, per literas minando, subscriptionem pontificis extorqueret. Quæ omnia, cum (donis & muneribus ab ipso pontifice contemptis) eunuchus frustra egisset, Leontius vrbi præfectus, metu populi amore Liberii flagrantis, medio noctis eum furtim abducere coactus fuit. Mediolanum cum veniisset, Constantius post dialogum, quem infra posuimus, cum eodem habitum, eumdem in exilium, quod præelegerat, in Thraciam deportari mandauit. Quos illi Constantius & imperatrix in sumptus exilii obtulerant, mille aureos, cum hac exprobratione remisit: *Tu ecclesias orbis terræ expilasti, & iam mihi vt damnato & egenti affers eleemosynam? abi primum, & Christianus ipse fias.* In locum relegati pontificis, Felicem diaconum Liberii, catholicum schismaticum pontificem Ariani suffecerunt: cuius communionem, licet fidem Nicænam integre seruaret, vniuersus populus catholicus cum clero Romano vsque ad lapsum Liberii vitauit; vtpote quod schismaticus esset, ab Arianis intrusus, eorumque communione pollutus. Eiecto in exilium Liberio papa, furorem suum Ariani conuertunt in Osium Cordubensem episcopum, gloria confessionis iam ante sexaginta annos illustrem, & tunc prope centenarium. Qui a Constantio euocatus, imperatorem magnis rationibus conterritum a sententia deduxit, atque ita in patriã & ecclesiam suam rediit. Rursum eum ad se accersit imperator, & cum ad subscriptionem in Athanasium impellere nequiret, pro exilio, integro anno illum Sirmii detinuit.

Liberius relegatur.

Liberius munera imperatoris spernit.

Osius ad subscribendum solicitatur.

His episcoporum relegationibus & exturbationibus imperator necdum contentus, impulsu Arianorum ad rectores prouinciarum scribit, vt omnes orthodoxos clericos & populos, qui Arianorum communionem detestabantur, ad communicandum cum illis impellerent. Quam vim impiam Hilarius ex coniugato recenter factus episcopus Pictauiensis, vitam deinceps cælibem agens, oblato libello supplici, qui inter eius opera & apud Baronium extat, deprecatur. Hoc eius petitioni in Gallia indulgendum esse censebat, ne Gallias, quas sciebat esse catholicas, ob inuasionem barbarorum nutantes a se alienaret. Hæc ex prædictis auctoribus. Baron. anno 355. per totum.

Omnes catholici per vim ad cõmunionem Arianorum adiguntur.

ANNO CHRISTI 355.

[a]EPISTOLA SYNODICA. CONCILIVM MEDIOLANENSE

EVSEBIO FRATRI IN DOMINO SALVTEM.

Extat in actis vitæ S. Eusebii ex archiuo Vercellensi edita.

NON ignorat cariſſima nobis dilectio tua, quam ſit precioſum vinculum caritatis & pacis, domine cariſſime frater. Et quia hoc cuſtodire nos, qui eccleſiæ catholicæ præſumus, diuina Domini præcepta docuerunt: ideo plenum ſanctitatis & iuſtitiæ arbitrati ſumus, vt cariſſimos coepiſcopos noſtros * Euſtomium & Germinium, qui ad Concilium conuenimus, vt ad dilectionem tuam pergerent, mitteremus, & omnia patienter quæ aguntur inſinuarent, & patefacerent; vt nobis coniuncta fides tua pariter atque concordia ea ſequantur, & quæ Deo & vnitati placeant, complectantur. Itaque ſinceriſſima prudentia tua (quod ſpecialiter & ſalubriter admonemus) audiat ſupradictos; & communicato pariter cum his conſilio, definiat quod de nomine hæreticorum Marcelli, & Photini, necnon & Athanaſii ſacrilegi, totus prope definiuit orbis: ne non tam veritati, quam * intentioni parere videaris. Multa in literis nos ſcribere non oportuit: eos enim ad te miſimus, qui quod literis nunc neceſſe non fuit comprehendi, ipſi rectius proſequantur. Quod ſi alias, quam optamus, caritas putauerit eſſe faciendum; ſcito iuxta eccleſiaſticam diſciplinam id nos definituros, quod regula euangelica iubet: nec nobis poſtea imputabis, qui infinitam patientiam retinentes, fratres noſtros memoratos, ad te vt venirent, deprecati ſumus.

*Eudoxium

*contentioni

*ſpecialem

NOTA.

[a] *Epiſtola.*] Ne mireris, lector amice, Athanaſium hic ſacrilegum nominari; ſcias, hanc epiſtolam ab Arianis nomine totius Concilii ſcriptam fuiſſe, eamque duos epiſcopos eiuſdem factionis ad eumdem pertuliſſe, qui eum cogerent, vel ſaltem rogando inducerent, ne Synodo intereſſe dedignaretur.

EPISTOLA

ANNO CHRISTI 355.

EPISTOLA LEGATORVM SEDIS APOSTOLICÆ AD EVSEBIVM,

Qua rogant eum, vt ad profligandam Arianorum hæresin Synodo interesse non grauaretur.

Domino honorificentissimo Eusebio episcopo, Lucifer episcopus, Pancratius presbyter, & Hilarius.

CALCATO capite diaboli & suggestionibus prauis, domine sancte, gratiam tibi a Domino nostro concessam, rogamus, noli negligere, sed vt quantocius inuadēte effugetur Arianorum dogma, iam accelerare dignare. Scit enim Dominus & Christus eius, quia sicut in aduentu beatissimorum apostolorum glorificatur Dei nomen in ruina Simonis, ita Valente expulso in aduentu tuo, dissoluta blasphemantium Arianorum machina penitus destruatur. Nos, domine sanctissime, a prima die qua Vercellas venimus, religionem tuam vsque in hodiernum cupimus, & Dominum rogamus, vt in hac ecclesia restaurationem perpetuam laudent sancti omnes, tuamque *specialem *spiritualem virtutem debita laude prosequantur. Quod credimus peruenturum, quia passionem Saluatoris superari non posse confidimus. Christus Dominus te gloriosum conseruet, sanctissime ac beatissime.

Extat ex archiuo Vercellensi edita in actis vitæ S. Eusebii.

EPISTOLA CONSTANTII AD EVSEBIVM,

Qua eum ad communicandum cum Arianis ante eius relegationem hortatur.

Constantius victor ac triumphator semper Augustus, Eusebio episcopo.

METIRI facile posse, rei magnitudine commonente, grauitatem tuam, omnibus ad meam diligentiam pertinentibus præferre me coram religione superna, quod præcellit, & in meo animo præminere confido, tamen id prudentiæ tuæ, documentis etiam frequenter emissis, compertum, cum perspicias, id me agere nocti-

Habetur in actis Eusebii.

bus ac diebus, quod ad venerabilem cultum proficere posse confido. Quid enim mihi gratius esse aut vtilius, quam Deo animum deuouisse: vsqueadeo, vt huiusmodi studio facilitatem omnem sentiam esse obnoxiam? Itaque ecclesias venerabiles ex intimo mentis affectu semper intueor, earumq; vnitatem omnibus salutarem cupio recuperare ac firmiter obtinere: ob quam causam Conuentum sanctorum episcoporum in Mediolanẽsi placuit fieri ciuitate, eos vel maxime qui alibi gesta possint facile *reuelare, in diuersis quippe prouinciis episcoporũ sunt coacta Concilia. sed quid per singulos concordi vnanimitate decreuerunt prudentissimi episcopi, in Synodo Mediolanensi perspicue declaratum est. Denique venientes pauci de prouinciis singulis voluntate communi vnanimes protulerunt, & iuxta venerationem legi debitam firmauerunt. Quod ergo religioni * fuerat consentaneum, eorumdem placito corroboratum est; vt ad sanctitatem tuam quatuor de consortio suo censuerint esse mittendos, pariter commonentes se id sequi grauitatem tuam, quod ad vtilitatem ecclesiæ non abhorret. Nos certe qui esse Dei famulos gloriamur, hortamur pariter ac monemus, vt consensui fratrum tuorum adhærere non differas. Confidimus quippe, cum hoc fuerit factum, vnitate firmissima posse ecclesias gratulari. Deus te semper tueatur multos annos, frater carissime atque amantissime.

Anno Christi 355.

*reuelle-re,

*religio-sis

DIALOGVS CONSTANTII CVM LIBERIO MEDIOLANI HABITVS,

Quo eum ad condemnandum Athanasium inducere conatus fuit.

Imperator Constantius.

A notariis exceptus recitatur a Theodoret. lib. 2. c. 16.

NOS, quoniam Christianus es, & nostræ ciuitatis episcopus, idcirco duximus operæ precium te accersere, hortarique vt communionem nefariæ impii Athanasii dementiæ repudies: nam hoc recte se habere censet totus terrarum orbis, & eum sententia Concilii ab ecclesiastica communione segregandum iudicauit. *Liberius episcopus*: Iudicia quidem ecclesiastica, o imperator, sum-

ANNO CHRISTI 355. ma cum æquitate fieri debent. Quapropter si tuæ clementiæ ita visum sit, iudicium haberi iubeto. Et si Athanasius videatur damnationem commeruisse; tum sententia, prout ordinis ecclesiastici formula postulat, contra eum pronuntiabitur. Nam fieri non potest, vt quemquã condemnemus, de quo non factum sit iudicium. *Constantius*: Totus terrarum orbis non de eius impietate solum, verum etiam quod semper tempus ludere conatus est, sententiam tulit. *Liberius episcopus*: Qui eius damnationi subscripserunt, non res gestas oculis ipsi aspexerant: sed hoc est ab aliis factitatum, vel quod gloriam abs te assequi, vel quod metu perculsi, vel denique quod infamiam extimescere viderentur. *Constantius*: Quid est, quæso, gloria, quid metus, quid infamia? *Liberius*: Qui gloriam Dei non amplexantur, sed tua munera ei prætulerunt, hi hominem absque iudicio condemnabant, quem nunquam oculis vidissent: quod est a Christianorum officio plane alienissimum. *Constantius*: Atqui in Cõcilio Tyri celebrato, de Athanasio, cum ipse præsto adesset, iudicium factum est, & omnes orbis terrarum episcopi, qui in eo Concilio aderant, eum condemnauerunt. *Liberius episcopus*: Nunquam sane de eo præsente iudicium exercebatur. Nam episcopi, qui conuenerant, illum tum condemnabant, cum e consessu egressus fuerat: & certe temere atque inconsulto condemnabant.

Hoc loco Eusebius eunuchus: Athanasius (inquit) alienus a fide catholica in Concilio Nicæno declaratus est. *Liberius*: Quinque tantummodo, qui cum eo vna nauigarant, in Mareote iudicium de eo fecerunt; quos quidem aduersarii eius eo miserant, vt contra eum reum factum commentarios contexerent: atque ex illis, qui missi erant, duo exierunt e vita, Theognis nimirum & Theodorus: reliqui tres, hoc est Manes, Valens, & Vrsacius, etiamnum supersunt: de quibus ad eamdem rem missis, in Concilio Sardicensi sententia de hac controuersia lata est: qui etiam in eodem Concilio libellos supplices dederunt, postulaueruntque veniam pro eo, quod commentarios vnius partis suffragiis per calumniam contra Athanasium in Mareote confecerant: quos libellos iam habemus in manibus. Vtris istorum, imperator, nobis credendum

Procax Eusebii calumnia & mendaciũ portentosum.

communicandumque est? Illisne, qui primo eos condemnarunt, secundo autem veniam petierunt; an his, quorum iam sunt condemnati sententiis? ANNO CHRISTI 355.

Epictetus episcopus Arianus quid in Liberium.

Hic tum Epictetus episcopus: Non fidei (inquit) causa, imperator, hodie, neque iudiciorum ecclesiasticorum faciendorum studio adductus Liberius hunc instituit sermonem; sed quo possit apud senatores Romanos gloriari, se rationibus imperatorem superasse. *Constantius:* Tantane orbis terræ pars, Liberi, in te residet, vt tu solus homini impio subsidio venire, & pacem orbis ac mundi totius dirimere audeas? *Liberius:* Esto quod ego solus sim: non tamen propterea causa fidei fit inferior. Nam olim tres solum erant reperti, qui regis mandato resisterent. Tunc Eusebius eunuchus: Tu (inquit) imperatorem facis alterum Nabuchodonosor? *Liberius:* Minime sane: sed non minus temere tu hominem condemnas, de quo nullum factum sit iudicium, quam ille olim. At ego æquum censeo, vt prius proponatur generalis episcoporum subscriptio, qua fides in Concilio Nicæno exposita confirmatur: deinde vt fratribus nostris ab exilio reuocatis, & ad suas ipsorum sedes restitutis; si isti, qui nunc tumultus cient, fidei apostolicæ assentiri comperiantur; tunc omnes contendamus Alexandriam, vbi reus, vbi accusatores, & causæ eorum patroni sunt: atque litigantium causa diligenter cognita, sententiam de ea pariter feramus.

Liberii magnanimitas.

Epictetus: At ad episcopos eo conuehendos equi, iumenta, & rhedæ, quibus cursus publicus confici solet, non satis erunt. *Liberius:* Negotia ecclesiastica publicam vecturam non desiderant: quandoquidem ecclesiæ episcopos suos a mari vsque ad mare deducendi satis habent facultatum. *Constantius imperator:* Res de quibus constituta est formula, infringi nequeunt: siquidem plurium episcoporum rata debet esse sententia. Tu solus impii illius amicitiam complexaris. *Liberius:* Nunquam auditum est, imperator, reo absente, iudicem de impietate ac scelere sententiam pronuntiasse, quasi priuatum odium in hominem exerceat. *Constantius:* Etsi omnes communiter, me tamen maiore quam ceteros affecit iniuria. nam non contentus est post fratris nostri maioris natu

ANNO CHRISTI 355. Constantini internecionem, sed beatæ memoriæ Constantem minorem natu fratrem nunquam cessauit ad inimicitias nobiscum suscipiendas incitare: quod sane factum fuisset, nisi nos æquiore animo & incitantis bilem tulissemus. Quare præclaram illam victoriam de Magnentio & Siluano partam non tanti facerem, quanti istius ab ecclesiasticarum rerum administratione abdicationem.

Detegit Constantii animi praauum affectum.

Liberius: Noli per episcopos tuas vlcisci inimicitias: nam virorum ecclesiasticorum manus sanctificationi vacare debent. Quapropter, si placet, iube episcopos ad proprias sedes restitui. Atque si videantur cum eo, qui etiam iam rectam veramque fidem in Nicæno Concilio expositam tuetur, consentire; tum in vnum conuenientes, paci orbis terræ prouideant: perficiantque vt non compertum sit aliquando, hominem, qui non deliquerit, damnatum esse. *Constantius:* Vnum est quod quæritur: volo vt tu ecclesiarum communionem amplectaris, & deinde Romam redeas. Proinde consule paci, subscribe, vt Romam reuertaris. *Liberius:* Iam fratres, qui Romæ sunt, valere iussi. Nam leges ecclesiasticas obseruare, pluris faciendum censeo, quam Romæ habere domicilium. *Constantius:* Itaque trium dierum spatium tibi ad deliberandum concedimus, vtrum subscribere volueris, & ita Romam redire: an tecum constitueris, quem ad locum transferri placeat. *Liberius:* Spatium trium dierum, aut mensium, rationem non mutat: quare mitte me quo lubet. *Constantius:* Post biduum cum iudicium actum fuerit de Liberio, si consilium non mutet, exulet velim vsque Beroeam Thraciæ.

EPISTOLA OSII,

Quam secundo ad subscribendum solicitatus, scripsit ad Constantium.

Osius Constantio imperatori S. P. D.

Exrat apud Athanas. epist. ad solitar. vitam agent.

EGO confessionis munus expleui, primum cum persecutio moueretur ab auo tuo Maximiano. Quod si tu quoque persecutionem moues; etiam nunc ad quiduis

potius sustinendum paratus sum, quam vt effundam innocentem sanguinem, & veritatem prodam. Teque nequaquam probo talia scribentem, & istiusmodi minas denuntiantem. Desinas igitur istiusmodi scribere, neque sentias cum Ario, neque audias orientales, neque Vrsacio & Valenti fidem habeas: quæ enim illi dicunt, non ob Athanasium, sed ob suam hæresin dicunt. Mihi crede, qui tuus auus ætate esse possem. Fuit ipse in Sardicensi Concilio, cum tu, tuusque frater B. Constans nos omnes eo conuocabat: ipseque vltro Athanasii inimicos prouocaui, cum ad ecclesiam, vbi ego commorabar, aduenissent, vt si quid contra eum haberent, ederent: promisique eis securitatem, neve quidquam aliud expectarent, quam rectum in omnibus iudicium; idque non semel, sed bis feci. Quod si nollent rem ab vniuersa Synodo disceptari; saltem me iudice vterentur: promisique etiam, nos Athanasium, si in noxa reperiretur, omnibus modis eiecturos esse. Quod si innocens deprehendatur, & vos ostenderit calumniatores, & æque illum recusaueritis: ego illi persuadebo, vt mecum in Hispanias veniat. Athanasius autem his conditionibus obtemperauit, nihil contra oblocutus: illi vero ad omnia æque diffidentes recesserunt. ANNO CHRISTI 355.

Osius defendit Athanasium.

Athanasius deinde tuis literis accersitus venit in castra tua, omnesque inimicos suos, qui Antiochiæ præsto erant, sigillatim accersiri iussit, vt aut redarguerent, aut redarguerentur, & aut se præsentem commonstrarent ea fecisse, quæ obiecerant; aut ne absentem calumniarentur. Sed ne te quidem hæc ipsis denuntiantem sustinuerunt, minime istiusmodi conditiones admittentes. Cur igitur nunc audis obtrectatores eius? Aut cur toleras Valentis & Vrsacii criminatores, pœnitentia & scripto professos se calumniam fecisse? Confessi enim sunt suam sycophantiam, non vi adacti, vt ipsi causantur, cum nulli ibi milites incumberent, & tuus frater nesciret. Nihil enim tale sub ipso agebatur, qualia nunc fiunt: sed illi vltro Romam venerunt, & coram episcopo presbyterisque ibi præsentibus confessionem suam scripto ediderunt, cum prius pacatas literas & amicas ad Athanasiũ dedissent. Quod si iis libet vim causari, idque pro malo

ANNO CHRISTI 355. habent, nec a te probatur: omitte igitur & tu violentiam tuam, nec literas scribe, nec Comites mitte, sed relegatos exiliis libera: ne te de vi querente, maiorem vim illi sub tuo nomine exerceant. Quid enim tale a Constante actum est? aut quis ibi episcopus relegatus? aut quando iudiciis ecclesiasticis interfuit? aut quis ipsius palatinus vim adhibuit vt contra aliquem subscriptio fieret? vt idem Valens cum suis aliquid colligat, habeatque quod obiiciat.

Osii constans & pia admonitio.

Desine, quæso, & memineris te mortalem esse; reformida diem iudicii; serua te in illam diem purum; ne te misceas ecclesiasticis, neque nobis hoc in genere præcipe, sed potius ea a nobis disce. Tibi Deus imperiū commisit; nobis quæ sunt ecclesiæ concredidit. Et quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ: ita & tu caue, ne, quæ sunt ecclesiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. *Date* (scriptum est) *quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei Deo.* Neque enim fas est nobis, in terris imperium tenere: neque tu thymiamatum & sacrorum potestatem habes, imperator. Hæc quidem ob curam tuæ salutis scribo: & de iis quæ in epistolis scribis, hanc meam sententiam accipe. Ego neque Arianis assideo, neque suffragor, sed eorum hæresin anathemate damno: neque in Athanasium accusationibus subscribo; quem nos, & Romana ecclesia, & vniuersa Synodus innocentem pronuntiauit. Nam & tu quoque cum rem cognitam perspectamque haberes, Athanasium accersiuisti; feciſtique ei copiam, vt cum honore in patriam & in ecclesiam reuerteretur. Quæ igitur causa est tantæ huius mutationis, cum iidem inimici eius sint, qui antea fuerunt? & quæ nunc susurrant, nihil eorum, cum ille præsens esset, hiscere audebant; sed ea, antequam accerseres Athanasiū, obmurmurabant: quo tempore a me conuenti (quemadmodum superius dixi) vt ederent criminum documenta, nihil in medium adducere potuerūt: nam si quidquam potuissent, non ita turpiter aufugissent. Quis te igitur induxit, vt post tantum temporis, tuarum literarūm & sermonum obliuiscereris? Inhibeto, quæso, neque aures præbeas malis hominibus, neque ob mutuas inuicem

Matth. 22. Luc. 20.

cum illis gratificationes teipſum reum facias. Quæ enim eis indulſeris, de illis in iudicio ſolus cogeris cauſam reddere: iſti ſuum inimicum per te ſatagunt iniuria afficere, teque volunt miniſtrum ſuæ malitiæ eſſe, vt per te deteſtabilem hæreſim in eccleſia ſeminent. Non eſt prudentis, in gratiam alienæ libidinis ſeipſum in periculum certum coniicere. Deſine, quæſo, & auſculta mihi, Conſtanti: hoc enim decet & me ſcribere, & te non vilipendere. ANNO CHRISTI 355.

CONCILIVM BITERRENSE ANNO CHRISTI 356.

SVB LIBERIO PAPA.

De quo Hilarius Pictauorum epiſcopus Saturnini Arelatenſis dolo in exilium actus eſt, anno Chriſti CCCLVI. Liberii papæ v. Conſtantii Aug. xx. in Gallia IV.

SYNODI *Biterrenſis poſt Arelatenſem meminit, vt dictum eſt, Sulpitius Seuerus. In hac cum hæreſim Arianam ingerere pararet Saturninus epiſcopus Arelatenſis, fidei periculum præuidens Hilarius, epiſcopis qui ad Synodum conuenerant, hæreſeos cognitionem obtulit, vt cauerent, ingerendæque blaſphemiæ patronos denuntiauit. ſed fruſtra, vt ipſemet narrat in libro aduerſus Conſtantium:* Quibus poſtea, *inquit*, Gallicanis nimirum epiſcopis, per factionem eorum pſeudoapoſtolorum ad Biterrenſem Synodum compulſis, cognitionem huius hæreſeos obtuli. Sed hi timentes publicæ conſcientiæ, audire ingeſta a me noluerunt: putantes ſe innocentiam ſuam Chriſto poſſe mentiri, ſi volentes neſcirent quod geſturi poſtmodum eſſent ſcientes. *Et in libro de Synodis.* Manſit namque, atque etiamnunc permanet, poſt Synodi Biterrenſis profeſſionem, in qua patronos huius hæreſeos ingerendæ quibuſdam vobis teſtibus denuntiaueram, innocens, inuiolataque religio. *Ea re commotus in Hilarium Saturninus, & quia is iam ante poſt Paulini, aliorumque exilium, a Saturnini & ſociorum ſe communione ſeparauerat, aduerſantem conatibus ſuis non ferens, egit, circumuento falſis Synodi nuntiis Conſtantio, vt Hilarius in exilium pelleretur. Quod Hilarius item ipſe docet in eodem libro de Synodis:* Vos comparticipes

ANNO CHRISTI 355.

ANNO CHRISTI 356. ticipes exilii mei, in quod me Saturninus, ipsam conscientiam suam veritus, circumuento imperatore detruserat. *Et in libello ad Constantium, cuius exordium,* Non sum nescius: Exulo autem, *inquit*, non crimine, sed factione, & falsis nuntiis Synodi apud te imperatorem pium, non ob aliquam criminum meorum conscientiam, per impios homines delatis. *Hieronymus denique de scriptoribus ecclesiasticis:* Hilarius vrbis Pictauorum Aquitanicæ episcopus, factione Saturnini Arelatensis episcopi, de Synodo Biterrensi Phrygiam relegatus.

ANNO CHRISTI 356.

NOTA.

[a] *Concilium Biterrense,*] Cum episcopi fama celeberrimi ob fidem catholicam in exilium acti essent, iamque satis Arianorum persecutio aduersus ecclesiam catholicam declarata esset, Hilarius & episcopi Gallicani in vnum conuenientes, edito decreto, se mutuo consensu a communione Saturnini, Valentis & Vrsacii separarunt, addentes excommunicationis sententia feriendos esse, qui ad vitandam eorum communionem admoniti, sententiæ episcoporum catholicorũ non obtemperarent. Quod cum inter alios Arianos Saturninus Arelatensis episcopus iniquo animo ferret, indignum iudicans se ab episcopis suæ prouinciæ communicatione excludi, & anathemati traditum ab omnibus euitari, fauore Constantii egit, vt in sua diœcesi prope Arelatem Biterris Concilium cogeretur, ad quod vi præsidum catholici episcopi venire compellerentur. Hoc Conuentu coacto, S. Hilarius timens, ne Ariani, quod alias ante hæc fecerant, simulate sub mentito *substantiæ* nomine, simplicitatem plurimorum orthodoxorum episcoporum circumuenirent, libellum legendum obtulit, quo Arianorum latebræ, eorumque dolosæ insidiæ ac blasphemæ hæreses omnibus innotescerent. Sed ne hæc ab Hilario ingesta legerentur, resistentes, tandem ipsum Hilarium, ex ciue Pictauiensi coniugato episcopum, quarto anno ante Seleuciense Conciliabulum, teste Seuero, sub consulatu Eusebii & Hypatii habitum, relegarunt, anno Liberii quinto, qui est Constantii vigesimus, & Christi Domini 356. Seleucienſe Concilium anno Christi 359. celebratum fuisse infra dicemus. Hæc ex Hilarii libello ad Constantium, Baron. ann. 356. num. 105. & seqq.

Causa Concilii.

Hilarius ceteriique Galliæ episcopi Saturninum excommunicarunt.

Ex hoc Cõcilio Hilarius Pictauiensis relegatur.

ANNO CHRISTI 357.

[a]SIRMIENSE [b]CONCILIVM [c]OE CVMENICVM,

Et ex parte [d] reprobatum.

Huius præter duas fidei formulas nihil extat.

NOTÆ.

Locus Concilii. Sirmium vrbs quæ & qualis.

[a] *Sirmienſe.*] Sirmium locus huius celebrati Concilii eſt vrbs Pannoniæ inferioris, Probi imperatoris natalibus inclyta: ab Euagrio Sermium vocatur; a Iornande Sirmis dicitur. Onuphrius ex antiquo lapide Coloniam facit: puto hodie Sirmiſch vocari. Vide apud Abrahamum Ortelium.

Tempus Concilii.

[b] *Concilium.*] Anno Chriſti 357. qui eſt 6. Liberii, & 21. Conſtantii, hanc Synodum Sirmii celebratam eſſe, Socratis lib. 2. cap. 24. Sozomeni lib. 4. cap. 5. teſtimonio & auctoritate probatur. Scribunt enim hanc Synodum habitam fuiſſe eo tempore, quo Oſius Cordubenſis epiſcopus ad ſubſcribendum Athanaſii condemnationi, & Sirmienſi profeſſioni fidei, coactus fuit. Cum igitur teſtimonio Athanaſii epiſt. ad ſolit. poſt relegatum anno Chriſti 355. Liberium, in fine eiuſdem anni ad ſubſcribendum accerſitus, integro anno Sirmii pro exilio detentus fuerit, neceſſe eſt affirmare, hoc Concilium, cuius impiæ profeſſioni per vim & metum ſubſcripſit, prædicto tempore celebratum fuiſſe. Secundo, aſſertione S. Hilarii de Synodis in principio conſtat, Synodum Sirmienſem celebratam eſſe poſt triennium, ex quo Saturnino epiſcopo Arelatenſi Ariano a catholicis Galliarum epiſcopis communio negata eſt: quod cum factum fuiſſe conſtet ante triennium, quando Conſtantius expugnato Magnentio Arelate moraretur, concedere oportet hanc Synodum prædicto anno 357. collectam fuiſſe. Denique ipſe Sozomenus lib. 4. cap. 5. atteſtatur, hoc Concilium habitum fuiſſe Sirmii, præſente Conſtantio imperatore. Cum igitur, auctore Ammiano, conſtet eum hoc tempore Sirmii conſediſſe, plane dicendum eſt, anno ſupradicto hanc Synodum congregatam fuiſſe.

Cauſa Concilii.

Cauſa Concilii conuocati hæc eſt. Cum Photinus, teſte Epiphanio hæreſi 71. Sardicenſi Concilio damnatus, pro more hæreticorum ad imperatorem appellaſſet, iterumque audiri poſtulaſſet; vt Ariani catholicum nomen affectantes, ſe pios catholicos, & hæreticis aduerſarios oſtentarent, Photinum in iudicium vocant, eiuſque de filio Dei ſententiam in Concilio auctoritate imperatoris indicto diſcutiunt. Et quamuis reuera Ariani a Photinianis parum aut nihil differrent, cum, quod recte Lucifer Conſtantio exprobrando obiicit, Ariani filium Dei creaturam aſſerentes, cum Photino diuinitatem illi ademerint: vt tamen ſpecie tenus, quod ſcribit Gregorius Nazianzenus in laude Athanaſii, ſe catholicos exhiberent,

Ariani Photinum damnarunt.

Photiniana hæreſis ab Ariana nihil aut parum differt.

ANNO CHRISTI 357. Photinum *per ſimulationem & veteratorie dumtaxat* condemnarunt, editaque aduerſus eum fidei quadam formula, a Marco Arethuſio Græce compoſita, Photini hæreſim condemnarunt. Huic primæ formulæ viginti ſeptem anathematiſmos contra Photinianos & Arianos inſeruerunt, in hac Filium cum Patre eiuſdem ſubſtantiæ eſſe confeſſi fuerunt, vt catholici viderentur. hanc catholicæ veritati conſentientem, ideoque ab Hilario explicatam fuiſſe, ipſe Hilarius aperte teſtatur: quæ ſi nomine conſubſtantialitatis non caruiſſet, nullo modo culpari potuiſſet. Liberius Romanus pontifex, Athanaſio, Hilario & Hier. teſtantibus, per vim & minas ſolicitatus, huic primæ fidei formulæ ſubſcripſit, Athanaſium condemnauit, & cum Arianis communicauit; idque per literas ad Valentem alioſve ſcriptas ſignificans, ab exilio liberari, ſedique ſuæ reſtitui petiit.

Primam formulam fidei ediderunt catholicam.

Primæ formulæ Liberius ſubſcripſit quomodo.

Itaque contra fidei confeſſionem ac iuſtitiæ legem peccans, adeoque turpiſſimam ſibi morum & vitæ maculam inurens, Arianorum communione pollutus, quamquam infidelis & hæreticus non eſſet, a communione catholicorum, & ſede pontificia excidit. Poſtquam hæc veteratorie per ſummam ſimulationem egiſſent, Semiarianis illis, quibus ad proſternendum hæreſiarcham pugnacem vſi fuerant, procul eiectis, qualeſnam eſſent, larua depoſita, palam prodidere. Nam vt Dei filius non Deus ex Deo, ſed creatura ex nihilo, vel ſaltem ex creatura genitus eſſe credatur, ſecundam fidei formulam ac confeſſionem Latino ſermone conſcriptam, a Marco Arethuſio epiſcopo Græce tranſlatam ediderunt, qua nomen ſubſtantiæ prorſus abdicarunt; decernentes, ne voces *ſubſtantiæ* & ὁμούσιον, quarum nulla mentio fit in ſcriptura, in ſermonibus vſurparentur. Vtque impietati a ſe conſcriptæ auctoritatem adderent, Athanaſio, Socrate & Sozomeno teſtantibus, Oſium Cordubenſem epiſcopum, Sirmii, loco exilii ab imperatore detentum, multarum Synodorum auctorem & principem, multis legationibus & publicis actionibus functum, non ad ſcribendum, quod vitioſe & corrupte præ ſe fert titulus huius formulæ apud Hilarium, ſed potius ad ſubſcribendum ſolicitarunt: qui dum aliquamdiu id facere recuſaſſet, vir imbecillis, prope centenarius ſenio confractus, tandem per vim, tormenta, & plagas inductus (pro ſcelus) ignominioſe ſubſcripſit, luctuque & horrore immenſo fidelibus incuſſo, turpius, quam ante Origenes & Tertullianus, lapſus fuit, meritoque illa pœna, quam Iſidorum Hiſpalenſem ipſi affinxiſſe in notis Concil. Eliber. verbo *Oſius* ſupra diximus, puniendus, niſi paulo poſt de vi & iniuria ſibi illata proteſtatus, Arianorum hæreſi condemnata, eorumque communione fidelibus interdicta, pœnitentiam egiſſet, atque ita Dei vindicis iram anteuertiſſet. *Tantam*, inquit Athanaſius ad ſolitar. *vim intulit ſeni, quem Sirmij pro exilio detinebat, & ita eum arcte tenuit, vt afflictus attrituſque malis, tandem ægreque cum Vrſacio & Valente communicaret, ſed tamen vt contra Athanaſium non ſubſcriberet. verum ne ita quidem eam rem pro leui ha-*

Liberius nõ fuit infectus hæreſi.

Ariani ſimulate Photinum condemnarunt.

Secunda fidei formula edita primæ plane contraria.

Secundæ formulæ Oſius per vim & tormenta inductus ſubſcripſit.

Oſius a lapſu reſipuit.

buit, moriturus enim, post biennium circiter aut annum, *quasi in testamento suo eorum vim protestatus est, & Arianam hæresin condemnauit, vetuitque eam a quocumque probari ac recipi.* Item de Osio apol. 2. in fine ait: *Vis illa & Constantii tyranni potestas, multæque contumeliæ & interminationes satis ostendunt, minime eum in nostri condemnationem consensisse, sed senii imbecillitate imparem verberibus ad tempus cessisse.* Post hæc contigit, quod fere miraculosum est, vt dum Osius fidem negaret, hostes fidei Semiariani eamdem confiterentur: dumque ille impiam Arianorum confessionem approbando, diuinam substantiam in filio Dei ablegaret, Semiariani Ancyræ in Galatia conuenientes eandem restituerent, atque per edictum publicum imperatoris Constantii, prædicari, recipi & approbari efficerent. Cum enim suas, quas Ancyræ constituerant, duodecim fidei regulas Sirmianæ secundæ confessioni plane contrarias constituissent, easque per legatos ad imperatorem transmisissent, imperator publico edicto promulgato, secundam Sirmianam confessionem tanquam blasphemam abdicauit, nouamque, qua filius Dei per omnia similis esse prædicaretur, edi ac subscribi mandauit. Cumque ad Concilium Ariminense profecturi, Sirmium, vbi imperator agebat, orientales omnes aduenissent, tertiam illam Sirmianam fidei formulam, anno 359. vt infra dicemus, composuerunt. *Cui cum Valens,* inquit Epiph. hæresi 73. *subscripsisset, & in subscriptione apposuisset, filium similem Patri, & non apposuisset per omnia, & ostendisset quomodo assensus esset præmissis, aut similitudine vocis intellexisset, annotauit hunc pius rex, & coegit ipsum addere, Per omnia.* Hæc ex Epiph. Hilario, Athanasio, Socrate, &c. Baron. an. 357.

ANNO CHRISTI 357.

Semiarianorum confessio qualis.

Tertia Sirmiana fidei confessio.

Constantius per edictũ tertiam approbat, secundam fidei confessionem improbat.

[c] *Oecumenicum & ex parte reprobatum.*] Bellarm. lib. 1. de Conciliis cap. 7. œcumenicum fuisse ait, cui præter orientales trecenti & amplius ex occidente episcopi interfuerunt. Ex parte reprobatum esse scribit, quia sententiam condemnatoriam in Photinum hic pronuntiatam omnes orthodoxi approbarunt. Posset idem confirmari per hoc, quod primam Sirmianam fidei confessionem, vtpote quæ nullam manifestam hæresim contineat, velut catholicam Hilarius interpretatus fuerit. Ego tamen Baronium secutus, Conciliabulum potius, quam vlla ex parte probatum Concilium fuisse, verius esse putarem; tum quod manifestum sit, in prima formula fidei, quæ catholica esse indicatur, nomen *consubstantialis* ad fidem Nicænam explodendam omissum esse, eamque veteratorie & per summam simulationem editam fuisse: tum etiam, quod Liberii communionem catholici euitarint, ideo maxime, quod fidei confessioni primæ, quæ videbatur catholica, subscribens, Arianorum communione pollutus, ab vnitate ecclesiæ catholicæ merito exciderit.

An Sirmiẽse Conciliũ sit œcumenicum.

An ex parte vel omnino reprobatũ.

ANNO CHRISTI 357.

PRIMA SIRMIENSIS FIDEI CONFESSIO aut formula Semiarianorum,

A Marco Arethuſio epiſcopo Græce conſcripta, a Liberio ſubſcripta hæc eſt.

CREDIMVS in vnum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem & factorem omnium, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Et in vnigenitum eius Filium, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ante omnia ſæcula ex Patre genitum, ex Deo, lumen de lumine, per quem omnia in cælis & in terra facta ſunt, tam inuiſibilia quam viſibilia: eumdemque verbum eſſe, & ſapientiam, lucem veram, & vitam, & vltimis diebus hominem factum, natumque ex ſancta Virgine, crucifixum, & mortuum, & ſepultum eſſe, & reſurrexiſſe e mortuis tertio die, & aſſumptum in cælos eſſe, ſedereque ad dexteram Patris, venturumque in conſummatione ſæculi, vt iudicet viuos & mortuos, reddatque vnicuique ſecundum opera ſua, cuius regnum indefinens permanebit in infinitas ætates. Sedet enim ad dexteram Patris non ſolum in hoc ſæculo, ſed in futuro. Et in Spiritum ſanctum, hoc eſt, Paracletum, quem promiſſum apoſtolis, poſt aſcenſum in cælos miſit, vt doceret eos & commoneaceret omnium, per quem omnes animæ, quæ in eum ſinceriter credunt, ſanctificantur. Eos porro qui dicunt, ex non ente, aut ex alio ſubſiſtente, & non ex Deo Filium extitiſſe, aut quod tempus aut ætas fuit, quando ille non erat, alienos a ſe cenſet ſancta & catholica eccleſia. Iterum ergo dicimus, Si quis Patrem & Filium duos deos opinetur, anathema eſto. Item ſi quis dicens Deum Chriſtum eſſe, ſed eum ante ſæcula Filium Dei & adminiſtrum Patri ad vniuerſitatis creationem non fuiſſe confiteatur, anathema eſto. Si quis eum qui ingenitus eſt, aut patrem eius ex Maria natum auſit dicere, anathema eſto. Si quis Filium ante Mariam, ſed ſecundum præcognitionem fuiſſe dicat, ac non potius ante ſæcula ex Deo genitum apud Deum fuiſſe, & per eum omnia facta eſſe, anathema eſto. Si quis ſubſtantiam Dei dilatari aut contrahi loquatur, anathema eſto. Si quis dilatatam eſſentiam, Filium

Extat apud Atha. l. de Synod. Hilar. lib. de Synod. vide Baro. n. 9.

efficere dicat, aut dilatationem ſubſtantiæ Dei Filium nominet, anathema eſto. Si quis merum hominem ex Maria natum eſſe dicat, anathema eſto. Si quis hæc verba, *Ego ſum Deus primus, Ego quoque poſtea, & præter me non eſt Deus*, quæ ad ſubuerſionem idolorum dicta ſunt, ad ſubuerſionem vnigeniti ante ſæcula Dei iudaice accipiat, anathema eſto. Si quis hoc dictum, *Verbum caro factum eſt*, audiens, Verbum in carnem mutatum eſſe opinetur, aut poſtquam conuerſionem paſſum eſſet, carnem aſſumpſiſſe dicat, anathema eſto. Si quis vnigenitum Filium Dei crucifixum audiens, eius deitatem, corruptionem, paſſionem, mutationem, diminutionem, aut extinctionem ſuſtinuiſſe dicat, anathema eſto. Si quis hoc dictum, *Faciamus hominem*, non Patrem ad Filium, ſed Deum ſecum loqui affirmet, anathema eſto. Si quis Abraham non Filium, ſed ingenitum Deum aut Patrem eius vidiſſe aſſeueret, anathema eſto. Si quis cum Iacob non Filium colluctatum fuiſſe dicat, ſed ingenitum Deum aut patrem eius, anathema eſto. Si quis hoc dictum, *Pluit Dominus ignem a Domino*, non de Patre & Filio accipiat, ſed ipſum a ſeipſo pluiſſe dicat, anathema eſto. Pluit enim Filius Dominus a Domino Patre. Si quis audiens Dominum Patrem, Dominum item Filium, eo quod Dominus ex Domino ſit, duo numina exiſtimet, anathema eſto. Non autem eiuſdem ordinis Patrem & Filium, ſed Filium Patri ſubiectum arbitramur. Neque enim ille Sodomam ſine conſilio Patris deſcendit, neque a ſe pluit, cum penes Patrem auctoritas ſit, neque ex ſe habeat quod ſedet ad dexteram Patris, ſed auſcultet Patri ita loquenti, *Sede a dextris meis*, anathema eſto. Si quis Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, vnam perſonam eſſe dicat, anathema eſto. Si quis Spiritum ſanctum paracletum nominans, ingenitum dicat Deum, anathema eſto. Si quis, vt docuit Dominus alium adhuc nominet paracletum præter Filium (dixit enim, *Et alium paracletum mittet vobis, quem ego rogabo*) anathema eſto. Si quis Spiritum ſanctum partē aliquam dicat Patris aut Filii, anathema eſto. Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum tres deos appellet, anathema eſto. Si quis voluntate Dei Filium Dei ita extitiſſe dicat, vt aliquid quod conditum eſt, anathema

ANNO CHRISTI 357.

ANNO CHRISTI 357. esto. Si quis nolente Patre Filium genitum esse dicat, (non enim Pater coactus naturali necessitate Filium, quem noluit, genuit; sed statim vbi voluit, sine tempore & passione eum ex se genitum edidit) anathema esto. Si quis ingenitum, & sine origine Filium nominat eo animo, vt duo ingenita & inoriginata, & duos deos statuere velit, anathema esto. Caput enim & principium omnium Filius est. Caput vero & principium Christi Deus: ita enim ad vnum principium vniuersitatis nullo initio inchoatum, per Filium pie omnia reducimus. Iterumque exacte tradentes Christianismi sensum dicimus, si quis Christum Deum Filium Dei ante sæcula, administrumque ad vniuersitatis opificium fuisse neget, sed ex quo tempore e Maria genitus est, Christum & Filium appellatum fuisse, & principium suæ deitatis tum accepisse dicat, anathema esto.

SECVNDA SIRMIANA FIDEI CONFESSIO & formula Arianorum,

Ab Osio coacte subscripta, hæc est.

QVONIAM de fide placuerat disceptationem fieri, omnia cum sedulitate inquisita & examinata fuere Sirmii in præsentia Valentis, Vrsacii, Germinii, ceterorumque omnium. Constitit ergo vnum esse Deum omnipotentem, sicuti in vniuerso orbe prædicatur, & vnum eius vnigenitum Filium, Dominum nostrum Iesum Christum, ex eo ante sæcula genitum, duos tamen Deos non oportere dici, cum ipse Dominus de se locutus sit: *Vado ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.* ideoq; omnium Deus habendus est, quemadmodum Apostolus dixit: *An Iudæorum tantummodo sit Deus, & non etiam gentium? certe & gentium, quoniam vnus est Deus, qui iustificabit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem:* & reliqua omnia consentiunt, & nullā prorsus habent ambiguitatem. Ceterum quia multos commouet vox, Latine quidem dicta substantia, Græce autem οὐσία, hoc est, vt diligentius cognoscatur, illud quod ὁμοούσιον aut ὁμοιούσιον dicitur, nullam earum vocum mentionem debere fieri, neque de iis sermocinandum in ecclesia censeExtat apud Hilar. lib. de Synod. vide Baron. an. 357. n. 20.

Ioan. 14.

Rom. 16.

mus, quod de iis nihil sit scriptum in sacris literis, & quod illa hominum intellectum & mentem transcendant, & quod nemo possit generationem Filii enarrare, quemadmodum scriptum est: *Generationem eius quis enarrabit?* Act. 8. Solum enim Patrem scire quomodo Filium suum genuerit, certum est. Nulli vero ambiguum, Patrem maiorem esse: neque est quod quisquam dubitet, Patrem honore, dignitate, deitate, atque adeo ipso nomine paterno maiorem esse, attestante præsertim ipso Filio: *Qui misit me Pater, maior me est*: Ioan. 14. & hoc ipsum catholicum est, & nemo ignorat duas esse personas Patris & Filii, ac proinde Patrem maiorem; Filium vero Patri cum omnibus, quæ illi Pater subiecit, subiectum esse, Patremque initium non habere, & inuisibilem, & immortalem, & liberum a passionibus esse: Filium vero ex Patre genitum esse, Deum ex Deo, lumen de lumine, eiusque generationem, quemadmodum superius dictum est, neminem scire nisi solum Patrem; ipsumque Filium Dominum nostrum & Deum, carnem siue corpus, hoc est, hominem e Maria virgine assumpsisse. Quemadmodum angelus prænuntiauerat, & omnes scripturæ docent, & in primis ipse gentium Apostolus, hominem assumpsit Christus ex Maria Virgine, per quem passus est. Summa autem totius fidei, & firmamentum est, vt Trinitas semper retineatur, quemadmodum legimus in euangelio: *Abite & baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Matth. 28. Numerus autem Trinitatis integer & perfectus est. Paracletus porro, nimirum sanctus, per Filium missus secundum euangelium venit, vt apostolos & omnes credentes erudiret & sanctificaret.

ANNO CHRISTI 357.

TERTIA SIRMIANA FIDEI CONFESSIO

anno 359. Sirmii coram Constantio edita,

Arimini a Valente recitata, Eusebio & Hypatio consulibus.

Extat apud Athan. lib. de Synod. Socra. l. 2. c. 29. Baron. an. 359. n. 9.

CREDIMVS in vnum solum & verum Deum Patrem omnipotentem, conditorem opificemque omnium: & in vnigenitum Filium Dei, ante omnia sæcula & initia, & ante omne tempus, quod in intellectum cadere potest, existentem, & ante omnem comprehensibilem substantiam

ANNO CHRISTI 357. tiam, natum impassibiliter ex Deo, solum ex solo Patre, Deum de Deo, similem Patri suo, qui ipsum genuit: *cuius* (secundum scripturas) *generationem nemo nouit, nisi solus qui eum genuit Pater.* Hunc scimus vnigenitum Dei Filium nutu paterno aduenisse de cælis ad demolienda peccata, genitum ex Maria Virgine, versatumque cum discipulis fuisse, & vbi omne officium dispensationis adimpleuisset, secundum Patris voluntatem, crucifixum & mortuum esse, & ad inferos descendisse, atque ibi, quod sui officii erat, peregisse: quem ianitores infernorum conspicati exhorruerunt: Eumque tertio die ab inferis resurrexisse, & versatum cum discipulis fuisse: eumq; vbi negotia sua absoluerat, impletis quinquaginta diebus, in cælos assumptum esse, & sedere ad dexteram Patris; & vltimis diebus resurrectionis venturum in gloria paterna, vt tribuat vnicuique secundum opera sua. Et in sanctum Spiritum, quem vnigenitus promisit se missurum humano generi paracletum, quemadmodum scriptum est: *Vado ad Patrem meum, eumque rogabo, & alium paracletum mittet vobis Spiritum veritatis: ille de meo accipiet, & docebit vos, omniumque admonebit.* Vocabulum porro substantiæ, quia simplicius a patribus positum est, & a populis ignoratur, & scandalum affert, eo quod in scripturis non contineatur, placuit, vt de medio tolleretur, & nullam posthac de Dei substantia mentionem esse faciendam, eo quod sacræ scripturæ nunquam meminere substantiæ Patris & Filii: Filium autem Patri per omnia similem dicimus, quemadmodum sacræ literæ dicunt & docent. *Ioan. 14.*

NOTA.

Tertia Sirmianæ fidei confessio quando, cur & vbi edita.

Hæc formula fidei composita est Sirmii in præsentia Constantii anno 359. Eusebio & Hypatio consulibus. Athan. lib. de Synod. Socrat. lib. 2. cap. 29. Quia Constantius Ariminensi Concilio non interfuit, mendosum est, (quod habet inscriptio apud vtrumque) eam Arimini in præsentia imperatoris editam fuisse. Composita est ea transactionis lege, vt Semiariani relinquerent, quod Ancyræ addiderant, nomen *substantiæ*: Ariani vero admitterent, vt Filius diceretur Patri per omnia similis; licet Valens id non nisi iussus a Constantio profiteri voluerit. Quamquam hæc fidei formula, (sicut & illæ, quæ Antiochiæ in encæniis, & in Sardicensi & Sirmiensi Concilio primo loco edita est) nullam manifestam hæresim contineret; cum

Inscriptio apud Ath. & Socratem mendosa est.

tamen in his consubstantialitas Filii cum Patre dolose non exprimatur, Athanasius eas vt hæreticas merito abdicauit, ideo saltem, quod abdicatione vocis *substantiæ*, iam ad Arianam blasphemiam aditus apertus esse videretur. Ex Epiphan. Hieron. & Athan. Baron. ann. 357. num. 24. 25. & 26. & ann. 359. num. 10. ANNO CHRISTI 357.

An fuerit catholica.

[a]ANCYRANVM [b]CONCILIVM [c]SEMIARIANORVM.

[a] *Ancyranum.*] Ancyra est vrbs in Galatia, sic dicta, auctore Plinio lib. 5. cap. vlt. ab ancoris nauium a Mithridate captarum, quas Ptolemæus rex Ægypti Galatis seu Gallogræcis suppetias miserat. Huius meminit Ptolem. l. 5. c. 4. ANNO CHRISTI 358.

Ancyra quæ.

[b] *Concilium.*] Orientales episcopi secundam illam ac perfidam Sirmianam confessionem fidei detestati, Sirmio recedentes in Asiam migrarunt, atque Ancyræ in Galatia an. Dom. 358. conuenerunt, ibique ablegatum a Filio Dei *substantiæ* nomen restituentes, impia statuta secundæ confessionis ac formulæ plane condemnarunt, Filiumque Dei secundum substantiam Patri per omnia similem esse asseruerunt. Vnde, vt fidem suam profiterentur, duodecim regulas ac definitiones fidei secundæ Sirmiensi plane contrarias, quas recenset Hilarius lib. de Synodis, expresserunt, easque per legatos ad Constantium imperatorem Sirmii morantem miserunt. Quas cum ille accepisset, orientales vero omnes ad Ariminense Concilium profecturi, opportune Sirmiũ, vbi imperator agebat, reuertissent, post secundam Sirmiensem confessionem publico edicto reprobatam, iussu imperatoris ibid. 11. Kalend. Iunias nocte illucescentis sacri diei Pentecostes, tertiam Sirmiensem fidei formulam, supra ex Athanasio recensitam, composuerunt; eamque sua subscriptione munitam, atque Ariminum asportatam, ibidem in Concilio Ariminensi recitarunt. Ita latro cruci adiudicatus Christum confitetur, quem Petrus in periculo constitutus abnegauit. Vide Baron. ann. 357.

Causa & acta Concilii.

Dum Osius fidem negat, Semiariani eamdẽ confitẽtur. Semiariani qui & cur sic dicti.

[c] *Semiarianorum.*] Semiariani dicebantur, qui Arii nomen detestati, diuinam in Filio Dei substantiam vtcumque specie tenus confitebantur: quia tamen vocem *consubstantialitatis* non recipiebant, Nicænumque symbolum explodebant, Semiariani nominabantur. Horum erat illa fidei professio, quæ Antiochiæ in encæniis, Sardicæ & Sirmii primo & tertio loco edita fuit, quæque hic Ancyræ declarata fuit. Principes Semiarianorum erant Basilius Ancyranus, Eleusius Cyzicenus, Siluanus Tarsensis, Georgius Laodicenus, Macedonius Constantinopolitanus, Eustathius Sebastenus, paucique illi, qui apud Epiphan. hæresi 73. Concilio Ancyrano subscripti reperiuntur. Hi Concilio Seleucienſi ab Arianis damnati, sedibus suis deturbati fuerunt, ac paulo post auctore Ma-

Post Seleucienſe Concilium fiunt Pneumatomachi.

Ariani qui.

ANNO CHRISTI 358. cedonio diuinitatem Spiritus sancti negarunt. Ariani autem dicebantur, qui in deterius prolabentes nullam in Filio admittebant vocem diuinæ substantiæ, vel omnimodæ cum Patre similitudinis. Horum antesignani erant Acacius Cæsariensis, Eudoxius Antiochenus, Valens & Vrsacius Pannoniæ episcopi impietate spectatissimi, aliique plures, quorum tantus erat numerus, vt vere queratur Hilarius lib. de Synod. in decem Asiæ prouinciis vnum tantum reperiri Eleusium episcopum, & paucos cum eo, qui essent Filii Dei substantiæ assertores. Vide Baron. ann. 358. num. 15. Item 359. num. 97. & 115.

CONCILIVM INCERTI LOCI.

IN QVO PERFIDIA SIRMIENSIS, HOC EST formula fidei per Osium & Potamium Sirmii conscripta, ab episcopis Galliæ damnata est, anno Christi CCCLVIII. Liberii Papæ VIII. Constantii Aug. XXI. in Gallia V.

SYNODI *huius notitiam S. Hilario debemus, qui de Synodis scribens ad episcopos Galliæ, laudat illos, quod missam ad se Potamii atque Osii blasphemiam damnarint, quæ ὁμοιουσίου καὶ ὁμοιουσίου, id est tum eiusdem, tum similis substantiæ vocabula supprimebat.* Beatæ, *inquit*, fidei vestræ literis sumptis, gratulatus sum in Domino, incontaminatos vos & illæsos ab omni contagio detestandæ hæreseos perstitisse; & missam proxime vobis ex Sirmiensi oppido infidelis fidei impietatem non modo non suscepisse, sed nuntiatam etiam significatamque damnasse. *Et alio post loco significat iis ipsis prope diebus illos hæresim respuisse, quibus orientales, vt eamdem examinarent, Synodum Ancyranam celebrarunt. Celebrarunt autem, vt ex eiusdem Synodi epistola, quam recitat Epiphanius hæresi* LXXIII. *liquet, paulo ante dies Paschæ. Quare sub idem tempus Concilium hoc in Gallia coaluisse haud dubium est, sed quo loco incertum. Extat porro Phœbadii Aginnensis in Aquitania episcopi aduersus Arianos liber, in quo Sirmiensem eamdem formulam, nuper, vt scribit, ad Gallos missam, per singula capita discutit, firmissimisque rationibus confutat. ita vt Synodicæ, qua caremus, Concilii huius loco Phœbadii liber esse possit.*

ANNO CHRISTI 359.

[a]ARIMINENSE [b]CONCILIVM [c]OECVMENICVM ET VNIVERSALE,

[d]approbatum, [e]Eusebio & Hypatio coss. habitum,

[f]*In quo* CCCC. *episcopi, omnes fere catholici,* [g]*Arianis confessionibus reiectis, Nicænam fidem confirmarunt.*

ACTA huius Concilii, præter epistolam Synodicam, quam infra subiiciemus, interierunt. Quæ ex diuersis antiquis auctoribus potuerunt reperiri fragmenta, congrua compaginatione sibi inuicem cohærentia, hic intexemus; ex quibus ipsum Concilium, quantum fas est, prope integrum reddemus.

NOTÆ.

Ariminum quæ & qualis vrbs.

[a] *Ariminense.*] Sic dictum ab Arimino, quæ est vrbs Æmiliæ in Italia, a flumine propinquo eiusdem nominis sic dicta. Hæc quondam Vmbrorum colonia fuit, sicut & Rauenna; verum vtraque Romanos inquilinos accepit. Ptolemæo Lagi filio apud Ægyptios imperante, Sempronio & Appio coss. ædificata fuit. Octauius eam ampliauit; Diocletianus a Liburnis dirutam restaurauit, fusisque Liburnis arcum triumphalem in ea extruxit. Vide Ptolemæum & Plinium.

Causa Concilii.

[b] *Concilium.*] Cum Sirmiensi Synodo absoluta, Ariani non tam inter se pace astricti, quam maiore discordia diuisi essent, statuerat imperator, Diacono & Cereali consulibus, anno Christi 358. ad eosdem inter se conciliandos Nicomediæ Concilium congregare: verum vrbis illius prodigioso interitu impeditus, Eusebio, & Hypatio coss. ann. Christi 359. ad easdem fidei controuersias componendas œcumenicam Synodum indixit, eamque in duas diuisit, statuens vt occidentales Arimini, orientales Seleuciæ in Isauria conuenirent; eo nimirum fraudulento Arianorum consilio, vt orthodoxi loco diuisi, animis & votis inter se diuiderentur, & quia facilius esse putarent, paucioribus quam simul omnibus imponere.

Synodus diuisa in duas.

Oecumenicum est.

[c] *Oecumenicum.*] Hoc Concilium, ad quod orientales cum occidentalibus inuitati etiam accessissent, nisi impio Arianorum suasu, ad mandatum imperatoris Seleuciæ congregati fuissent, cui quadringenti & amplius episcopi, cum Vincentio aliisve legatis Liberii pontificis Romani interfuerunt, quodve ob causam, vniuersam fidem & ecclesiam concernentem indictum fuerat, ab Athanasio de Synod. merito vniuersale Concilium appellatur. Verba illius hæc sunt: *Primum quidem ego admiror, idemque arbitror quemlibet prudentem facere, quod cum vniuersale Concilium indictum esset, idque omnes*

ANNO CHRISTI 359. *expectarent, derepente diuiſio facta ſit, adeo vt iſti illuc, illi conuenirent iſtuc: ſed hoc abſque dubio numinis prouidentia procuratum eſt, vt in ſingulis Conciliis, hic quidem ſinceræ puræque fidei ſententiæ apparerent; illic autem ſuſpecta, incertaque ingenia cum ſuis moribus ſe oſtenderent.* Hæc Athanaſius.

[d] *Approbatum.*] Duo Concilia Ariminenſis Synodi nomine inſignita reperiuntur. Vnum legitimum & germanum, Arimini vere habitum, in quo Ariana confeſſione Sirmii edita, omnium patrum conſenſu exploſa, Nicæna fides cunctorum ſuffragio ſtabilita fuit; quo ove Ariani cum Vrſacio & Valente, ſociiſque eorum præſentibus, communi patrum ſententia condemnati fuere. Alterum ſpurium eſt & illegitimum, alibi verius quam Arimini habitum, ſed hoc nomine appellatum, vt infra patebit. Prius catholicum eſt, & ſumma laude dignum. Poſterius vero Arianorum Conciliabulum fuit, meritoque a Bellarmino inter reprobata reiectum. Sicut igitur ad obſcurandam gloriam & auctoritatem duorum vniuerſalium Conciliorum catholicorum Nicæni & Sardicenſis, Ariani alibi eiuſdem nominis Synodos coegerunt; ita ad abolendam hanc priorem rite vereque peractam Ariminenſem Synodum catholicam & orthodoxam, aliam alibi, vt infra dicemus, celebrarunt, quã priore abrogata, Ariminenſem nominarunt, & ſummis laudibus extulerunt. Vnde ſicut Sardicenſe ab Auguſtino, aliiſve doctis viris plane reiectum fuit, quod ignorarent duplicis generis Sardicenſia reperiri: ita etiam fortaſſe accidit, vt Bellar. lib. 1. cap. 6. nulla facta diſtinctione Ariminenſis legitimi ab illegitimo, illud inter reprobata enumerarit. Hæc ex Athanaſii lib. de Synod. Ambroſ. epiſt. 32. Baron. ann. 359. num. 49. 50. & 51.

An fuerit approbatũ.

Duo Concilia inueniuntur Ariminenſia appellata.

[e] *Euſebio & Hypatio conſulibus.*] His conſulibus Concilium Ariminenſe habitum fuiſſe Arimini, recitata tertia Sirmiana fidei profeſſio, epiſtola imperatoris Conſtantii ad Synodum ſcripta, ac demum formula fidei a patribus huius Concilii conſcripta, aperte teſtantur: prædictorum enim conſulum nominibus notata reperiuntur. Recte igitur hoc Concilium, ann. Dom. 359. qui eſt Liberii octauus, & Conſtantii 29. celebratum fuiſſe aſſeritur.

Tempus Concilii.

[f] *In quo quadringenti epiſcopi omnes fere catholici.*] De numero epiſcoporum ita Seuerus lib. 2. *Miſsis per Illyricum, Italiam, Africam, Hiſpanias, Galliaſque magiſtris officialibus, acciti atque tracti quadringenti & aliquot amplius occidentales epiſcopi Ariminum conuenere, quibus omnibus annonas & cellaria dari imperator præceperat: ſed repudiatis fiſcalibus, propriis ſumptibus viuere maluerunt.* Ex his iuxta Athanaſium lib. de Synod. quinquaginta; Seuerum, octoginta tantum Ariani; reliqui omnes catholicæ fidei defenſores fuerunt. *Cum igitur ambarum partium epiſcopi Ariminum peruenirent, mox ſit*, inquit Seuerus, *partium ſeceſſio: eccleſiam noſtri obtinent; Ariani tantum locum de induſtria vacantem orationis loco capiunt: ſed hi non amplius quam octoginta, reliqui noſtrarum partium erant.*

Numerus epiſcoporũ.

Ex his quot fuerint Ariani.

[g] *Arianis confeſſionibus reiectis.*] Epiſcopis loco, tempore, & nu-

Acta Concilii.

mero prædicto congregatis, factum est initium Concilii. Principio legebatur epistola, qua teste Sozomen. lib. 4. cap. 16. imperator petebat vt primum ambigua in fide ab episcopis decideretur: deinde causæ episcoporum cognoscerentur, actaque tandem Concilii vniuersa ad se per decem legatos vtriusque partis referrentur. Cum deinde cœptum est agi de fide, postularunt Ariani, vt antiquatis fidei formulis omnibus aliis anterioribus, Sirmiana fidei confessio tertia, Sirmii edita, a Constantio approbata, & per Valentem hie recitata, retineretur; idque propterea in primis, quod in ea Filius Patri per omnia similis esse diceretur. Verum cum in eadem nomina *substantiæ & consubstantialitatis* dolose suppressissent, vt scilicet his vocibus abdicatis, Nicænam fidem euerterent, & ad Arianam blasphemiam aditum patefacerent: fraude & improbitate cognita, patres orthodoxi nihil de orientalibus, sicut per literas imperator petiuerat, statuentes, Arianam hæresin cum suis sectatoribus damnarunt, atque reiectis aliis fidei formulis, vnicum dumtaxat Nicænum fidei symbolum comprobarunt. Sententiam Concilii apud Athanasium & Hilarium extantem infra subiiciemus. His a Synodo catholica definitis, decem legati catholici ad imperatorem cum epistola Synodica mittuntur, vt ab iis de rebus in Concilio gestis informetur. Ab Arianis totidem ablegati catholicos anteuertentes, falsis suis relationibus aures imperatoris præoccuparunt, idque suo more effecerunt, vt neque catholici legati apud comitatum, neque patres Concilii ante expeditionem contra barbaros tentatam, Arimino discedere permissi fuerint. Abeundi licentiam per literas responsorias ad eum rescriptas illi quidem postularunt, nihil tamen impetrarunt, ideo quod ab expeditione barbarica reuersus constituisset, omnes omnino catholicos Arimini congregatos per vim & tormenta adigere, vt eam, quam Ariani alibi sub nomine Ariminensis Concilii formulam fidei vulgaturi erant, omnes subscriptione sua firmarent. Vide notas sequentis Conciliabuli. Hæc ex Athanasio, Socrate, Sozomeno, Hilario. Baronius anno 359. num. 5. & seqq.

Anno Christi 359.

Ariana hæresis cum auctoribus damnatur.

EPISTOLA CONSTANTII
AD SYNODVM ARIMINENSEM,

Qua monuit ne quid de orientalibus, qui seorsim conuenirent Seleuciæ, definire præsumerent.

Victor Constantinus Maximus triumphator semper Augustus episcopis.*

*Constantius.

Extat apud Hilar. frag. lib. 2. pag. 44.

CONTINENT priora instituta, venerabiles, sanctimoniã legis rebus ecclesiasticis niti: satis superque perspeximus literis ad nostram prudentiam datis, iisdem oportere operam dare: cum profecto & episcoporum id officio

ANNO CHRISTI 359. congruat, & salus omnium longe lateque populorum hoc fundamine roboretur. Sed res admonuit instituta rursus *insistere existere. Non enim aliquis definita geminari superfluum iudicabit, cum rebus consueuerit admonitio augere cumulum diligentiæ. His ita se habentibus, de fide atque vnitate tractari debere cognoscat sinceritas vestra, & operam dari vt ecclesiasticis rebus ordo competens præbeatur. Discurret namque cunctorum posteritas vbique populorum, & concordia fida seruabitur, cum penitus amputatis * nec huiusmodi quæstionibus cunctis sectando commouerit, res ista non debet ita intentionem animi propagare. Non enim de orientalibus episcopis in Concilio vestro patitur ratio aliquid definiri. Proinde super his tantum quæ ad vos pertinere cognoscit grauitas vestra, tractare debebitis, & completis celeriter vniuersis, consentiente consensu, decem mittere ad comitatum meum, vt prudentiæ vestræ prioribus literis intimauimus. Prædicti enim poterũt omnibus, quæ eisdem orientalibus proposuerint, respondere, vel tractare de fide, vt exitu competenti omnis quæstio terminetur, & ambiguitas sopiatur. Quæ cum ita sint, aduersus orientales nihil statuere vos oportet, aut si aliquid volueritis contra eosdem prædictis absentibus definire, id quod fuerit vsurpatum irrito euanescet effectu. Non enim illa vires habere poterit definitio, cui nostra statuta testantur iam *copiam nunc robur & * cupiam denegari. Quæ cum ita sint, moderatione religionis venerabilibus antistitibus consentanea debetis veneranda perficere, vt id quod religio postulat, explicetur, & quod audiri prohibet ratio, nullus vsurpet. Diuinitas vos seruet per multos annos parentes K. dat. 6. Kal. Iunias Eusebio & Hypatio coss.

Constant. Imp. altera epist. ad Synod. Arimin.

SENTENTIA SYNODI.

Quamdiu par & possibile erat, fratres carissimi, catholica Synodus, & sancta ecclesia, sua patientia & tolerantia pertulit indigne Vrsacium, & Valentem, Caium, Germinium, & Auxentium; qui alias alia sentientes, omnes ecclesias perturbarunt, & nunc in præsentia ausi sunt hæreticas sententias orthodoxæ fidei asserere, & Nicænam Synodum hostem Arianæ hæresis

Extat apud Athan. lib. de Synod.

demoliri, suamque sed peregrinam & alienissimam a sanctissima ecclesia fidem conscriptam promulgare, quam nos recipere, nefarium putauimus. Qui cum iam pridem hæretici essent, etiam nunc deprehensi sunt contraria sentire: quos ad communionem nostram accedere prohibuimus, eosque in præsentia nostris verbis condemnantes, a cœtu fidelium reiicimus. Vos item quod videbitur de istis statuite, vt vniuscuiusque cognitio ex sua subscriptione robur habeat. Vnanimiter vos episcopi dicimus. Prædicti isti inimici detrahantur ab ecclesia, vt catholica ecclesia in pace permaneat. ANNO CHRISTI 359.

DEFINITIO CATHOLICA CONCILII

Ariminensis apud Hilarium extans hæc est.

Extat apud Hilar. frag. lib. 2. p. 45. & 46.

Incipit definitio catholica habita ab omnibus catholicis episcopis, priusquam per terrenam potestatem terriri, hæreticorum consortio sociarentur in Concilio Ariminensi.

Si credimus placere omnibus posse catholicis symbolo accepto nos recedere non oportere, quod in collatione apud omnes integrum re cognouimus: nec a fide recessuros, quam per prophetas a Deo Patre per Christum Dominum nostrum, docente sancto Spiritu, & in euangeliis & in apostolis omnibus suscepimus, vt per traditionem patrum secundum successionem apostolorum vsque ad tractatum apud Nicæam habitum contra hæresim, quæ tunc temporis exurrexerat, positum nunc vsque permanet. Quibus omnibus nec addendum aliquid credimus, nec minui posse manifestum est. Placet ergo nihil nouum fieri: substantiæ quoque nomen & rem a multis sanctis scripturis insinuatam mentibus nostris, obtinere debere sui firmitatem. Quam rem cum suo nomine ecclesia catholica cum doctrina deifica semper confiteri & profiteri consueuit. *Subdit auctor.* Huic definitioni omnes in vnum catholici conspirantes subscripserunt.

DAM-

ANNO CHRISTI 359.

DAMNATIO ARIANAE HAERESEOS *apud Hilarium extans.*

Extat apud Hilar. frag. lib. poſte. de Synodo Ariminenſi.

Damnatio blaſphemiæ Arii, & expoſitio integræ & catholicæ fidei, quam catholici in tractatu Ariminenſi firmauerunt, & manu ſua ſubſcripſerunt.

Blaſphemiæ Arii, licet antehac fuerint damnatæ, latebant tamen occultæ, quia eum blaſphemaſſe ignorabatur. Verum fauente Deo, procuratum eſt, vt conſtitutis nobis apud Ariminum, eius peſtifera hæreſis repeteretur. Et ideo ſimul cum eius blaſphemiis omnes quoque hæreſes, quæ antehac exurrexerunt contra catholicam & apoſtolicam traditionem, ſicut iamdudum damnatæ ſunt præteritis Conciliis & diuerſis in locis, nos quoque damnamus, & anathematizamus eos, qui dicunt Filium Dei nullis extantibus, & de alia ſubſtantia, & non de Deo Patre natum Deum verum de Deo vero.

Et ſi quis Patrem & Filium duos Deos, hoc eſt, non nota duo principia dixerit, & non Patris & Filii vnam deitatem profiteatur, anathema ſit.

Si quis Filium Dei creaturam vel facturam dixerit, anathema ſit.

Si quis Deum Patrem ipſum de Maria natum, eumdemque Patrem & Filium dixerit, anathema ſit.

Si quis Filium Dei de Maria initium ſumpſiſſe dixerit, vel fuiſſe tempus quando non erat Filius, anathema ſit.

Si quis Filium Dei non vere inenarrabiliter de Deo Patre natum, ſed adoptiuum filium dixerit, anathema ſit.

Si quis Filium Dei aut temporalem, aut hominem ſolum, & non ante omnia ſæcula de Deo Patre natum profiteatur, anathema ſit.

Si quis Patris & Filii & Spiritus ſancti vnam perſonam, aut tres ſubſtantias diuiſas dixerit, & non perfectæ Trinitatis vnam deitatem profiteatur, anathema ſit.

Si quis Filium Dei eſſe ante omnia quidem ſæcula, & non ante omne omnino tempus dixerit, vt ei tempus aſſignet, anathema ſit.

Si quis creata omnia non per Verbum, ſed ſine eo vel ante eum facta dixerit, anathema ſit.

Si quæ autem aliæ blaſphemiæ Arii, vel cuiuſlibet, repertæ fuerint, ſimiliter anathematizamus. ANNO CHRISTI 359.

EPISTOLA SYNODICA PER LEGATOS AD CONSTANTIVM TRANSMISSA, HÆC EST.

Extat apud Athanaſ. de Synod.

DEI iuſſui, tuoque pio edicto parentes, quæ olim dogmatibus tradita ita eſſe, vt tradita ſunt, noſtris ſuffragiis ſtabilienda iudicauimus. Nam Ariminum ex omnibus ad occidentem poſitis ciuitatibus in vnum conuenimus, vt fides catholicæ eccleſiæ cognoſceretur, & qui alterius opinionis eſſent, manifeſti fierent. Ibique poſt longam deliberationem optima viſa eſt ea fides, quæ hactenus vſque a priſcis temporibus perdurauit; quam & prophetæ, & euangeliſtæ, & apoſtoli per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum prædicarunt, qui eſt tui imperii cuſtos, & tuæ valetudinis defenſor. Statutum eſt igitur, vt eam retinentes coleremus, & colentes vſque ad finem conſeruaremus. Indecens enim & nefarium, aliquid ex recte & iuſte decretis, & ex Nicæa publice cum illuſtriſſimo principe Conſtantino patre tuo per accuratam deliberationem conſtitutis immutare velle: in quibus tanta doctrina eſt & prudentia, vt ea vbique deprædicata ad omnium aures animoſque peruenerit, quæ ſola hoſtis & interfectrix Arianæ hæreſeos, & per quam non illa ſola, ſed & reliquæ hæreſes ſublatæ ſunt: in qua certe & addere aliquid, temerarium eſt; & auferre, periculoſum: quorum ſi alterutrum fiat, erit hoſtibus quidlibet agendi libera facultas.

De damnatione Vrſacii & Valentis.

Atque ea de cauſa Vrſacius & Valens, iampridem ſocii & aſtipulatores Ariani dogmatis, a noſtra communione, ſententia data, ſegregati fuere: quam vt denuo recuperarent, de peccatis ſuis, in quibus ſe conſcios agnoſcebant, pœnitentiam veniamque poſtularunt, vt eorum ſyngraphæ teſtantur: & ob id illis venia gratiaque delictorum facta eſt. Hæc autem per id temporis facta ſunt, cum Mediolani Synodus in conſeſſum ibat, præſentibus ibidem Romanæ eccleſiæ presbyteris: fuitque proinde nobis perſuaſiſſimum, iniquum eſſe, cum imperator Conſtans ab obitu ſuo dignus omni memoria hanc

ANNO CHRISTI 359. fidem omni cura & diligentia conscriptam promulgarit, tum demum ex quo ille baptizatus, ex hominibus in requiem sibi debitam translatus est, aliquid noui in ea fide moliri velle, & tot sanctos confessores & martyres huius placiti scriptores auctoresque contemnere; qui pro veteri lege, rituque ecclesiæ, in ea sententia permansere: quorum fidem Deus per Dominum Iesum Christum in tempora tui imperii contulit: per quem ita late regnas, vt etiam nostro orbi imperes.

De inconstantia Vrsacii & Valentis.

Verum denuo miseri isti deplorati animi, nefario ausu, impiæ sententiæ sese præcones ostendunt, & omnia veritatis decreta conuellere nituntur. Eo enim tempore, quo pro tuo edicto Synodus cogebatur, ipsi fraudis suæ consilia denudarunt: conati enim sunt per vafriciem & tumultum, cum sociis istius factionis, Germinio, Auxentio, Caio, contentiones discordiasque seminantibus, nouas res facere. Quorum doctrina vna eademque omne genus blasphemiarum superat. Vbi autem viderent, non esse ibi homines eiusdem studii, neque qui illorum prauis sententiis astipularentur, in nostrum consilium se transtulerunt, vt viderentur aliud quippiam scribere: sed ipsi non ita diu postea animum suum ostenderunt. Ne igitur res ecclesiasticæ in easdem molestias cadant, neve turbatio & tumultus denuo omnia inuoluat & confundat; constanter visum est, olim decreta pro legitimis inconcusse seruanda, & istos a nostra communione submouendos esse.

De legatione ad Constantium missa.

Atque ideo legatos nostros ad tuam æquitatem misimus, qui tibi sententiam Synodi ex epistola ostenderent: idque legatis nostris ante omnia mandatum est, vt veritatem priscis & iustis rerum allegationibus probarent, & tuæ sanctitati ostenderent, quod non, quemadmodum Vrsacius & Valens inquiunt, pax futura sit, si aliqua ex rebus iustis subuertantur. Nam quomodo pacifice agere poterunt, qui pacem tollunt; sed potius inde contentionem turbationemque tum reliquis ciuitatibus, tum Romanæ vrbi oborituras esse. Quapropter supplicamus tuæ humanitati, vt benignis auribus & sereno vultu nostros legatos intuearis, neque ad contumeliam mortuorum aliquid noui induci permittas; sed nos

sinas in institutis decretisque maiorum permanere, quos magno ingenio, prudentia, & Spiritu sancto omnia fecisse asseuerauimus. Certe res nouæ quas isti moliuntur, credentibus incredulitatem, incredulis credulitatem inducunt. ANNO CHRISTI 359.

Episcopi petunt missionem.

Iterum te nostris supplicationibus conuenimus, vt iubeas episcopos peregre commorantes, quos & grauitas ætatis & paupertas affligit, quam facillime in patriam deduci; ne ecclesiæ, absentibus episcopis, desertæ relinquantur. Id quoque nostris precibus addimus, quo nihil desit rerum priscarum, nihilque exuberet, sed omnia firma maneant, vsque a temporibus beati patris tui in hodiernum diem obseruata; ne nos posthac vexari, & a nostris diœcesibus segregari permittas; sed vt episcopi cum suis populis pacem ad preces cultusque diuinos & otium habeant, orantes pro tuo imperio, salute, & pace, quam tibi in perpetuum diuinitas largiatur. Nostri porro legati subscriptiones, salutationesque episcoporum afferunt, qui tuam sanctitatem de hac causa ex ipsis sacris literis edocebunt.

EPISTOLA CONSTANTII AD CONCILIVM ARIMINENSE,

Qua episcopos Arimini suum ab expeditione barbarica reditum expectare iubet.

Constantius victor & triumphator Augustus, omnibus episcopis, qui sunt Arimini coacti, salutem.

Extat apud Socrat. lib. 2. cap. 29.

QVAMQVAM vestræ sanctitati minime obscurum est, nos maximam curam diuinæ & venerandæ religionis Christi semper habuisse: tamen viginti episcopos, quos vestra prudentia ad legationem vestram obeundam misistis, hoc tempore ad nostrum conspectum admittendi, otium non erat. nam expeditio, quam contra barbaros in præsentia suscipimus, nos districtos tenet: & par est (vti nostis) vt ei, qui sit sacrosanctæ religionis negotia tractaturus, animus ab omni cura & perturbatione liber sit. Proinde episcopis mandauimus, vt Hadrianopoli nostrum reditum expectent: vti, cum ea quæ ad rempu-

ANNO CHRISTI 359. blicam pertinent, rite procurata fuerint; illa deinceps, quæ sint nobis proposituri, diligenter audire expendereque possimus. Vestræ autem grauitati interea ne molestum sit eorum reuersionem expectare; vt cum redierint, nostraque retulerint ad vos responsa, illa quæ sint ex vsu ecclesiæ catholicæ futura, possitis ad exitum perducere.

EPISTOLA SYNODI ARIMINENSIS AD CONSTANTIVM,

Qua petiuit veniam Arimino discedendi ante hiemis asperitatem.

TVÆ clementiæ literas accepimus, imperator sanctissime, ex quibus didicimus, tibi, propter necessaria reipublicæ negotia, eo tempore non satis suppetiuisse otii legatos nostros in conspectum tuum admittendi, nobisque in mandatis dare, vt illorum reditum vsque eo expectemus, quoad tua prudentia intellexerit ea, quæ sunt a nobis conuenienter maiorum nostrorum institutis decisa decretaque. Ceterum iam per hasce literas confitemur, tibique confirmamus, nos a nostro proposito & sententia nequaquam discessuros: legatis etiam nostris idem imperauimus. Quamobrem rogamus te, vt placido vultu literas hasce, a nostra modestia ad te perscriptas, legendas cures: quinetiam ea, quæ nostris legatis obeunda imposuimus, æqui bonique consulas. Illud præterea tua benignitas ista nobiscum intelligit, quam tristis & acerba res sit, tot ecclesias, in tuis istis beatissimis temporibus, episcopis suis destitutas esse: & propterea tuam clementiam iterum atque iterum obtestamur, imperator augustissime, vt ante hiemis asperitatem (modo tuæ pietati ita visum fuerit) nobis ad nostras ecclesias reuertendi facias potestatem, quo possimus Deo Patri omnipotenti, & Domino ac Saluatori nostro Christo Filio eius vnigenito, pro tuo regno consuetas preces cum populo fundere, sicut & ante semper fecimus, & adhuc facere non desistimus.

Extat apud Socr. lib. 2. cap. 29.

ANNO CHRISTI 359.

ARIMINENSE CONCILIABVLVM.

Causa Cõciliabuli & acta.

CVM vtriusque partis legati ad comitatum venissent, explicaturi quid Arimini definitum aut gestum esset, Ariani catholicis præuentis, Concilium falso insimulare cœperunt. Imperator vero grauiter propterea commotus, quod formulam fidei, quæ se præsente Sirmii confirmata fuisset, reiecissent, legatos catholicos contempsit, eosque longa mora fatigatos neglexit, iubens eos Hadrianopoli, episcopos ceteros Arimini per hiemem expectare, donec ab expeditione, quam contra barbaros parabat, reuerteretur. Interea Ariani episcopi, qui Nicææ Thraciæ iussu imperatoris nouam fidei formulam ex eiusdem Constantii sententia sub Nicæno nomine vulgatam ediderunt; & ad perfidiam hanc subscriptione sua approbandam, non tantum legatos Hadrianopoli, & episcopos reliquos Arimini detentos, verum etiam præter Liberium pontificem, Seruatium Tungrensem, aliosque 18. episcopos fortiter resistentes, omnes pene totius orbis antistites metu exilii & tormentorum per vim induxerunt: adeo, quod auctore Hieronymo dialog. contra Lucif. *totus pene orbis Arianum se esse miratus tunc vere ingemuerit.* Hæc Arimini post legitimam Synodum multis ante mensibus absolutam contigerunt, in illo Arianorum Conuentu, quo nomine consubstantialitatis abdicato, Christus ex praua Arianorum consequentia creatura asserebatur: quo Liberius recusans subscribere per Valentem ab vrbe relegatus est: quo denique Gaudentius Ariminensis episcopus per milites fustibus & lapidibus appetitus, glorioso martyrio occubuit. Hunc Conuentum illi veram Ariminensem Synodum nominarunt, summisque præconiis extulerunt, vt eiusdem nominis Concilium orthodoxum & legitimum vel abolerent, vel saltem, quod etiam tempore Sardicensis Concilii fecerant, eius gloriam obscurarent. Sozom. lib. 4. cap. 22. de Ariminensi reprobata Synodo loquens, ait: *Constantius dat mandatum episcopis, vt fidei formula in Concilio Ariminensi edita consentirent. Et quamquam se pararet postridie ad pompam celebrandam, quæ more Romano Kalendis Ianuarii in creandis coss. fieri solet; tamen totum illum diem & magnam partem noctis sequentis consumere decreuit, quoad episcopi, qui Seleucia illo venerant, formulæ fidei ex Concilio Ariminensi allatæ subscriberent*, &c. Rescriptum illud lib. 4. de fide catholica Cod. Theod. quod Ariani per Iustinam Augustam a Valentin. extorserunt, sic habet: *damus copiam colligendi his, qui secundum ea sentiunt, quæ temporibus diuæ memoriæ Constantii sacerdotibus conuocatis ex omni orbe Romano, expositaque fide ab iis ipsis qui dissentire noscuntur, Ariminensi Concilio, Constantinopoli etiam confirmata in æternum mansura decreta sunt.* Verum de eodem Conciliabulo Ariminensi scribens Athanasius epist. ad Africanos ait: *Quis non odio habeat illos, qui, quæ patrum sunt* (statuta

Gaudentius martyrii lauream consequitur.

ANNO CHRISTI 359. legitimi Ariminensis Concilii) *abrogant, recentiora vero Arimini per vim & metum extorta anteponunt?* Ambros. epist. 33. ad Valentium de hac synagoga diaboli suum ferens iudicium, hæc scribit: *Cum iis plane bene conuenit Ariano, qui Christum creaturam dicit, quod etiam gentiles atque Iudæi promptissime confitentur. Hoc scriptum est in Ariminensi Synodo, meritoque Concilium illud exhorreo, sequens tamen tractatum Concilii Nicæni, a quo me nec mors nec gladius poterit separare.* Vide Baron. anno 359. num. 27. 32. & seqq.

ACTA QVÆDAM, CVM EPISTOLA Synodica huius Conciliabuli.

Gesta vbi prævaricati sunt episcopi legati a fide vera, incipiunt. Eusebio & Hypatio coss. sexto Idus Octobris.

DVM consedissent episcopi mansionis Nicææ, quæ antehac Vstodizo vocabatur, in prouincia Thracia, Restitutus, Gregorius, Honoratus, Athenius, Iginus, Iustinus, Priscus, Primus, Taurinus, Lucius, Mustacius, Vrbanus, Honoratus, Solutor. Restitutus episcopus Carthaginis dixit: Scit prudentia vestra, consacerdotes sanctissimi, quod cum apud Ariminum de fide tractatus haberetur, contentio sic dissidium fecerat, vt de sacerdotibus Dei, immittente diabolo, discordia extiterit, atque exinde factum fuerit, vt in fratres nostros ego Restitutus & pars episcoporum, quæ sequebatur Vrsacium, Valentem, Germinium & Caium, quasi in auctores mali intellectus sententiam promeremus, id est, vt a nostra communione segregarentur. Sed quia in cominus positi vniuersa tractauimus, & vniuersa discussimus; inuenimusque quod nulli displicere debeat, id est, fidem in his catholicam, iuxta professionem suam, cui & nos subscripsimus omnes, neque vnquam hæreticos fuisse. Et ideo quia pacis concordia apud Deum res est maxima, placuit vt communi consensu nostro omnia quæ apud Ariminum tractata sunt, in irritum deducantur, & communio eorum, Deo fauente, integra conueniret, nec quisquam in dissidium remaneat, quod eos aut maculare possit aut debeat. Et ideo, vt dixi, quia præsentes sumus, vnusquisque debet dicere, an dictum sit, quod prosecutus sum, & manu sua subscribere. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet: & subscripserunt.

Extant in frag. Hilar. lib. 2. pag. 36. & 37. Baron. ann. 359. num. 33. 34. 35. Acta Arianorum Nicææ.

Quæ sit autem fidei confessio, cui postea subscripserunt, quã etiam Valens secum in Ariminum pertulit, ex sequenti scripto recognoscis. ANNO CHRISTI 359.

Incipit exemplum fidei epistolæ missæ ad Constantium imperatorem a perfidis episcopis.

Epist. prævaricatorum episcoporum ad imp.

Domino merito glorioſissimo, victorioſissimo Augusto Constantio Synodus Ariminensis orientalibus consentiens, id est, *Migdonius, Megasius, Valens, Epictetus, & ceteri qui hæresi consenserunt.*

Inlustrati pietatis tuæ scriptis, maximas Deo retulimus & referimus gratias, quod nos beaueris, intimans nobis illa, quæ cum discursione pietatis tuæ facere deberemus; Ne quis Vsiæ, vel Homousii nomina ecclesiæ Dei ignota aliquando nominet, quod scandalum inter fratres facere solet; plurimum gratulati sumus, quia id quod tenebamus, recognouimus. O nos beatos quibus occurrit tanta felicitas, vt cognitione tuæ pietatis ceteri qui hæc nomina pro Deo & Dei Filio assumere solent, modum acceperint reuicti. Nos igitur reddentes obsequium clementiæ tuæ, quod coram veritatis status eluxit, quæ quod nesciat vinci, & obtinuit victoriam, vt indignum Deo nomen, quod nusquam in legibus sanctis scriptũ est, iam a nullo dicatur. Vnde oramus pietatem tuam, quoniam in eo loco, vbi Synodus gesta est, vnde responsum per nostros legatos dedimus, adhuc detinemur: iubeat nos qui integram in orientalibus doctrinam retinemus, iam ad nostras plebes dimitti, vt ex hac parte appareant amatores veritatis, qui Deo non mutant nomen, nec cum eis qui peruersa doctrina infecti sunt, diutius nos qui veritatem catholicam tenemus, detineamur.

Vnde impense oramus, domine, pietatem tuam ante Deum Patrem & Dominum nostrum Iesum Christum Deum & Dei filium, facias nos qui subscripsimus sanæ doctrinæ, recedentes ab Vsiæ nomine, te imperante, & iubeas nos ad nostras plebes dimitti, vt lætetur ecclesia, quæ immutare nomina Dei & Filii eius non admittit in totum imperio tuæ virtutis & gloriæ, cui tantum diuinitas cõtulit, vt apparet * dicationis sacrilegis iam Vsiæ & Homousii nomina recedant, quæ in diuinis scripturis de Deo & Dei Filio non inueniuntur scripta: Subueni, pie imperator, Dei summi cultoribus: Subueni eis, qui per Christum

ANNO CHRISTI 359. ſtum Dei Filium, Deum Patrem omnipotentem orant: Subueni eis, qui iudicio tuo deuoti offerunt omnes, qui neſciunt colere niſi Deum Patrem, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum gloriæ eius Filium. Et præcipe, domine imperator, ad noſtras nos plebes remeare, datis literis * ad hunc præfectum prætorii Taurum, quia & nos in prædicatione nominis Dei orientalibus, & tuæ diſpoſitioni plenum reddidimus obſequium * inhære in qua ſemper tenuimus, iam ad noſtras plebes redire debemus. De hac autem re ad archiepiſcopos noſtros orientales literas dedimus, vt ſciant hoc ſemper tenuiſſe, & in fide catholica cum ipſis permanere. Domini pietas glorioſiſſimum te ſemper & vbique per omnia faciat vindicem, Domine piiſſime imperator.

[a] SELEVCIENSE CONCILIABVLVM,

In quo a Semiarianis Acaciani damnantur.

NOTA.

Cauſa & tempus Cõciliabuli.

[a] *Seleucienſe Conciliabulum.*] Seleuciæ, quæ eſt vrbs Iſauriæ, alias Aſpera nominata, & in oriente ſita, celebrata eſt Synodus, eodem tempore, quo Arimini in occidente. In qua circiter centum ſexaginta epiſcopi conuenerunt, partim Acaciani, id eſt, Aetianorum conſortes, Chriſtum omnis cum Patre ſubſtantiæ expertem impie tradentes: partim Semiariani, diuinæ cum Patre ſubſtantiæ ſuo quodam ſenſu aſſertores. Ad eamdem etiam ſanctus Hilarius Pictauienſis epiſcopus, iam quartum annum agens in exilio in Phrygia, diuino plane conſilio euocatus fuit. Miſſi ſunt ab imperatore duo Comites, qui Synodo intereſſent. Antequam in conſeſſum iretur, Hilarii fides (quem ſicut omnes alios conſubſtantialitatis aſſertores catholicos, Sabellianum nominauerant) explorata fuit. Deinde quatuor dierum ſeſſionibus quatuor, Semiariani formulam fidei in encæniis Antiochiæ conſtitutam, retinendam eſſe ac ſubſcribendam definierunt: Acaciani vero contra eam vrgebant, a qua voces, *ſubſtantiæ* ac *conſubſtantialitatis*, tamquam a Scripturis alienæ abeſſent. Qua ratione cum prædicto tempore de fide contendiſſent, tandem a Semiarianis Acaciani vel Ariani condemnati fuerunt. Abſentibus a Synodo excommunicatis, reliquos omnes Arianos ſedibus ſuis abdicarunt. Damnati ad imperatorẽ Conſtantinopolim reuerſum appellarunt, nouamque Synodum ibidẽ congregari pro voto impetrarũt. De qua vide notas ſequentis Conciliabuli. Hæc ex Socrat. lib. 2.

Numerus epiſcoporum.

Acta Conciliabuli.

cap. 31. & 32. Athanasio de Synodis, Seuero lib. 1. Baron. anno 359. num. 61. & seqq. ANNO CHRISTI 359.

[a] CONSTANTINOPOLITANVM CONCILIABVLVM,

In quo noua fidei formula promulgata, Semiariani ab Acacianis & Arianis condemnantur.

NOTA.

Locus & tempus Cõciliabuli.

[a] *Constantinopolitanum Conciliabulum.*] Hæc pseudosynodus celebrata est Constantinopoli præsente Constantio, eo tempore, quo episcopi Arimini congregati, illic adhuc licet inuiti detinebantur: noua enim illa fidei professio Constantinopoli scripta, teste Athanasio de Synodis, missa est ad eos, qui Arimini conuenerant, vt eidem omnes vel subscriberent, vel in exilium relegarentur. Conuocati sunt ex proxima tantum prouincia, vt tradit Socrates lib. 2. cap. 33.

Numerus episcoporum.

episcopi Bithyniæ, numero quinquaginta. Nouam eamque nonam a Nicæno Concilio fidei professionem ediderunt; in qua non modo vox substantiæ, sed etiam hypostasis vel subsistentiæ impie abolita fuit. Quam cum Semiariani detestarentur, mutua illis gratia vicissim reddita, eosdem condemnarunt, sedibusque priuatos in exilium ablegarunt. Vt viderentur catholici, suæ hæreseos auctorem Aetium condemnarunt, vt scilicet, Deo id ita volente, suoipsius iudicio condemnati, excusationis prætextum nullum haberent. Quod Siluanus & Eleusius Semiariani vocis consubstantialis inimici, eo tempore quo Acaciana impietas inualescebat, defensores facti fuerint, eamque teste Theodoret. lib. 2. cap. 27. ad sui relegationem vsque contra Arianos propugnauerint, prope miraculum esse arbitramur. Tanta enim est veritas orthodoxæ fidei, vt quandoque inimici nostri iudices sint æquissimi. Interea dum hæc agerentur, Arimino alia fidei formula Constantinopolim affertur, cui omnes episcopi etiam orientales Seleucienses Synodi iussu Constantii subscripserunt, adeo vt iidem episcopi eodem prope tempore duplici fidei diuersæ, Constantinopolitanæ & Ariminensi, subscripserint. Harum alteram in oriente, alteram in occidente imperator obseruari voluit. Hæc latius apud Socratem, Sozom. Theod. & Baron. anno 359. num. 79. & seqq.

Semiariani hæreseos suæ auctorem Aetiũ & Arianos damnant.

ANNO CHRISTI 359.

EPISTOLA SYNODICA DE AETII DAMNATIONE AD GEORGIVM ALEXANDRIÆ EPISCOPVM.

Sanctum Concilium Constantinopoli conuocatum domino honoratißimo episcopo Alexandriæ Georgio salutem.

QVOD Aetius ob nefaria sua scripta, eaque σκανδάλων, id est, offendiculis referta, a Concilio condemnatus sit, in ipso certe episcopi aliud nihil, quam quod Canones ecclesiæ postulabant, effecerunt. Nam primum abdicatus est diaconatu, deinde ecclesia excluſus: postremo adhortationes adhibitæ, ne quisquam sceleratas eius legeret epistolas, sed ab omnibus propterea abiicerentur, quod inanitatis nonnihil & damni complexæ sunt. His accedit, quod illi, & iis qui in eadem opinione ac sententia cum eo perseuerāt, anathema denuntiamus. Atque consentaneum sane erat, vt omnes episcopi, qui in hoc Concilio conuenerant, communi consensu eum vt auctorem offendiculorum, turbarum, schismatum, tumultuosi sermonis per orbem terrarum grassantis, & mutuæ denique in ecclesiis seditionis, execrarentur, vnoque ore de sententia contra eum pronuntiata concordarent. Extat apud Theod. lib. 2. cap. 28. & Baro. num. 90.

Attamen contra vota nostra, contraque omnem expectationem, Seras, Stephanus, Heliodorus, Theophilus, ac eorum socii, neq; nostris sunt suffragati sententiis, neque suffragiis de eo latis subscribere voluerūt. Idque cum Seras ipse aliud etiam arrogans facinus & plenum insaniæ prædicto Aetio criminis loco obiectaret; eum nimirum temeraria audacia elatum affirmasse, Deum sibi reuelasse ea, quæ vsque ab apostolorum temporibus hactenus occultauerat. Post quæ insana & insolentia verba a Sera de Aetio pro testimonio citata, illi, quos supra posuimus, ne precibus quidem adduci persuaderique poterāt, vt in iudicio de illo ferendo nobis suffragarentur. Nos autem patientibus animis, eorum causa, ad prolixum temporis spatium ferre sententiam distulimus, nunc indignando, nunc adhortando, increpando interdum, aliquando obnixe orando, vt nobiscum conuenirent, con- De Aetii damnationis causa, & sociorū.

sentientemque toti Concilio sententiam pronuntiarent. Anno Christi 359. Itaque expectauimus diu, si forte nos audire, si intelligere, si denique cedere vellent.

Datum tẽpus resipiscendi.

Verum vbi longo tẽpore expectando, nullo modo eos ad nostris de Aetio sententiis obsequendum inducere poteramus; Canonem ecclesiæ eorum amicitiæ anteponendum arbitrati, eos a communione ecclesiæ excludendos decernimus: dato illis ad sententiam mutandam, ad resipiscendum, & ad alacri animo cum Concilio concordandum, consentiendumque, sex integrorum mensium spatio. Quod si intra præstitutum diem, mutato consilio, amplecterentur cum patribus concordiam, & decretis ab illis de Aetio sententiis assentirentur; tum non solum vt reciperentur in ecclesiam, verum etiam vt suam in Conciliis loquendi libertatem, & mutuam nobiscum caritatem recuperarent, statuimus. Sin autem in proposito susceptoque consilio per hominum facilitatem pertinaciter manerent, & Canones ecclesiasticos contemnerent, episcopatus dignitate dimouendos esse. Quod si depositionem expectauerint, alios in eorum loca episcopos substituendos; vti sacrosancta ecclesia, ad ordinem sibi conuenientem redacta, secum ipsa consentiat, vinculo caritatis ab omnibus omnium gentium episcopis eadem dicendo, eademque mente & sententia in vnum cohærescendo, firme conseruato. Quare ista ad tuam reuerentiam scripsimus, vt intelligas decreta Concilii, quæ te obseruantem optamus, per gratiam Christi tuas ecclesias tranquille legitimeque moderari.

Anno Christi 360.

CONCILIABVLVM ANTIOCHENVM,

Quo ab Arianis Meletius episcopus Antiochenus sede deponitur.

Locus & causa Conciliabuli.

[a] *Conciliabulum Antiochenum.*] Hoc Conciliabulum habitum est Antiochiæ anno Constantii, vt testatur in chronic. Hieronymus, 24. qui est Christi 360. Causa habiti Concilii ista fuit primaria, vt Acaciani & Ariani declararent Meletium Antiochenum episcopum sede sua iuste deiectum, eique Euzoium suæ factionis sectarium impurissimum, æquissimo iudicio substitutum esse. Cum enim Me-

ANNO CHRISTI 360. letius, teste Sozom. lib. 4. cap. 27. ab Eudoxianis & Acacianis post aliorum Semiarianorum depositionem in sedem Antiochenam introductus, præter spem & opinionem eorum, Dei nutu ac singulari prouidentia Nicæni Concilii fidem publice tanto zelo & orthodoxæ religionis ardore prædicaret, vt dum ipsius concionantis os archidiaconus manu obstrueret, digitos ille primo tres, deinde vnum proferens, Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate doceret; iussusque ab imperatore recantare palinodiam, recusaret; eiusdem Constantii imperatoris mandato depositus, in exilium contra pacta assecurationis data, & apud Eusebium Samosatenum velut sequestrum deposita, eiectus fuit. Ariani itaque metuentes ne decreti illius conscripti testimonio coarguerentur, persuadent Constantio, vt per nuntium ab Eusebio decretum reddat. Ad quod faciendum cum ille neque verbis, neque minis ab imperatore induci potuisset, respondisseteque se commune decretum communi consensu acceptum nunquam redditurum, nisi omnes, qui suæ fidei illud commiserunt, in vnum conuenirent. Hac itaque occasione Acaciani Antiochiæ conuenientes, approbata Meletii iniusta depositione ac relegatione, nouam rursus fidem, eamque omnium deterrimam, Constantio & Acacio auctoribus condiderunt, qua Filium Patri substantia & voluntate dissimilem, atque ex nihilo ortum esse statuerunt, sicut Ario ab initio placuerat. *Acaciani vero* (inquit Sozom. lib. 4. cap. 28.) *adhuc quiescere non poterant; sed Antiochiæ rursus in vnum cum paucis quibusdam congregati, decreta quæ ipsi sanciuerant, simulabant, statuebantque nomen, Simile, ex formula Arimini & Constantinopoli perlecta, eximendum esse: & Filium Patri tum substantia, tum voluntate dissimilem esse, & ex nihilo ortum, sicut Ario iam ab initio placuerat, docebant. Quibus fuere subsidio sectatores Aetii, qui primus post Arium his nominibus palam ausus est vti. Vnde factum est, vt tum ipse ἀντίθεος, ideſt, auersus a Deo, tum eius doctrinæ approbatores Anomiani & Exucontii, id est, Filium Patri dissimilem, & ex nihilo ortum statuentes appellarentur.* Hæc Sozom. Hic tandem finis magnæ tragœdiæ, ab Arianis post Nicænum Concilium per triginta & amplius annorum spatia confectæ: cuius tot fuerunt actus, quot celebrata Concilia. Quorum vltimo funestum illud, quod primum in eorum animis insedit, Dei Filium (proh scelus) substantia & voluntate Patri esse dissimilem, infeliciter concluſum est. Nam eo tempore, quo Constantius Filio Dei diuinitatem ademit, non sine prodigio eidem imperium abripitur; cum in Gallis Iulianus a militibus alias acclamatus imperator eligitur, & quantumlibet inuitus imperare cogitur. Anno enim sequenti procul omni dubio Constantius cum orientali imperio vita exutus fuisset, nisi eum mors citior confecisset. Hæc ex Theodoret. Epiph. Sozom. & Ammiano. Baron. anno 360. num. 45. & seqq.

Meletius præter spē Arianorum Nicænā fidem publice prædicat.

Meletius contra pactum in exilium relegatur.

Constātio, quo tempore is diuinitatem Christo adimit, imperium abripitur.

ANNO CHRISTI 362.

[a]CONCILIVM ALEXANDRINVM
DE LAPSIS RECIPIENDIS, &c.
SVB LIBERIO, APPROBATVM.

NOTÆ.

[a] *Concilium Alexandrinum.*] Cum post occisum Georgium Cappadocem Alexandrinæ sedis inuasorem, Athanasius a tertio exilio & quinquennalibus latebris, anno Iuliani secundo, qui est Christi 362. Alexandriam reuersus, magnoque omnium gaudio & applausu exceptus fuisset, hortatu & auctoritate Liberii pontificis Concilium indixit, tum vt ecclesiam suam ab Arianæ hæreseos inquinamentis ac sordibus expurget; tum vt inter eos qui dissidebant, pacem conciliet, atque tyrannide oppressos liberet, adeoque statum catholicæ ecclesiæ dira multorum annorum persecutione collapsum restituat atque reformet. Pontificis legatione functuri, Eusebius Vercellensis & Lucifer Calaritanus episcopi præsto fuerunt, quod partim ex epistola Athanasii ad Liberium, partim ex rebus ab vtroque gestis colligitur. Cum his Ægypti aliarumque ecclesiarum episcopi, quorum nomina synodali epistolæ infra positæ subscripta habentur, ad Concilium conuocati conuenerunt, eo libentius, vt simul reducem ab exilio Athanasium inuiserent. Exemplo Antiocheni & Nicæni Concilii, Paulum Samosatenum, aliosque episcopos ad pœnitentiam citra pristinæ dignitatis iacturam admittentium, magna etiam consilii maturitate a patribus in hac Synodo constitutum fuit: Primo vt episcopi per ignorantiam vel tormenta in hæresim lapsi, cum ad catholicam ecclesiam reuerterentur, in eodem honoris gradu quo insigniti fuissent, reciperentur: sin vero hæreseos auctores fuissent, præuia pœnitentia, ablatis honoribus, laica communione impertirentur. Huius Canonis meminit sanctus Hieronymus tom. 2. aduersus Lucifer. his verbis: *Post reditum Confessorum in Alexandrina postea Synodo constitutum est, vt exceptis auctoribus hæreseos, quos error excusare non poterat, pœnitentes ecclesiæ sociarentur: non quod episcopi possint esse, qui hæretici fuerant; sed quod constaret eos, qui reciperentur, hæreticos non fuisse. Assensus est huic sententiæ occidens, & per tam necessarium Concilium e satanæ faucibus ereptus est mundus.* Secundo aduersus Eunomium, Macedonium, & Semiarianos Spiritus sancti diuinitatem negantes, necnon recens emergentem hæresin, quæ postea dicta est Apollinaris, perfectam Christi incarnationem diminuentem, animam nimirum ab humanitate Christi detrahentem, auctore Socrate lib. 3. cap. 4. & 5. noua decreta sanxerunt. *Spiritus sancti*, inquit Socrates, *diuinitatem stabilire, eumque in Trinitate consubstantiali comprehendere: & Filium hominem factum, non tamen solum carnem, sed etiam animam sumpsis-*

Causa & auctor Concilii.

Pontificii legati qui.

Acta Concilii.

ANNO CHRISTI 362. *se, affirmare, sicut antiquis viris ecclesiasticis visum fuit*, &c.

Tertio, controuersia illa grauis & periculosa de nominandis in sacrosancta Trinitate suppositis, inter Græcos & Latinos exorta, feliciter admodum sopita fuit, hoc modo: Græci, qui tres hypostases dicebant, teste Gregorio Nazianzeno orat. de laudibus D. Athanasii, videbantur Latinis tres οὐσίας siue essentias cum Ario dicere, eo *quod tota Græcorum profanorum schola* (vt sanctus Hieronymus epistola 57. affirmat) *discrimen inter hypostasim & vsiam ignorabat.* Latini vero, qui reiecto nomine hypostasis, personas dicebant, Græcis videbantur distinctionem non realem, sed tantum ratione muneris siue officii inter Patrem, Filium & Spiritum sanctum agnoscere, eo quod personæ vocabulum ad auctoritatem officii significandam accommodari solet. Ob quam verborum contentionem, *eo*, inquit Gregorius Nazianzenus oratione de laudibus Athanasii sub finem, *res adducta est, vt periculum esset, ne orbis terrarum fines* (id est orientalis & occidentalis ecclesia) *vna cum syllabis a se inuicem distraherentur & abrumperentur.* Effecit itaque Athanasius, teste Gregorio prædicto loco, vt deposita tandem controuersia nominum, Græci personæ vocabulum pro hypostasi vsurparent, & vicissim Latini hypostasin pro persona dicerent. Et quamquam sancto Augustino de Trinitate lib. 5. cap. 8. & 9. Latinisque posteris hæc conciliatio deinceps displicuisse videatur, tamen sanctus Hieronymus epist. 57. apud Damasum impetrauit, vt huius de nomine dumtaxat controuersiæ conciliatio admitteretur. Deinceps vero apud posteros communi vsu in ecclesia receptum fuit, vt quamquam olim pro essentia & subsistentia vox hypostasis vsurpata fuerit, nunc idem in diuinis & creaturis rationabilibus significet Græce hypostasis, quod Latine persona. Ita sanctus Thomas 1. parte, quæstione 29. articulo 2. ibidem Valent. &c.

Quarto, hac eadem Synodo Alexandrina declaratum est, professionem illam fidei ab Arianis titulo Sardicensis Concilii promulgatam, spuriam & surreptitiam esse, atque ad Nicænam confessionem in Sardicensi Concilio nihil additum fuisse: adeoque appendicem illam synodali epistolæ Sardicensi apud Theodoretum falso additam fuisse, quod supra ibidem etiam a nobis annotatum fuit. Tandem cum Athanasius per rescriptum, Liberium Romanum pontificem, quod extat infra in Concilio Nicæno II. actione I. de omnibus in hac Synodo gestis certiorem reddidisset, de iisdem prius ad Antiochenos, post ad orientales vniuersos missa est synodica epistola hæc quæ sequitur. Vide Baron. anno 362. num. 176. & seqq.

EPISTOLA SYNODICA CONCILII ALEXANDRINI.

ANNO CHRISTI 362.

Cariſsimis & optatiſsimis ſacrorum comminiſtris Euſebio, Lucifero, Aſterio, Cymatio, & Anatolio, Athanaſius, ceterique epiſcopi, qui Alexandriæ ex Italia, Arabia, Aegypto & Libya, hic adſunt, Euſebius, Aſterius, Gaius, Agathus, Ammonius, Agathodæmon, Dracontius, Adelphius, Hermeon, Marcius, Andreas, Paphnutius, Marcus, Zoilus, Mynias, Georgius, Lucius, Macarius, reliqui deinceps in Chriſto ſalutem plurimã.

Extat apud Athan. ad Antiochen. Baron. ann. 362. num. 193.

PERSVASVM habemus, vos, cum ſitis miniſtri Dei, ac Domini diſpenſatores, idoneos aptoſque eſſe ad eccleſiæ negotia temperanda. Ceterum quia ad nos allatum eſt, plurimos ſuperiori tempore per contentionem diſgregatos a vobis, pacem riam optare; plurimos item a vecordi Arianorum ſecta deficientes, vobiſcum communionem affectare: neceſſarium viſum eſt, ea quæ a nobis noſtriſque dilectis ſcripta eſſent Euſebio & Aſterio, veſtræ bonitati inſinuare, qui & ipſi eſtis dilecti, & vere nobis deſideratiſſimi ſacrorum comminiſtri: nimirum lætos quidem nos eſſe de hac fama; ſed tamen magnopere cupere, vt eos qui adhuc in ſchiſmate hærent, ſegregari a vobis, quique cum Arianis cœtus faciunt, reſilire curetis ab iſtiuſmodi inſania, vt omnes omnibus in locis prædicent vnum Dominum, vnam fidem. *Quid enim eſt tam pulcrum* prout pſalmographus inquit, *aut quid ita delectabile, quam habitare fratres in vnum?* Nam ita quoque fieri arbitror, vt Deus nobiſcum habitet, cuius hæc verba ſunt: *Habitabo in eis, & verſabor inter eos, & illic habitabo, quoniam elegi eam:* ita quoque quodammodo fit, vbi vna fides & religio prædicatur.

Pſal. 132.

Exech. 43.

Vellemus equidem nos Ægyptii vna cum dilectis fratribus noſtris Euſebio & Aſterio multis de cauſis iſtuc venire, & in primis eius rei gratia, vt veſtros affectus complecteremur, frueremurque in communione iſtiuſmodi pace & concordia. Verum quia, vt in alia epiſtola indicauimus, & ex comminiſtris noſtris intelligere poteſtis, detinemur magnopere eccleſiaſticis neceſſitatibus, idque non ſine dolore noſtro: ideo voluimus comminiſtros

ANNO CHRISTI 362. niſtros noſtros in rebus ſacris Aſterium & Euſebium in vicem noſtri iſtuc pergere, ac vos inuiſere. Gratias igitur ago eorum pietati, quod cum ipſis liceret properare ad ſuas diœceſes, iſtam tamen profectionem ad vos omnibus rebus ſuis antepoſuerunt, idque in vſum vrgentis eccleſiaſtici negotii. Cum igitur iſtud inter nos decretum eſſet, memetipſum non parum conſolatus ſum, quaſi illis iſtic præſentibus, ego quoque vna iſtic præſens intereſſem.

De recipiẽdis redeuntibus ad eccleſiam.

Omnes igitur, qui vobiſcum pacifice agere volunt, in primis autem illos, qui in veteris eccleſiæ communione fuerunt, deinde qui ab Arianis redierunt, allicite ad vos, eoſque vt patres aſſumite, & vt magiſtri & tutores recipite, coaptantes vos interim dilecto noſtro Paulino eiuſque ſociis: nihilque amplius ab illis exigatis, quam vt execrentur Arianorum hæreſin, confiteanturque S. patrum in Nicæa fidem. Execrentur item eos, qui dicunt Spiritum ſanctum eſſe creaturam, & diuiſum ex ſubſtantia Chriſti. Id enim vere eſt reſilire a ſcelerata factione Arianorum, ſi non diuidas ſanctam Trinitatem, nec dicas aliquid eius eſſe creatum. Nam qui ſimulanter ſeſe iactitant de confeſſione Nicænæ fidei, atque interim audent blaſphemias dicere contra Spiritum ſanctum, nihil aliud præſtant, quam quod Arianam hæreſim verbis inficiantes, animo ſenſuque retineant. Anathemate quoque inuratur Sabellii & Pauli Samoſateni impietas, Valentini item & Baſilidis inſania, & Manichæorum ſtoliditas: quod ſi fit, omnis apud omnes ſuſpicio delebitur, & ſola catholicæ eccleſiæ fides pura apparebit.

Quod autem hanc fidem tenemus nos, & qui perpetuo nobiſcum communionem vſurparunt, nec vos, vel alium quemquam latere arbitramur. Ceterum quia cum volentibus volupe eſt coniungi, & quidem libenter cum omnibus, ita vero in primis iis qui in veteri eccleſia conuentus agebant; & quia potiſſimum Dominum glorificamus, cum de omnibus, tum præcipue de hoc eximio propoſito: viſum eſt nobis vos cohortari, vt ſub iſtis conditionibus ineatur concordia; ita vt nihil vlterius, quam dictum eſt, vel illi qui ex veteri eccleſia ſunt, a vobis flagitent; vel illi qui cum Paulino ſunt, aliud præter-

Reiicitur fidei confeſſio nomine Sar. Conc. edita.

quam quod inter Nicæni Concilii decreta reperitur, adiiciant: & tabellas, quas nonnulli iactant, quasi ex Sardicensi Synodo de fide conscriptas, ne legi quidem semel aut proferri sinatis. Nihil enim tale Concilium definiuit. Quamuis enim certi homines nonnulla, quasi quæ deessent, Nicæno Concilio ascribere vellent, idque acriter contenderent: sancta tamen Synodus, quæ Sardicæ conuenit, indigne id tulit, decretoque sanciuit, ne quid vlterius de fide scriberetur; & sese contentos esse Nicæna fide, declarauerunt, vt cui nihil deesset, & in qua integra & solida fides contineretur: neque edendam esse aliam professionem fidei, ne illa, quæ Nicææ scripta est, suos numeros non habere videretur; neve illis, quibus libido est semper noua statuere, occasio huiusmodi suppeditaretur, vt iterum atque iterum de fide definiant. Quapropter si quis hæc aut aliud quippiam cauillabitur, compescite illum, & ad studium pacis inducite: nihil enim est quod in his agnoscere possumus, nisi solam contentionem. ANNO CHRISTI 362.

Quid per nomen personæ catholici intelligerent.

Illis enim qui nonnullos incusabant, vt trium hypostaseon affirmatores, cum huiusmodi voces in Scriptura non reperirentur, ac proinde suspecti videri possent, auctores fuimus ne amplius in Nicænam confessionem inquirerent. Sed tamen de istis ob peruicaciam rixandi quæstio est habita: interrogatique sunt, num pro Arianorum sententia alienas peregrinasque, ac diuersæ a se inuicem substantiæ personas esse velint, & vnamquamq; hypostasin per se ac seorsim diuisam esse, pro ratione ceterarũ creaturarum, eorumque qui ex hominibus nascuntur, existiment. An sic intelligant diuersas res, quale est aurum, argentum, æs. An, vt alii hæretici, sub istis vocibus tria principia, & tres maximos deos constituant. Ceterum illi affirmabant, se ita nec dixisse, nec sensisse. Percunctantibus autem nobis, qua ratione ista dicerent, aut cur omnino istiusmodi vocabulis vterentur: Responsum dederunt, sese in Trinitatem credere, non quæ nomine tenus Trinitas, sed quæ vere Trinitas esset, & subsisteret: & Patrem, vt qui vere esset & subsisteret: & Filium, vt existentem & subsistentem: & Spiritum sanctum vt subsistentem & existentem agnoscere: Non tamen se dixisse tres

ANNO CHRISTI 362. deos, aut tria principia: imo ne toleraturos quidem, si quis tale quidpiam aut dicat, aut sentiat: sed se scire esse sanctam Trinitatem, vt tamen vna sit deitas, & vnum principium: & Filium se agnoscere esse coessentialem suo Patri, vt dixerunt patres; & Spiritum sanctum non creaturam neque alienum, sed proprium & indisgregatum ab essentia Patris & Filii.

Approbata igitur istiusmodi & interpretatione & excusatione, vicissim quoque & eos examinauimus, qui ab istis in culpam deuocabantur, quasi dicerent, esse vnam hypostasim: scisscitantes ab illis, num pro Sabelliano dogmate ea mente loquerentur, vt sublatos vellent in Trinitate Filium & Spiritũ sanctum, quasi Filius essentia careat, aut Spiritus sanctus non subsisteret. Qui & ipsi quoque affirmarunt, neque ita se dicere, neq; se ita sensisse vnquam, sed ὑπόστασιν eos intelligere idem esse cum οὐσίᾳ: vnam autem ideo sese hypostasim intelligere, partim quia Filius ex essentia Patris sit, partim quia in tribus sit idẽtitas naturæ: vnam enim sese deitatem & vnam naturam credere, neq; aliam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus sancti esse naturam. Quinimo & illi, qui eo crimine postulati erant, quod tres hypostases inducerent, cum istis in eamdem sententiam conuenerunt: vicissimque illi, qui vnam hypostasim asseuerarent, istorum interpretationi acquieuerunt: & ambæ factiones pariter Arium execratæ sunt, vt Christi hostem: Sabelliumque & Paulum Samosatensem, vt impios; Valentinum item & Basilidem, vt alienos a veritate; Manichæum quoque, vt malorum machinatorem. Omnes denique Dei gratia post huiusmodi verborum interpretationem optimam & exactissimam, quæ Nicææ patres instituissent, fidei esse approbarunt, eiusdemque fidei verba sufficere, ac ante omnia in vsum esse deducenda, constituerunt.

Quid per hypostasim pie sentirẽt.

Quinimo de negotio, dispensationeque carnis nostri Saluatoris, cum super ea quoque re nonnulli cum aliis contentionem mouerent; & hos & illos examinationi subiecimus, & quod isti profitebantur, hoc & illi quoque suffragio assensuque prosecuti sunt: nempe non ea ratione, qua ad prophetas factum est verbum Domini, factum esse Verbum & aduenisse in Christum sub finem sæcu-

De Verbi incarnatione recta fides.

lorum, sed ipsum Verbum carnem esse factum, & cum esset in forma Dei, formam serui assumpsisse: & ex Maria (quantum ad carnem attinet) hominem esse genitum, hominum gratia: eoque modo solide & integre humanum genus liberatum a peccatis in ipso, & viuificatum a morte introduci in regnum cælorum. Et hoc quoque itidem confitebantur, quod non corpus inanimatum, aut cogitationis, aut mentis expers, Saluator habuerit. Nec enim possibile erat, vt Domino propter nos homine facto, corpus eius sine mente existeret: non enim corpori dumtaxat, sed & animæ quoque nostræ per ipsum Verbum salus est conciliata. Idemque cum vere esset Filius Dei, filius hominis factus est: & cum esset vnigenitus Dei Filius, factus est primogenitus in multis fratribus. Quapropter non alius erat ante Abraham, alius post Abraham; neque alius dum Lazarum excitaret, neque alius cum interrogaret de eo vbi situs esset: sed idem ille ipse erat, corporaliter quidem vt homo expuens, diuinitus vero vt Dei Filius oculos aperiens eius, qui a natiuitate cæcus fuerat: & carne quidem patiens (vt Petrus dixit) diuinitus tamen monumenta aperiens & mortuos excitans. Ex quibus omnia quæ in euangelio sunt, intelligentes, affirmauerunt se idem sentire de incarnatione & humana natura a Dei Verbo assumpta.

Anno Christi 362.

Rom. 8.

1. Pet. 4.

Cum igitur istiusmodi illorum fuerit confessio, adhortamur vos, ne eos qui ita confitentur, talemque interpretationem suæ confessioni accommodant, temere damnare, aut reiicere velitis; sed potius admissa illorum excusatione, recipiendos putetis. Eos econtra, qui talem confessionem non edunt, neque tali interpretatione in istis verbis vtuntur, arcere vos vellemus, & auersari vt suspectæ mentis homines. Ceterum cum istos tolerandos non censebitis, consuletis illis qui recte interpretantur, & recte sentiunt, ne vlterior vlla inter vos adhibeatur disquisitio, neve verborum pugnis studeatis ad nullam prorsus vtilitatem: sed sensus cogitationesque pietatis exhibete. Nam qui ita affecti non sunt, sed tantummodo super istiusmodi voculis contentiose rixantur, & aliud quidpiam, præterquam quod Nicææ scriptum est, requirunt; hi profecto nihil aliud agunt, quam quod proximis suis

Ad pacem exhortatio.

ANNO CHRISTI 362. turbidam subuersionem propinant, vt inimici, & discordiarum schismatumque æmulatores. Sed vos, o boni & fideles serui & dispensatores Domini, eos qui scandala & peregrina inferunt, compescite & arcete, & præ omnibus anteponite istiusmodi pacem, quæ sanæ fidei est. Forsitan Dominus misertus nostri coaptabit quæ sunt hiulca & diuisa, atque vnum ouile reformabit, quo vnum habeamus ducem Dominum nostrum Iesum Christum.

Hæc quidem nos, tum quia nefas est quidquam vltra Nicænum Concilium requirere, aut contentiosas sententias recipere; tum vel ob pacem solum, & ne qui recte sentiunt, pro reiectis habeantur, ad istum modum censuimus; & eorum confessionem qualis fuerit, nos qui relicti sumus Alexandriæ, paucis indicauimus; idque in commune vna cum reliquis comministris sacrorum Asterio & Eusebio: nam reliqui ex nostris quisque ad suas prouincias abierunt. Vos rursus in commune, vbi soletis conuentus agere, ista iubebitis peruulgari, eoque omnes euocate. Æquum est enim, vt in eo loco primum epistola recitetur, ibidemque omnes qui pacem amant, inter se concilientur; ac deinde vbi conciliati fuerint, vbicumque populis videbitur, præsente quoque vestra humanitate, synaxis celebretur, & Dominus publice ab omnibus glorificetur. Salutant vos fratres illi, qui mecum hic agunt. Bene valete, & nostri memoriam in Domino facite.

Subscriptio episcoporũ.

Ego Athanasius, ceterique episcopi in hoc Conuentu præsentes, epistolæ subscripsimus: idemque ab aliis factum est, qui huc legati venerant: inter quos a Lucifero Sardiniæ insulæ episcopo diaconi duo Herennius & Agapetus, a Paulino vero Maximus & Calimerus, qui & ipsi diaconi sunt. Aderant & aliquot monachi episcopi Apollinaris in hoc ipsum missi. Episcoporum nomina, ad quos epistola scripta est, sunt hi: Eusebius Vercellarum ciuitatis Galliæ, Lucifer Sardiniæ insulæ, Asterius Petreæ Arabiæ, Cymatius Palati, Cœlosyriæ, Anatolius Euboiæ. Ceterum qui epistolam scripserunt, sunt isti: Papa Athanasius & qui cum illo Alexandriæ fuerunt: ipse quoque Eusebius inter eos est, Asterius item; reliqui, Gaius ex Parathonio proximo Libyæ Phragonis, & partis alterius Elearchiæ Ægypti, Ammonius, Panemuneus, & ex reli-

qua Elearchia Ægypti, Agathodæmon Schediæ & Menelaiti episcopus, Dracontius paruæ Hermopolis, Adelphius Nuphæos, quæ est Lychnorum, Hermion Taneos, Marcus Zygrorum proxime ad Libyam, Theodorus Athribeos, Andreas Arseniotæ, Paphnutius Sæos, Marcus Phylorum, Zoilus Andromenæ Antiphron. His etiam Eusebius Latine subscripsit, quorum hæc interpretatio, *ex Græco iterum Latine reddita*: Ego Eusebius episcopus, secundum exactam vestram vtriusque partis confessionem, qua in eamdem sententiam inuicem conuenistis, quantum attinet ad hypostases, fateor me quoq; idem statuere: neque in id solum calculum meum addo, sed etiam in incarnationem Saluatoris nostri consentio, eum videlicet, cum Filius Dei esset, hominem esse factum, & excepto peccato, omnia quæ veteris erant nostræ humanitatis assumpsisse: idque provt habet epistolæ argumentum, meis suffragiis confirmo. Deinde quia fama apud exteros increbuit de tabella Sardiceni Concilii, ne ea vltra Nicænam fidem decreta esse putetur, meo suffragio denuntio, quo nihil luxamenti aut noxæ Nicænæ fidei inde oboriatur, neque eam ea de causa proferendam censeo. Valere vos omnes in Christo exopto. Ego Asterius superioribus scriptis astipulor, & vos in Christo bene valere precor.

Anno Christi 362.

Eusebii cõfessio & subscriptio.

Postea quoque & ipsi subscripserunt absentes, scilicet: Ego Paulinus (*episcopus Antiochiæ hic erat*) ita sentio, quemadmodum accepi a patribus, Filium esse, & subsistere perfectum: subsistereque Spiritum sanctum, eumque perfectum esse. Quapropter approbo superiorem interpretationem de tribus hypostasibus, & vna hypostasi siue essentia: & eos qui ita censent, veros habeo; cum pium sit sentire & confiteri, Trinitatem in vna deitate consistere. Et de incarnatione Verbi Patris propter nos facta ita decerno, quemadmodum scriptum est secundum Ioannem, Verbum carnem esse factum: non autem secundum impiissimos homines, mutationem sui Verbum passum esse, sed nostri gratia hominem esse factum, & ex Maria Virgine Spiritu sancto genitum: & nequaquam inanimatum, aut absque sensu, aut sine mente corpus Saluatorem nostrum habuisse: quippe cum impossibile sit, Do-

Paulini cõfessio & subscriptio.

ANNO CHRISTI 362. minum propter nos hominem factum, corpus habere sine mente. Idemque anathemate prosequor eos, qui confessionem fidei Nicænæ vilipendunt, & qui negant Filium ex substantia Patris, & coessentialem Patri existere. Execror item eos qui dicunt, Spiritum sanctum propter Filium, creaturam esse factum. Præterea Sabellii, Photini, omnemque hæresim anathematizo, incedens secundum Nicænam fidem, & secundum omnia superius scripta. Valere vos opto ego Cartherius.

NOTA.

[a] *Epistola synodalis.*] Quod epistolæ huius inscriptio, contextus & subscriptio, hanc alibi ab Eusebio & Asterio scriptam, alibi vero ad eosdem datam referant, mendosum est: emendari vero aliter non potest, quam vt ex sententia antiquorum fere omnium historicorum affirmemus, Eusebium episcopum Vercellensem huic Synodo præsentem fuisse, eamdemque epistolam sicut ab Athanasio atque aliis collegis, ita etiam ab eodem Eusebio fuisse conscriptam. Quod autem in damnatione hæresis Apollinaris, docentis Filium Dei corpus inanimatum assumpsisse, nulla mentio habeatur, accidit, vel quia illa hæresis nomine Apollinaris nondum vulgata fuerit, sed tantum incerto auctore prodierit: vel quia ipse Apollinaris per monachos, qui Synodo interfuisse dicuntur, hæresin suam abdicauerit. Vnde factum est, vt S. Basilius tempore Valentis cum Apollinare communicari potuisse responderit, quem errasse ignorabat. Vide Baron. ann. 362. num. 193. & 205.

Epistola hæc mendosa est.

Cur Apollinaris nullā mentionem faciat.

[a] CONCILIVM PARISIENSE I.

In quo formula fidei ab Arianis suppresso vsiæ nomine condita, & Arimini susceptа, damnata est, Saturninusque Arelatensis ab ecclesia eiectus, anno Christi CCCLXII. *Liberii Papæ* XI. *Iuliani Aug.* II.

[1] Synodica Concilii, seu fides catholica exposita apud Parisiam ciuitatem ab episcopis Gallicanis, ad orientales episcopos.

Dilectissimis & beatissimis consacerdotibus episcopis orientalibus omnibus per diuersas prouincias in Christo manentibus Gallicani episcopi salutem.

OMNI quidem vitæ nostræ fideique sensu gratias Deo Patri per Dominum nostrum Iesum Christum confi-

temur, quod nos in lumine scientiæ confessionis suæ doctrinis & propheticis & apostolicis conlocauit, ne sæcularis imperitię tenebris detenti, iudicio sæculi teneremur: cum sola spes sit plenissima ad salutem, Deum patrem omnipotentem per vnigenitum eius Dominum Iesum Christum in sancto Spiritu cõfiteri. Sed plane non minor quotidie gratulationis nostræ causa cumulatur, quod liberans nos ab errore mundi, nunc etiã inexpiabili hæreticorum admisceri non patitur societati. Ex literis enim vestris, quas dilecto fratri & consacerdoti nostro Hilario direxistis, fraudem diaboli, & conspirantia aduersus ecclesiam Domini hæreticorum ingenia cognouimus, vt diuisi in partibus orientis atque occidentis, diuersis inuicem opinionibus falleremur. Nam plures numero, qui aut Arimini, aut Nicææ adfuerunt, sub auctoritate vestri nominis ad vsiæ silentium sunt coacti. Quod verbum a vobis quondam contra Ariomanitarum hæresim inuentum, a nobis semper sancte fideliterque susceptum est. Nam homousiou sermonem ad veram & legitimam ex Deo patre vnigeniti natiuitatem sumus amplexi; detestantes secundum Sabellii blasphemias ipsam vnionem, neque aliquam partem Patris esse Filium intelligentes, sed ex toto atque perfecto innascibili Deo, totum atque perfectum vnigenitum Deum natum, vnius a nobis idcirco vel vsiæ, vel substantiæ cum Deo patre confessum, ne creatura potius, aut adoptio, aut appellatio videretur. Et quia ex ipso esset, vt ex patre filius, vt ex Deo Deus, vt ex virtute virtus, vt ex spiritu spiritus, vt lumen ex lumine. Similitudinem quoque eius ad Deum patrem non inuiti audientes: quippe cum imago inuisibilis Dei sit. Sed eam solum similitudinem dignam ad patrem intelligentes, quæ veri Dei sit ad Deum verum. ita vt non vnio diuinitatis, sed vnitas intelligatur: quia vnio sit singularis, vnitas vero secundum natiuitatis veritatem plenitudo nascentis sit. Maxime cum Dominus ipse Iesus Christus ad discipulos suos sit professus, dicens: *Ego & pater vnum sumus.* Quo non solum caritatem quæ ad patrem est, sed & diuinitatem quæ Dei ex Deo est, significat, secundum illud: *Qui me videt, videt & patrem*: &, *Si mihi non vultis credere, vel operibus meis credite, quia pater in me est, & ego in patre.* Hanc igitur

Anno Christi 362.

Ioan. 10. 30.

Ioan. 14. 9. Ioan. 10. 38.

semper

ANNO CHRISTI 362. semper fidem tenentes & tenebimus. deteſtantes quoque eos qui dicunt, Non erat antequam naſceretur. non quod Vnigenitum Deum innaſcibilem prædicemus, ſed quod impium ſit maxime Deo temporum tempus aliquod anteferre, cum ipſum illud, antequam naſceretur non fuiſſe, ſit temporis. Sed & obedientem quoque patri filium etiam vſque ad mortem crucis ſecundum infirmitatem aſſumpti hominis non negamus, cum ipſe de aſcenſu ſuo ad cælos locutus ſit: *Si diligeretis me, gauderetis, quia vado ad patrem, quia pater maior me eſt.* Per cuius carnis ſuſceptionem nos ſibi fratres connuncupare dignatus eſt, cum in forma Dei manens forma ſerui eſſe voluit. Itaque, cariſſimi, cum ex literis veſtris in vſiæ ſilentio fraudem ſe paſſam ſimplicitas noſtra cognoſcat, etiam pietatem eorum qui Arimino Conſtantinopolim reuerterunt, * conuentos, ſicut epiſtola noſtra contenta teſtatur, neque eos ad tantam rem blaſphemiarum damnationem potuiſſe compellere, fidelis Dominici nominis prædicator frater noſter Hilarius nuntiauerit; nos quoque ab his omnibus quæ per ignorantiam perperam geſta ſunt, referimus. Auxentium, & Vrſacium, ac Valentem, Gaium, Megaſium, & Iuſtinum excommunicatos habemus ſecundum literas veſtras, & certe, vt diximus, iuxta fratris noſtri Hilarii profeſſionem, qui ſe pacem cum his qui horum ſectarentur errores, habiturum negauit; blaſphemias quoque omnes, quas literis veſtris ſubieciſtis, damnamus, maximeque eorum ſacerdotes apoſtatas reſpuentes, qui in loca fratrum indigniſſime exulantium, quorumdam aut ignoratione aut impietate ſunt ſubſtituti. pollicentes hoc coram Deo, atque etiam confitentes, vt quiſque his quæ ſtatuimus intra Gallias, putauerit renitendum, a communione ac ſede ſit ſacerdotii abiiciendus. Neque enim, vt alias, aut occaſionem prædicandi non damnando permittens, aut contra Deum & Chriſti vnigeniti Dei maieſtatem aliter, quam nos de homouſiou ſignificatione ſentimus, obnitens dignus erit ſanctitate ſacerdotii nominis iudicandus. a quo etiam Saturninum, qui ſtatutis ſalubribus impiiſſime contradixit, ſecundum fratrum noſtrorum geminas iam literas, excommunicatum ab omnibus Gallicanis epiſcopis caritas veſtra cognoſcat. quem & ve- Ioan. 14. 28.

tera dissimulata iamdiu licet crimina, & cetera edita epistolis suis nouæ temeritatis inreligiositas, indignum episcopi nomine esse fecerunt. ANNO CHRISTI 362.

NOTA IACOBI SIRMONDI SOCIETATIS IESV.

[1] *Synodica Concilii.*] Hanc primus in lucem protulit Nic. Faber cum reliquis fragmentis Hilarii, ex chartaceo, vt ipse præfatus est, libro non antiquo. Nos etsi eorumdem fragmentorum peruetus aliud exemplar nacti sumus in bibliotheca S. Remigii Rhemensis, perpauca tamen in hac præsertim epistola suppeditauit, quæ a Fabri editione discreparent.

NOTA SEVERINI BINII.

Post Hilariũ anno Christi 362. ab exilio reuersum, in Gallia frequentia Concilia habita fuere.

[a] *Concilium Parisiense.*] Hoc Concilium vnum est ex iis frequentibus Conciliis anno Domini 362. post Hilarium ab exilio reuersum in Gallia habitis; quibus testimonio Seueri lib. 2. orientalium error aduersus Nicænam fidei professionem in diuersis Synodis comprobatus, vna cum suis auctoribus, nomen consubstantialitatis in Filio Dei proscribentibus, penitus condemnatur. De Hilario scribens Seuerus hæc ait: *Verum vbi permensus est orbem pene terrarum malo perfidiæ infectum, dubius animi & magna curarum mole æstuans, cum plerisque videretur non ineundam cum his communionem, qui Ariminensem Synodum recepissent, optimum factu arbitratus, reuocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam, frequentibus intra Gallias Conciliis, atque omnibus fere episcopis de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pristinum ecclesiarum fidem reformant. Resistebat sanis consiliis Saturninus Arelatensium episcopus, vir sane pessimus, & ingenio malo prauoque: verum etiam præter hæresis infamiam multis atque nefandis criminibus conuictus, ecclesia eiectus est.* Quid in hoc reliquisve Galliæ Conciliis sub Hilario hoc tempore celebratis actum fuerit, ex synodali epistola Concilii apud Parisios congregati colligere licet.

Acta Concilii.

Epistola Synodalis mẽdosa.

[a] CONCILIVM ALEXANDRINVM II. ORTHODOXORVM.

NOTA.

Tempus & causa Concilii.

[a] *Concilium Alexandrinum II.*] Athanasius postquam Iulianum, quem & cito desiturum diuino oraculo præmonitus senserat, defunctum, exulesque episcopos a Iouiano per edictum reuocatos esse audiuisset, literasque imperatoris fidem doceri petentis accepisset, citra omnem moram primarios Ægypti, Thebaidis ac Li- ANNO CHRISTI 363.

Decretum Concilii.

ANNO CHRISTI 363. byæ episcopos orthodoxos sibi subditos ad hanc Synodum Alexandrinam conuocauit. Qua deliberatione præuia, cum consilio decretum est, vt scriptum catholicæ fidei libellum euestigio ad nouum imperatorem mitterent, ne ille (quod Constantio accidit) ab hæreticis præoccupatus, in impietatem transuersus penitus ageretur. Athanasius itaque vt periculum anteuertat, omni celeritate procurat, scriptumque in Synodo eiusmodi libellum ad imperatorem mittit. Quo perlecto, inquit Theodoretus lib. 4. cap. 4. *tum cognitio imperatoris, quam de rebus diuinis imbiberat, confirmata est: tum amor eius erga easdem exardescere cœpit.* Epistola synodalis apud Theodoretum extans his verbis, *imperium pacate & tranquille ad multorum annorum curricula administrabis,* ab aliquo Ariano superuacue & malitiose additis, vt scilicet Athanasium leuitatis & falsitatis arguerent, deprauata est & corrupta. Quare titulum dumtaxat illius ex Theodoreto, reliqua vero ex Athanasio tamquam scriptore fideliore huc transtulimus.

Iouian. in fide orthoxa confirmatur.

Epistola synodalis apud Theodoretum mendosa.

EPISTOLA SYNODALIS.

Religiosissimo & clementissimo Victori Augusto Iouiano Athanasius & episcopi, qui nomine omnium, Aegypti, Thebaidis, & Libyæ episcoporum in vnum conuenerunt, salutem.

DECORA & eximia ea res est in principe, mens discendi auida, & rerum cælestium cupido: inde enim fit, vt vere cor tuum sit in manu Dei. Cum igitur pietas tua cupiat a nobis cognoscere ecclesiæ catholicæ fidem, Deo super ea re gratiis habitis, nihil nobis consultius visum, quam vt fidem a patribus Nicææ confessam tuo religioso animo recitaremus. Huius enim fidei aspernatores & mihi multifariam insidiati sunt, eo quod non obtemperaremus Arianorũ sectæ; & hæreses & schismata in ecclesiam introduxere, cum tamen vera & pia in Christum fides ex sacris literis & liqueat & agnoscatur. Hac enim sancti viri initiati martyrium subierunt, & nunc resoluti a corpore cum Domino agunt. Mansisset hæc fides illæsa perpetuo, nisi malitia quorumdam hæreticorum eam deprauare ausa fuisset. Arius enim & socii illam vitiare conati sunt, & eius loco hæresim introducere, dicentes Filium Dei ex non entibus extitisse, & creaturam facturamque, & mutabilem esse. Multosque his verbis deceperunt, adeo vt qui aliquid esse viderentur, illorum blasphemia seducti sint.

Extat apud Athanas. de fide ad Iouianum. Theo. l. 4. c. 3. & 4. & Baron. ann. 363. n. 132. 133.

Quapropter patres quamprimum Nicææ in Concilium venientes, eius verba anathemate condemnarunt, & catholicæ fidei confessionem scripto tradiderunt, vt eius vbique promulgatione incendium hæreseos per sectarios excitatum restingueretur. Ea igitur sincere vbique per omnes ecclesias & legebatur & prædicabatur; cum quidam Arianorum hæresim reuocare cupientes, hanc a patribus Nicææ assertam fidem cœpere contemnere, præ se ferentes ab ea non dissentire: cum interim reuera eam inficientur, male interpretantes consubstantialitatem, & blasphemias dicentes in Spiritum sanctum, quem creaturam, & a Filio conditum asseuerant. ANNO CHRISTI 363.

Nos igitur conspicientes ex eiusmodi blasphemiis non leuibus populum Dei calamitatibus perurgeri, necessario tibi fidem Nicææ patrum confessionibus confirmatam porrigere studuimus; vt tua pietas & ea quæ ibi exactissime scripta, & quantum errent illi qui aliter sentirent, intelligeret. Cognosce igitur, religiosissime Auguste, hanc esse, quæ a condito æuo prædicata fuit, & quam Nicææ patres congregati agnouerunt, eiusque suffragatrices esse omnibus in locis ecclesias, siue in Hispania sint, siue in Britannia, Gallia, Italia vniuersa, Dalmatia, Dacia, Mysia, Macedonia, siue vniuersa Græcia, tota Africa, Sardinia, Cypro, Creta, Pamphylia, Lycia, Isauria, Ægypto, Libya, Ponto, Cappadocia, itidem quotquot nobis vicinæ sunt, nec non & orientis ecclesias, paucis admodum exceptis, quæ Arianæ opinionis sunt. Omnium enim istorum & adhuc longinquiorum animos experimentis cognouimus, & scripta habemus. Nec te lateat, piissime imperator, quod tametsi pauci sint, qui huic fidei derogent; eos tamen (cum vniuersus orbis catholicam fidem sequatur, & ipsi iampridem Ariana hæresi infecti fuerint, & nunc acerrime pietati obsistant) præiudicium facere non posse. Nobis autem, vt tua pietas cognosceret rem alioqui sibi cognitam, operæprecium visum est, fidem Nicænam episcoporum confessionibus approbatam subnectere. Est igitur fides a patribus asserta huiusmodi: Credimus in Deum Patrem, *&c. vsque ad finem: post illud vero hæc sequuntur.*

Fides Nicæna eadem catholica.

In hac, Auguste, omnes oportet manere, neque quid-

Non recedendum a

ANNO CHRISTI 363. quam inde transmutare artificiis contentionibusque verborum: quod faciunt Ariani, qui ex non entibus Filium Dei extitisse, eumdemque non fuisse antequam fieret, eum denique creaturam, factum, & mutabilem esse dicunt. Ideo enim (quemadmodum prædiximus) Synodus Nicæna anathematizauit istiusmodi hæresim, & veritatis fidem confessionibus approbauit, neque leui aut simplici ratione Filium Patri similem esse asseuerauit, eumque (ne ex leui re Deo similis, sed verus Deus ex Deo haberetur) consubstantialem esse scripto tradidit: quod proprium est genuini & veri Filii, veri & naturalis Patris. Sed nec alienauit Spiritum sanctum a Patre & Filio, sed eum vna glorificauit cum Patre & Filio, & in vna sanctæ Trinitatis fide, eo quod vna sit in sancta Trinitate deitas. patrum fide.

[a]CONCILIVM ANTIOCHENVM II.
SVB LIBERIO.

NOTA.

[a] *Concilium Antiochenum.*] Semiariani imperatoris animum præoccupaturi, e Persida redeunti obuiam processerunt, fideique libello oblato postularunt, vt Acaciani Filium Dei Patris dissimilem esse docentes, sedibus suis eiicerentur, ipsique in eorum loca sufficerentur. *Imperator*, inquit Socrates, *accepto eorum libello, ipsos absque responso dimisit, hæc verba dumtaxat locutus: Ego contentionem odio prosequor: eos, qui concordiæ dediti sunt, complector amore, veneror que.* Quod cum Acaciani intellexissent, ne, quod catholicis episcopis ipsi fecerant, ecclesiis suis eiicerentur, pietate confestim simulata institerunt, vt per Meletium orthodoxorum Antiochiæ episcoporum Concilium cogeretur. Quod cum antistes catholicus præstitisset, viginti septem episcopi Ariani, quorum nomina in subscriptione synodalis epistolæ habentur, ad Synodum conuenerunt, in qua Nicænam fidem absque altercatione in medium prolatam, recitatam ac recognitam, communi suffragio omnes ad vnum comprobauerunt; quique per multa annorum curricula eamdem impugnarant, quasi e longo insaniæ lethargo expergefacti, palinodiam recantantes, absque tergiuersatione aliqua cognouerunt, suoque eam chirographo munitam ad imperatorem Iouianum transmiserunt. Tanti interest, principes palam profiteri, se vere catholicos & orthodoxæ fidei acerrimos defensores esse. sua enim fidei confessione publica & Hæretici imperatoris animum præoccupare conatur. Imperatoris responsum laude dignum. Ariani per professionem fidei imperatoris Nicænam fidem confitentur.

sincera, hæreticos timore correptos ad palinodiam recantandam inducunt, vel saltem hoc efficiunt, vt rubore suffusi sileant, lateant, aliove procul abscedant. Vide Baronium anno 363. numero 140. ANNO CHRISTI 363.

SYNODALIS EPISTOLA,

Quam cum Nicæna confessione illi attexta, ad Iouianum imperatorem miserunt, hæc est.

Sanctissimo, Deoque carissimo domino nostro Iouiano Victori, Augusto, Concilium episcoporum Antiochiæ in vnum ex variis prouinciis conuocatum, salutem.

Extat apud Socr. lib. 3. c. 21. Sozom. lib. 6. c. 4. Baron. ann. 363. nu. 141.

TVAM pietatem, imperator sanctissime, cum primis laborare, vt ecclesiæ pax & concordia stabiliatur, nobis exploratum est. Neque sumus nescii, te sapienter considerasse formam veræ & orthodoxæ fidei ad hanc concordiam confirmandam valere maxime. Idcirco, ne in eorum numero, qui doctrinam veritatis adulterare student, habeamur: visum est, tuæ prudentiæ significare, quod fidem sancti Concilii iam olim Nicææ congregati & approbemus & teneamus. Quandoquidem vocabulum *consubstantialis*, quod quibusdam videtur parum recte in ea positum, est probe a patribus commodaque interpretatione explanatum. Quæ quidem interpretatio ostendit, Filium ex Patris substantia genitum, Patri secundum substantiam similem, & neque affectionem vllam in eius inexplanabili generatione debere intelligi, neque vocabulum substantiæ apud sanctos patres ad consuetudinem Græci sermonis capi, sed ab illis poni ad euertendum illud pestiferum dogma, Christum scilicet ex nihilo ortum esse, ab Ario impie inductum: quod etiam isti Anomiani, id est, qui Filium Patri dissimilem statuunt, nuper exorti, multo audacius impudentiusque ad ecclesiæ concordiam labefactandam asseuerant. Quamobrem exemplar fidei ab episcopis Nicææ coactis expositæ (quam sane vehementer amplectimur) his literis, quibus animorum nostrorum sententiam tibi declarauimus, subiungere placuit: est enim plenum eruditionis & doctrinæ, seque habet ad hunc modum: Credimus in vnum

ANNO CHRISTI 363. Deum Patrem omnipotentem. *& quæ sequuntur Nicæni symboli confessionis.*

Ego Meletius episcopus Antiochiæ, ea quæ supra scripta sunt, fateor me approbare. Ego Eusebius Samosatæ episcopus eodem modo. Euagrius item Siculus, Vranius Apameæ, Zoilus Lariſſæ, Acacius Cæsareæ, Antipater Rossi, Abramius Vrimorum, Aristonicus Seleucopolis, *Maris. Barlamenus Pergami, Vranius Melitinæ,* Magnus Calchedonis, Eutychius Eleutheropolis, Isacoces Armeniæ maioris, Titus Bostrorum, Petrus Sypporum, Pelagius Laodiceæ, Arabianus Antri, Piso Adanorum per Lamydrionem presbyterum, Sabinianus Zeumatis, Athanasius Ancyræ per Orphitum & Aetium presbyteros, Irenio Gazæ, Piso Augustæ, Patricius Palti per Lamydrionem presbyterum, Anatolius Berœensium, Theotimus Arabum, Lucianus denique Areorum episcopus. Hunc libellum in Sabini libro, qui, Collectio rerum in Concilio actarum, inscribitur, inuenimus.

Episcopi qui interfuere Concil. Antiocheno.

[a] LAMPSACENVM CONCILIABVLVM SEMIARIANORVM ADVERSVS ARIANOS CELEBRATVM.

NOTA.

ANNO CHRISTI 364. [a] *Lampsacenum.*] Lampsacus est vrbs in angusto Hellesponti sinu posita. Socrates lib. 4. cap. 4. Hoc loco indictum est Concilium anno Christi 364. quando Valentinianus per legatum Hypatianum Heracleæ episcopum ad Synodum indicendam solicitatus, præclarum hoc responsum dedisset: *sibi qui vnus e laicorum numero erat, non licere se eiusmodi negotiis interponere. Et ideo sacerdotes & episcopi, inquit, quibus hæc curæ sunt, seorsum per se, vbicumque ipsis libitum fuerit, in vnum conueniant. Quo responso ad legationem Hypatiani dato, Lampsaci Concilium cogunt.* Hæc Sozomenus libro 6. cap. 7. Quod ibidem ait, episcopos catholicos consubstantialitatis assertores imperatorem de hac Synodo indicenda solicitasse, adeoque Concilium catholicum fuisse, non tantum ex actis huius Concilii, sed etiam ex 72. & 82. epistolis sancti Basilii constat, vbi Lampsacenam confessionem inter eas enume-

Locus Concilii.

Concilium hoc non est catholicū, sed reprobatum.

Cur quidã catholicum fuisse putarint.

rat, quæ ab hæreticis diuersis in locis editæ fuerunt. Sozomenus, aliive plures putantes hoc catholicum fuisse Concilium, errandi occasionem inde accepisse videntur, quod eos qui horrendas Arianorum blasphemias in Constantinopolitano Conciliabulo per Eudoxium & Acacium editas, execrarunt & condemnarunt, catholicos fuisse existimauerint. Sanctus Basilius epistola 79. confitetur, se cum aliis episcopis fortasse catholicis vocatum, huic Conuentui interfuisse. Neque tamen argumentum hoc sufficit, vt prudens aliquis Lampsacenam Synodum ideo catholicam fuisse affirmet. Quid in hoc Concilio actum constitutumve fuerit, Sozomenus libro 8. capite 7. enarrat his verbis: *Decernunt Acta Constantinopoli, opera ac studio Eudoxii & Acacii cum suis sancita, abroganda esse.* Et paulo infra. *Porro formulam fidei in consecratione ecclesiæ Antiochenæ editam, & Seleuciæ omnium episcoporum consensu confirmatam, in omnibus ecclesiis tenendam. Quin etiam, vt ij, qui ab iis, qui Filium Patri dissimilem asseuerabant, abdicati essent, suas ipsorum sedes, vtpote ecclesiis per nefas eiecti, denuo reciperent.* Socrates libro 4. capite 4. eadem breuius enarrans, inquit: *Rursus contra Acacium & Eudoxium, vtpote iure abdicatos, tulere sententiam.* Ex iis, quæ paulo post subiungit, *Eleusium Cyzici episcopum dogma illud, quod a Macedonio eius auctore nomen inuenit, quodque in Lampsaceno Concilio multo euidentius omnibus patefactum fuit, propugnasse: illudque Concilium causam fuisse, cur Hellespontus tanta Macedonianorum frequentia abundaret;* ex eo sane manifestissimum est, hoc eodem Conciliabulo Spiritus sancti diuinitatis negationem a Semiarianis, ex sententia Macedonii, additam fuisse. His peractis, statuta Synodi per Eustathium Sebastenum, Theophilum & Siluanum legationis munere functuros, occidentalis ecclesiæ episcopis, ac præcipue Liberio Romano pontifici per synodicas significarunt. Vt vero eiusdem pontificis atque catholicæ & orthodoxæ ecclesiæ communionem aucuparentur, sedes suas, quibus iuste priuati erant, recipere possent, simulantes se catholicos, fideique Nicænæ obseruantissimos esse, fidei suæ libellum, quem recitat Socrates lib. 4. cap. 11. Pontifici offerunt. Quod cum fecissent, non tantum communicatorias a Pontifice aliisque episcopis epistolas impetrarunt, sed etiam alias acceperunt, quibus auctoritate apostolica præcipiebatur vt iidem, qui ante sedibus suis expoliati fuerant, post habitam catholicæ fidei professionem suis ecclesiis restituerentur. His impetratis, quid egerint, dicemus sequentibus Conciliis. Epistola Liberii pacifica, est XI. inter epistolas eiusdem Liberii supra positas.

Anno Christi 364.

Basil. interfuit.

Acta & decreta Concilii.

Hæretici simulatione fidei catholicæ & Nicænæ, communionem Liberii, & pristinam dignitatem aucupãtur.

CON-

ANNO CHRISTI 365.

CONCILIVM IN SICILIA.

NOTA.

Concilium.] Eustathius Sebastenus, ceterique legati Lampsaceni in Siciliam profecti fuerunt, vbi Concilio episcoporum Siculorum conuocato, coram illis similiter fidem *consubstantialis* se seruare confitentur, fideique formulam in Nicæno Concilio confirmatam ratam faciunt. Ita Socrates lib. 4. cap. 11. addens quod cum professionem fidei per literas communicatorias a Pontifice acceptas confirmassent, pontificiis epistolis suas eiusdem argumenti ad orientales scriptas addiderint. Tanta enim erat Romani pontificis auctoritas, vt quos ille communione catholica dignatus fuerat, quantumuis de fide maxime suspecti essent, nemo eos recipere detrectaret. Vide Baron. ann. 365. num. 16.

ILLYRICA SYNODVS.

NOTA.

Illyrica Synodus.] Hæc Synodus occasione Eustathii & Pontificis legati congregata fuit. Eustathius cum suis in Illyricum profectus, post fidem catholicam ibi prædicatam, literasque communicatorias aliorum acceptas, horum etiam communione impertiri solicitat. Liberius pontifex propter confessionem fidei a legatis orientalibus emissam, sperans vniuersum orbem Christianum sub vna fide catholica & Nicæna fidei professione redigendum, prædictis orientalibus Elpidium Romanæ ecclesiæ presbyterum legatum adiungit; qui antequam in orientem abiret, vniuersam occidentalem ecclesiam de fide catholica orientalium ad ecclesiam redeuntium certiorem redderet. Episcopi igitur in Illyrico hac occasione conuenientes, principio fidem Nicænam, paucis exceptis, omnes confessi fuerunt, atque ea de re per Elpidium ad orientales synodicam scripserunt, cui Valens imperator suas addidit. Episcopi Italiæ Illyricis, quod fidem Nicænam recepissent, per literas gratulati fuerunt. Baron. anno 365. num. 17. & seqq.

Causa Concilii.

Epistola synodica.

EPISTOLA SYNODALIS ILLYRICORVM EPISCOPORVM AD ORIENTALES.

ANNO CHRISTI 365.

Episcopi Illyrici, ecclesiis Dei, & episcopis diœceseos Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, & Pacatianæ, in Domino salutem.

Apud Theod. lib. 4. cap. 8. extat, male post ordinationem Ambros. collocata. Baron. ann. 365. num. 18. 19. 20.

CVM in vnum essemus coacti, & diu multumque de salutari Verbo disceptatum esset; tandem confirmauimus, Trinitatem consubstantialem esse, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. De qua re consentaneum videbatur literas ad vos perscribere, non captiose & vafre ea quæ ad cultum Trinitatis pertinent, tradendo, sed cum humilitate animi de illis decernendo. Has nostras literas misimus per dilectum fratrem nostrum & collegam Elpidium presbyterum. Est quidem literis proditum, non in epistola nostra manu scripta, sed in libris saluatoris nostri Iesu Christi: *Ego sum Pauli, ego vero Apollo, ego Cephæ, ego Christi. Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis?* Atque nostra modestia his potuisset esse contenta, vt nullas omnino literas ad vos scriberet: quippe cum vestra prædicatione, qua Spiritum sanctum a Patre & Filio separatis, tantus terror omnibus prouinciis, quæ a vobis administrantur, iniectus sit. Itaque coacti sumus dominum & collegam nostrum Elpidium cum literis Roma, quæ est caput imperii, ad vos mittere, vt discat, vtrum vestra prædicatio ita se habeat, an non. Nam qui opinantur Trinitatem non esse consubstantialem, anathema sunto. Et si quis cum huiusmodi communicare deprehensus sit, anathema esto. His autem qui prædicant Trinitatem consubstantialem esse, regnum cælorum paratum est. Quare obsecramus vos, fratres, ne aliud doceatis, neve aliud opinemini; sed prædicetis perpetuo Trinitatem consubstantialem esse, quo possitis heredes regni Dei effici.

1. Cor. 1.

Alia decreta Synodi Illyricæ.

Dum hac de re scriberemus ad vos, commonefacti sumus, vt in his nostris literis scriberemus etiam de episcoporum, collegarum scilicet nostrorum, institutione: vt si quo modo fieri queat, e magistratibus qui probata spectataque fide fuerunt, episcopatu functuri co-

ANNO CHRISTI 365. optentur: sin autem tales non reperiantur, e sacerdotum collegio. Ad eumdem modum tum presbyteri, tum diaconi de ordine sacerdotali sumantur, vt omni ex parte inculpati sint: minime vero de curia aut militum ductoribus. Atque propterea non erat animus ad vos pluribus scribere, quod vnum omnium nomine ad vos misimus dominum & collegam nostrum Elpidium, vt accurate discat, vtrum vestra prædicatio ita se habeat, vti a domino & collega nostro Eustathio accepimus. De cetero, fratres, tametsi dudum in errore versati estis, tamen vetere homine deposito, nouum induite. Atque ipse frater & collega noster Elpidius docebit vos veræ fidei prædicationem, nimirum quod sancta Trinitas consubstantialis est, & Deus Pater cum Filio & Spiritu sancto sanctificatur & glorificatur: & quod Pater in Filio existit, & Filius in Patre vna cum Spiritu sancto in omnem æternitatem.

Fidei professio.

Qua re perspicue declarata, poterimus vere confiteri sanctam Trinitatem consubstantialem esse, vti formula fidei olim in Concilio Nicæno edita vult: quam etiam patres nostri confirmarunt. Itaque hac fide prædicata, poterimus scelesti dæmonis retia euitare: quo represso, copia erit cum nos per literas ad pacem conciliandam mutuo salutandi, tum vitam quietam tranquillamque degendi. Proinde scripsimus ad vos, vt Arianos, qui sunt Concilii sententia abdicati, possitis cognoscere: qui quidem neque Filium Dei ex Patris essentia constare, neque Spiritum sanctum confiteri volunt: quorum nomina subiunximus, Polychronius, Telemachus, Faustus, Asclepiades, Amantius, Cleopater. Atque hæc quidem ad hunc modum acta sunt, ad gloriam Patris, & Filii, & Spiritus sancti, in sæcula sæculorum. Amen. Vos ad multorum annorum curricula optamus in Domino Patre & Filio saluatore nostro Christo cum sancto Spiritu, valere plurimum.

ANNO CHRISTI 365.

EPISTOLA IMPERATORIS VALENTIS AD ASIANOS.

Imperatores maximi ſemper Auguſti, victores, Valens & Valentinianus, epiſcopis diœceſis Aſianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ, in Domino ſalutem.

Extat apud Theodor. lib. 4. cap. 6. Baron. anno 365. num. 21. 22. &c.

VBI frequenti in Concilio in Illyrico coacto multum in vtramque partem de ſalutari Dei Verbo diſceptatum erat, beatiſſimi epiſcopi Trinitatem conſubſtantialem eſſe, hoc eſt, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, certis rationibus oſtenderunt. A qua fide ne digitum quidem (vt aiunt) deflectentes, debito cultu religionem præpotentis Regis proſequuntur: quam etiam noſtra celſitudo paſſim prædicari mandauit.

Attamen non eſt hæc cauſa, cur quidam dicant ſe religionem ſequi imperatoris, qui hunc mundum gubernat, neglecto ſcilicet illius mandato, qui nobis de ſalute noſtra præcepta dat. Eſt enim præceptum euangelii Dei noſtri, qui hanc habet velut ratam definitamque ſententiam: *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Quid ergo vos dicitis epiſcopi, & verbi ſalutaris antiſtites? Quod ſi vos eadem decernatis, tum certe mutuo vos ipſi complectimini, & imperatoria celſitudine nolite abuti. Nolite perſequi veros Dei miniſtros, quorum precibus & bella ſedantur in terra, & incurſiones angelorum, qui a Deo deſciuerunt, arcentur: qui etiam orando peſtiferos dæmones repellere nituntur; qui vectigalia, vti leges poſtulant, penſitare non recuſant; qui poteſtati imperatoriæ non refragantur, ſed ſancte & ſincere tum mandatum præpotentis regis Dei obſeruant, tum noſtris legibus obſequuntur. At conſtat, vos obſtinate his rebus reſtitiſſe.

Matt. 22. Luc. 20.

Nos patientia ſemper a principio vſque ad finem vſi ſumus; vos contra animi veſtri impotentiæ obſecuti eſtis. Sed nos a veſtra culpa volumus eſſe vacui & puri, non aliter atque Pilatus, qui, cum de Chriſto iam tum inter nos vitam agente haberetur quæſtio, noluit eum interficere; & rogatus a Iudæis vt cruci affigeretur, ſe conuertere ad

ANNO CHRISTI 365. orientem, petere aquam manibus, easque lauare cœpit, simul hæc locutus: *Innocens sum a sanguine iusti huius.* Ob quam causam nostra celsitudo semper istud imperauit: Ne quis quem persequatur: Ne quis quem submergat, vocetve in inuidiam Christi agricolas: Neve procuratores summi regis exagitet; ne regnantibus nunc nobis, nihil hinc emolumenti consecuti, postea vna cum sceleris exhortatore, in ea quæ testamenti ipsius sunt damna incurratis: id quod in Zachariæ sanguine eueniebat. nam funesti illi, perinde ac pestifer dæmon, qui cædis illius socius erat, mortis supplicio traditi, adueniente cælitus rege nostro Iesu Christo, disrupti perierunt.

Legati apud imper.

Istud mandatum dedimus præsentibus, audientibusque ea quæ facta sunt, Amegetio, Ceronio, Damaso, Lampone, & Brintesio. Porro ipsa acta ad vos misimus, vt intelligatis quæ hoc præclarum Concilium decreuerit. Nam his literis attexuimus decreta Concilii, quæ summatim complectuntur ista.

Fides Illyricæ Synodi.

Sententiam magni & orthodoxi Concilii Nicæni sequentes, confitemur Filium Patri consubstantialem esse. Neque certe ita intelligimus consubstantialem, vt quidam olim exponebant, qui non sincere & ex animo Concilio Nicæno subscripserunt: Neque vt alii, qui hoc tempore illos appellant patres, & vim huius verbi, consubstantialis, tollunt; sequunturque opinionem eorum qui tradiderunt, per hanc vocem, consubstantialem, nihil aliud significari, quam similem: per quam vocem Filius nulli creaturæ per ipsum conditæ, sed soli Patri similis ostenditur. Qui ista tradunt, Filium Dei nihil aliud quam creaturam eximiam esse impie plane definiunt. Nos autem non aliter sentimus, atque duo Concilia, quorum alterum iam Romæ, alterum habetur in Gallia: Nimirum vnam eamdemque essentiam esse Patris & Filii & Spiritus sancti in tribus personis, hoc est, in tribus perfectis, vt Græci loquuntur, ὑποστάσεσι. Confitemur item (vt est in fidei formula Nicææ edita) consubstantialem Dei Patris filium sumpsisse carnem ex sancta Virgine, inter homines habitasse, impleuisseque omnem pro nobis œconomiam, nascendo, patiendo, resurgendo, & in cælos ascendendo: venturum quoque denuo, vt in die iudi-

cii, prout quisque se gessit in vita, reddat cuique, carni vniuersæ visum fore: diuinam suam demonstraturum potentiam: Deum carne indutum, non hominem indutum diuinitate. Illis autem qui contraria sentiunt, anathema denuntiamus. Pari ratione his, qui non ingenue dicunt anathema ei qui asserit Filium non ante fuisse quam nasceretur, sed tradit eum vi & facultate prius in Patre fuisse, quam re ipsa genitus esset, anathema denuntiamus. Nam istud dici potest de omnibus creaturis, quæ non semper cum Deo sunt, sicut Filius semper cum Patre est, æterna generatione genitus. ANNO CHRISTI 365.

EPISTOLA EPISCOPORVM ITALIÆ ILLYRICIS DE FIDE NICÆNA SVSCEPTA GRATVLANTIVM.

Dilectissimis fratribus per Illyricum fidem paternam retinentibus, episcopi Italiæ, in Domino æternam salutem.

Extat apud Hilar. frag. lib. 1. pag. 38. Baron. anno 365. num. 26. & 27

DIVINI muneris gratia, vt secundum Apostolum omnes vnum sapere, omnes vnum confiteri cœperimus: & quantum ad Italiam pertinet, cum fidei paternæ, hoc est apud Nicæam scriptæ se reddidit, fraudem quam passa est apud Ariminum recognoscens, Illyricum etiam Deum clementi nutu respexisse, gaudemus, & consortio infidelitatis, quo grauabatur, abiecto, ea quæ sunt rectæ sententiæ probare cœpisse, gratulamur. Nostram igitur, dilectissimi fratres, vnam eamdemque accipite firmam subscriptione sententiam. Nicæni tractatus aduersus Arium, Sabelliumque, cuius Photinus partiaria hereditate damnatur, decreta seruamus. Ariminensis Concilii statuta quorumdam tergiuersatione corrupta, consensu omnium prouinciarum iure rescindimus; quorum etiam exemplaria transmittenda censuimus, vt nec in fide retinenda, nec in confutando Ariminensi Concilio aliqua videretur condescensio.

Quicumque igitur nostræ vnanimitatis optat habere consortium, quicumque indiuiduam pacem nobiscum habere desiderat, quæ sunt nostræ sententiæ, comprobare festinet, & fidei nobis memoratæ subscriptionem, &

ANNO CHRISTI 365. rescissionem Ariminensis Concilii sine ambiguitate mittendo. Id certe petimus, quod complurium harum prouinciarum porrigimus ipsi consensum. Auctores autem hæresis Arianæ vel Aetianæ Valentem & Vrsacium, ceterosque eorumdem consortes, non nunc esse quod manifestari apud Illyricum cœperunt, sed olim condemnasse, manifestum est.

[a] TYANENSE CONCILIVM CATHOLICORVM.

NOTA.

Locus Concilii.

[a] *Tyanense Concilium.*] Tyana est ciuitas Cappadociæ ad radices Tauri montis posita. Illo tempore, quo legati orientalium ex occidente discedentes in orientem venerunt, anno nimirum Christi 365. prædicto loco hæc Synodus a catholicis celebrata fuit. Eustathius episcopus Sebastiæ cum aliis collegis ad eam se conferens, Liberii pontificis, aliorumque occidentalium episcoporum communicatoriis epistolis ostensis, ad professionem fidei Nicænæ se obtulit, simulque iuxta mandatum & speciales literas Romani pontificis hac de re scriptas, in sedem suam restitui petiit. Episcopi vero omnes Tyanæ congregati, primæ sedis maiestatem & auctoritatem veriti, non modo eum catholica communione dignati fuerunt, sed etiam in sedem, a qua Acacianorum sententia deiectus fuerat, restituerunt. Receptus, sedique pristinæ restitutus, relapsus est; quia fortasse, quod inquit Basilius, *hæc omnia simulate tantum actitauerit, Nicænamque confessionem ad decipiendum, laruæ dumtaxat loco vsurpauerit.* Postquam enim Basilius epistola 74. ad occidentales scripta, vitam Eustathii, eiusque mores pene ab incunabulis summatim perstrinxisset, hæc ait: *episcopatu eiectus, propterea quod in Melitina Synodo depositus esset, viam sibiipsi, per quam restitueretur, excogitauit, eam videlicet, vt ad vos proficisceretur. Quæ vero sint illi a beatissimo episcopo Liberio proposita, & ad quæ consenserit, nobis clam est; nisi quod epistolam attulit, per quam restitueretur. Eam vbi Tyaneæ Synodo exhibuit, in suum locum restitutus est. Iste itaque iam fidem eam, in quam receptus est, depopulatur, cumque illis facit, qui Homousion anathemate percellunt: deinde & hæresi patrocinatur eorum, qui Spiritum sanctum spoliant diuinitate. Quoniam igitur istinc vires accepit lædendi ecclesias, ac publicandæ impietatis suæ fiducia, quam vos vidistis, ad subuersionem multorum vsus est, necesse est vt isthinc quoque veniat malorum istorum correctio, scribaturque ecclesiis, quibus quidem conditionibus ad communionem susceptus sit. Simul vero adiiciatur, quomodo iam mutata senten-*

Eustathius in sedem suam restitutus relabitur ad hæresim Arianam.

tia gratiam a patribus, qui tum erant, acceptam, irritam reddat. Hæc de Eustathio Basilius epist. ad occidentales. Fueritne hic idem Eustathius in Gangrensi Concilio damnatus, prolixe supra dixi in notis eiusdem Concil. Gangren. verbo *aduersus Eustathium.* Qui huic Concilio interfuerint, quidve in eo gestum sit, Sozom. lib. 6. cap. 12. his verbis recenset. *Eodem tempore dum Eusebius episcopus Cæsareæ Cappadociæ, Athanasius Ancyræ, Pelagius Laodiceæ, Zenon Tyri, Paulus Emesæ, Otreius Meletinæ, & Gregorius Nazianzi episcopus* (pater hic erat Gregorii Theologi) *& alii multi, qui regnante Iouiano Antiochiæ decernebant doctrinam, quod Filius sit Patri consubstantialis, tenendam esse: dum, inquam, isti omnes Tyanæ Concilium habent, literæ Liberii & aliorum episcoporum occidentis recitantur. Ex quibus permagnam capientes lætitiam, scripserunt omnibus ecclesiis, vt tum decreta episcoporum occidentis, tum literas Liberii & aliorum episcoporum Italiæ, Africæ, Galliæ ad occasum solis spectantis, & Siciliæ (horum enim literas quoque legati ex Concilio Lampsaceno ad eos missi attulerant) diligenter perlegerent: deinde numerum omnium (Concilium enim Ariminense multitudine longe superabant) secum subducerent; tum & doctrinæ se illis & communionis socios adiungerent: deinceps vt in ea sententia se esse, suis ipsorum literis declararent: postremo vt ad certum diem, quem præstituerant, dum adhuc ver esset, Tarsi Ciliciæ in vnum conuenirent. Atque hi quidem hoc modo ad conueniendum in vnum locum se mutuo ipsi cohortati sunt.*

Anno Christi 365.

Qui Concilio interfuerint.

Basilius episcopatum Cæsariensem refugit.

Basilius, qui dum quæreretur ad episcopatum Cæsariensem, improuisa fuga sibi consuluit, creatoque Eusebio sibi parum æquo, vna cum Gregorio Nazianzeno siluas Ponti petiit, cum in solitudine agens, Eusebium episcopum Cæsareæ Cappadociæ, ad cuius simultatem fugiendam se in solitudinem receperat, audiuisset, opportunum sibi visum est, ad eamdem Tyanensem Synodum literas dare, quibus significaret nihil antiquius apud se esse, quam pacem cum omnibus exoptare. Quibus literis in Synodo perlectis effectum est, vt Eusebius Basilium pacem rogantem susciperet: reuersus ad ecclesiam Cæsariensem eum ex eremo accersiuit, & amicissime fouit. Vide Baron. anno 365. num. 28. & 29.

EPISTOLA BASILII AD CONVENTVM TYANENSEM.

Basilius pacem quærit cum suo episcopo Eusebio.

PROFVNDA detegens & cordium consilia perscrutans Dominus dedit etiam humilibus prudentiam difficilium (vt nonnulli existimant) machinamentorum. Nihil igitur nos latuit, neque ex factis aliquid occultatum. Attamen nos neque videmus, neque audimus quippiam aliud, quam Dei pacem, & quæ ad ipsam maxime spectant. Si enim alii potentes atque magni sint, suisq; viribus

ANNO CHRISTI 365. ribus confisi: certe nos, qui nihil sumus, & paruæ auctoritatis, nunquam nos attollemus, vt in solitudine possimus rebus supereſſe, cum exacte sciamus nos magis vniuscuiusque fratrum auxilio indigere, quam altera manus alterius. Porro quod in ipsa corporis structura communio est necessaria, Dominus nos docuit. Cum enim hæc ipsa nostra membra respicimus, quod vnum non sibiipsi ad functionem satis est: quomodo censebo, meipsum mihi sufficere ad vitæ negotia obeunda? Neque enim pes tuto ierit, altero non subleuante. Neque oculus ita recte viderit, nisi alterum habeat socium, & cum eo vnanimiter visibilibus se obiiciat. Iam auditus exactior est, qui per vtrosque meatus vocem recipit: & multo validior apprehensio digitorum communione.

Ad hæc nihil eorum vel quæ a natura, vel quæ ex instituto recte peraguntur, sine consortis conspiratione perfici videmus, cum etiam deprecatio ipsa consonantes non habens, multo est inualidior. Ac Dominus dixit, cum duo vel tres vnanimes ipsum inuocant, in medio se illorum fore. Insuper dispensationem ipsam Dominus suscepit, vt per sanguinem crucis ipsius, siue terrena, siue cælestia pacificaret. Quare ob hæc omnia, in pace manere vitæ nostræ residuos dies precamur; in pace esse dormitionem nostram optamus. Pro hac neque laborem effugere qualemcumque decreui, non humile quidquam sonare vel facere, non itineris longitudinem abhorrere, non aliud quid molesti detrectare, vt ex præmiis pacificat onem consequamur. Et si quis hæc docentes sequatur, hic optimus etiam precationis terminus existit: sin autem in diuersum trahatur, ego quidem neque sic a meo iudicio recedam: singuli autem ipsimet suorum operum fructus in die retributionis agnoscent. Vale.

ANNO CHRISTI 366.

CONCILIABVLVM ARIANORVM IN CARIA.

NOTA.

Valens imperator in gratiam vxoris fidem mutat.

Valens imperator hactenus catholicus, in procinctu Gothico propter Procopii tyrannidem anno imperii sui tertio, qui est Christi 366. feliciter debellatam, bono consilio salutarem baptismum expetens, vxoris Arianæ blanditiis, pessimo consilio ad Arianos transierat, & ab Eudoxio Arianorum nequissimo baptizatus, ab eodem iuramento obstrictus fuerat, vt in impio suscepto dogmate perseueret, & diuersa sentientes vbique ecclesiis exigat. Cum itaque impulsu Eudoxii Constantinopolitani iniquo furore non tantum catholicos, sed etiam Nouatianos, Macedonianos & Semiarianos exagitaret & persequeretur, Ariani eam occasionem captantes, nouas Synodos indicere & congregare cœperunt. De hoc eorumdem Conuenticulo hæc scribit Sozom. lib. 6. cap. 12. *Cum autem iam Concilium Tarsi cogeretur, circiter triginta quatuor episcopi Asiani in Caria, quæ est regio Asiæ, in vnum congregati, studium in ecclesiæ concordia stabilienda positum probabant illi quidem, sed tamen vocabulum* consubstantialis *reiiciebant, constanterque affirmabant, formulam fidei Antiochiæ & Seleuciæ editam, tenendam esse: quippe quæ etiam a Luciano martyre ante edita habebatur, & non sine multorum tum periculorum, tum laborum susceptione, ab his qui ipsos ætate anteibant, confirmata. Imperator vero impulsu Eudoxii, Concilium, quod in Cilicia futurum expectabatur, partim literis, partim minis diremit.* Vide Baronium anno 366. numero 25.

[a]CONCILIABVLVM ARIANORVM SINGEDIMINVM IN MYSIA.

NOTA.

Tempus & locus Conciliabuli.

[a] *Conciliabulum.*] Anno Christi 366. Valens & Vrsacius Arianorum fæces, vna cum collegis suæ perfidiæ, aduersus Semiarianos Singedimi in Mysia Conciliabulum habuerunt, quo Semiarianos ad formulam Ariminensem & Constantinopolitanam, qua Filius Patri tantum absolute similis esse dicitur, approbandam inducere tentarunt; atque in eum finem ad Germinium Semiarianum epistolam ipsi scripserunt, ab eoque responsorias acceperunt. Vtramque apud Hilarii fragmenta extantem hic adiicere placuit.

ANNO CHRISTI 366.

EPISTOLA SYNODALIS AD GERMINIVM.

Domino religiosissimo fratri Germinio, Valens, Vrsacius, Gaius & Paulus, salutem.

CVM de spe & salute solicitudo incumbit, magis laudandi esse debent qui soliciti sunt, quam reprehensionem aliquam sustinere. Salus autem ac spes principaliter in fide catholica consistit: & ideo quamuis conuentione ad omnes nostros fratres & coepiscopos nostros * Valente & Paulo admonita noluerit, ad id quod rumor latitat de te respondere, domine religiosissime, tamen quia literis tuis testificatus es, te in eadem caritate perseuerare, & paratum esse inlibatam dilectionem habere erga nos ostendere: propterea in vnum apud Singedimum congregati, iterum his commonefacimus sanctitatem tuam, vt omni occasione ambigui excluſa, digneris rursus rescribere nobis, si a fide catholica, quæ Arimini a sancto Concilio exposita confirmataque est, cui etiam vniuersi orientis episcopi consenserunt, sicut iam profes- *apertius sus es te non recessurum, apertus * quæritur significes. Est autem hoc, sicut in ea cautum est: Similem dicimus Filium Patri secundum scripturas, non secundum substantiam, aut per omnia, sed absolute. Si enim hæc expositio immutata fuerit, manifeste quondam Basilii perfida assertio, propter quam Synodus facta est, qua etiam merito damnata est, reparabitur. Dignare igitur hoc quod quæritur, euidenter literis tuis declarare: non dixisse, aut dicere, vel dicturum, similem esse per omnia Filium Patri, excepta innatiuitate, ne quod perlatores literarum Iouianus diaconus & Martyrius subdiaconus verbo deprecationis suæ, ante prædictos dominos meos fratres, & coepiscopos nostros Valentem & Paulum asserebant, magis credibile esse videatur, quia per omnia similem esse Filium Patri profitearis. Si enim sic te, sicut optauimus, sentire scriptis tuis manifestaueris, querelam pro iniuria a quibusdam clericis tuis Palladio & Gaio fratribus & coepiscopis nostris factam, licet nolueris, sicut prima

Baron. ann. 366. num. 26.

conuentione admonitus es, exquirere, ad æstimationem tuam pertinet, illis scilicet præstantibus pro sua temeritate rationem. Hæc per Secundianum presbyterum, Pullentium lectorem, & Candidianum exorcistam transmisimus caritati tuæ, decimo quinto Kalendas Ianuarii, Gratiano nobilissimo P. & Dagalaifo consulibus, exemplum penes nos retinentes. ANNO CHRISTI 366.

EPISTOLA GERMINII SEMIARIANI, ADVERSVS ARIANOS.

Dominis fratribus religiosissimis Rusiano, Palladio, Seuerino, Nichæ, Heliodoro, Romulo, Muciano & Stercorio, Germinius in Domino salutem.

Baro. ibid. num. 27.

VITALIS nunc militantis in officio sublimis præfecturæ relatione comperimus, desiderare sanctitatem vestram significari vobis aperte, quid est quod de fide nostra Valenti, Vrsacio, Gaio & Paulo displiceat. Necessarium duxi his literis patefaciendum sanctitati vestræ, & id quod in vobis ipsis ab initio esse confido, dicere, nos hoc quod a patribus traditum accepimus, & diuinis scripturis, quod semel didicimus & quotidie docemus, Christum Dei Filium Dominum nostrum per omnia Patri similem, excepta innatiuitate, Deum de Deo, lumen de lumine, virtutem de virtute, integrum de integro, perfectum de perfecto, ante sæcula & ante vniuersa, quæ intelligi vel dici possunt, genitum, cuius natiuitatem nemo scit nisi solus Pater, ipso Filio asserente: *Matth. 11.* *Quia nemo nouit Filium nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi* *Ioan. 1.* *Filius, & cui voluerit Filius reuelare: per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil*, secundum diuinas voces ipsius sal- *Ioan. 5.* uatoris nostri Filii dicentis: *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.* Et iterum: *Quæcumque enim Pater facit, hæc & similiter Filius facit.* Et iterum: *Ego & Pater vnum sumus.* Et *Ibidem.* iterum: *Qui me vidit, vidit & Patrem.* Et iterum: *Quomodo Pater vitam habet a semetipso, ita dedit & Filio vitam habere in semetipso.* Et iterum: *Sicut Pater suscitat mortuos &* *Ioan. 14.* *viuificat, ita & Filius quod vult, viuificat.* Et iterum: Cre-

ANNO CHRISTI 366. *ditis in Deum, & in me credite.* Et iterum: *Neque enim Pater* Ioan. 5. *iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.* Et iterum cui Pater dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem no-* Genes. 1. *stram:* nec dixit, ad imaginem tuam, vel ad imaginem meam, ne aliquam dissimilitudinem in Filii sui diuinitate demonstraret, sed propterea coniunxit ad imaginem & similitudinem nostram, vt Filium suum sibi similem per omnia Deum manifestaret. Iterum euangelista: *Vidi-* Ioan. 1. *mus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre, plenum gratia & veritate.* Et Apostolus ad Corinthios: *In quibus Deus* 2. Cor. 4. *huius sæculi excæcauit mentes infidelium, vt non resulgerent inluminatione euangelii gloriæ Christi, quæ est imago Dei.* Et iterum idem Apostolus: *Et transtulit in regno Filii caritatis, in quo ha-* 1. Thess. 1. *bemus redemptionem & remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ.* Et iterum idem Apostolus: *Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu, qui cum* Philip. 2. *in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus.* Quis non intelligat, quia quemadmodum secundum serui formam vera fuit caro nostra in Christo, ita & in Dei forma vera sit diuinitas Patris in Filio? Et iterum: *Videte ne quis vos seducat per philosophiam &* 2. Coloss. 8. *inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa huius mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Si ergo omnis plenitudo diuinitatis inhabitat in Christo, iam non ex parte similis, & ex parte dissimilis, sicut nunc asserunt, qui propter contentionem suæ libidinis retrorsum abeuntes, semetipsos a nobis auertunt.

Nam quod putant se pro magno de diuinis scripturis proferre, vt dicant, Christum facturam & creaturam: e contrario nos secundum Scripturas dicimus, & viam, & ianuam, & lapidem offensionis, & petram scandali, & fundamentum, & brachium, & manum, & sapientiam, & verbum, & agnum, & ouem, & pastorem, & sacerdotem, & vitam, & diem, & alia. Sed hæc omnia sic intelligimus & dicimus, vt virtutes & operationes Filii Dei intelligamus, non vt diuinam eius ex Patre natiuitatem huiuscemodi nominibus comparemus, quia ex nihilo

omnia per Filium facta sunt, Filius autem non ex nihilo, sed ex Deo Patre est genitus. ANNO CHRISTI 366.

Valentis vafricies notata.

Miror autem prædictum Valentem aut oblitum esse, aut certe subdole dissimulare, quid in præteritum gestum definitumq; sit. Nam sub bonæ memoriæ Constantio imperatore quando inter quosdam cœperat esse de fide dissensio, in conspectu eiusdem imperatoris præsentibus Georgio episcopo Alexandrinæ ecclesiæ, * Pelusinorum, Basilio episcopo tunc Anquiritano, præsente etiam ipso Valente & Vrsacio, & in ea prauitate post habitam vsque in noctem de fide disputationem, & ad certam regulam perductam, Marcum ab omnibus nobis eiectum fidem dictasse, in qua fide sic conscriptum est: Filium similem Patri per omnia, vt sanctæ dicunt & docent scripturæ: cuius integræ professioni consensimus omnes, & manu nostra subscripsimus. Si autem nunc aliquid spiritus huius mundi suggerit, ex aperto adhuc scire non possumus. Nam, vt nos professi sumus de scripturis, per omnia similem Filium Patri excepta innatiuitate, exponant & illi de scripturis, quemadmodum parte similis sit, parte dissimilis. Et ideo, fratres dilectissimi, hæc intrepidanter & sine mora vestræ dilectionis ad conscientiã, per Cyriacum officialem, cuius prima inuenta occasio est post Carinium diaconum, quem ad vos misi, professionem destinaui, vt per vestram quoque vigilantissimam deuotionem apud Deum, vniuersæ fraternitati intimetur, ne quis fallacia diaboli laqueis ignorans implicetur. Iam vestræ est vnanimitatis rescribere mihi, quid vobis sanctus Spiritus suggerat. Sane intimo caritati vestræ, me huic epistolæ, propterea quod manus dolerem, subscribere non potuisse: subscribendum autem mandasse fratribus & compresbyteris nostris Innocentio, Octauio, & Catulo.

ANNO CHRISTI 357.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA FELICIS PAPÆ II.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a]FELIX natione Romanus, ex patre Anastasio, [b]sedit annum vnum, menses tres, dies tres. [c]Hic declarauit Constantium filium Constantini hæreticum, & secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomediensi iuxta Nicomediam in Aquilone villa. [d]Et pro hoc declaratu, ab eodem Constantio Constantini Augusti filio, martyrio coronatur, & capite truncatur. Hic fecit basilicam via Aurelia milliario ab vrbe secundo, cum presbyterii honore fungeretur. Et ad eamdem basilicam emit agrum circa locum, quem obtulit ecclesiæ quam fecit. Hic fecit ordinationem vnam in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros 21. diaconos 5. episcopos per diuersa loca 19. Qui etiam passus est in ciuitate Corona cum multis clericis & fidelibus occulte iuxta muros vrbis *ad lacus Traiani, tertio Idus Nouembris. Et exinde raptum est corpus eius a presbyteris & clericis noctu, cum Damaso presbytero, & sepultum est in basilica supradicta, quam ipse via Aurelia construxerat, *duodecimo Kalendas Decembris, milliario secundo. Et cessauit episcopatus dies 38.

*decimo septimo

NOTÆ.

[a] *Felix.*] Felix, Liberii diaconus fidelis & catholicus, ab Arianis suffectus est in locum exulantis & relegati Liberii. Pontificiam sedem si (quod ait liber pontificalis) legitime tenuit, viuente adhuc atque pro fide exilium sustinente Liberio vero pontifice, non aliter quã chorepiscopus obtinuisse potuit, ne vnius corporis ecclesiæ duo forent capita: si vero, quod communiori patrum sententiæ conuenientius est, ab Arianis in eam intrusus, ab iisdem molitione Epicteti episcopus ordinatus fuerit, vt schismaticus aliquis, iure magis vsurpato quam debito eamdem occupasse debuit. Ab eo tempore, quo Felix Constantium, Vrsacium, Valentem, aliosque Arianos excommunicando, vexillum fidei ipse erexit, quove Liberius ob manifestam cum hæreticis communionem, a catholicorum communione plane extorris existimatus est, quasi impossibile sit eum-

Felix qualis, & a quibus pontifex creatus sit.

dem cum hæreticis & catholicis simul communicare posse: ille omnium catholicorum iudicio, quamquam antea schismaticus fuisset, legitimus ecclesiæ catholicæ pontifex haberi cœpit. Vide quæ supra diximus in notis ad vitam Liberii, Concilium Mediolanense & Sirmiense.

Felix legitimus pontifex haberi quando incepit.

Tempus sedis.

[b] *Sedit annum vnum, menses tres, dies tres.*] Nimirum a lapsu Liberii ad obitum suum. Idem fere Sozom. lib. 4. c. 14. dicens, eum post reditum Liberii tantum ad modicum temporis spatium sedem tenuisse. Huic sententiæ etiam illud consentaneum est, quod non nisi vnam ordinationem mense Decembri fecisse dicatur. Quod ait Marcellinus, Felicem post obitum Constantii mortem oppetiisse, & ad consulatum Valentiniani atque Valentis, annis videlicet octo post reditum Liberii superstitem fuisse, quodque Romanus clerus, Liberio in exilium misso, iurauerit se nullum creaturum pontificem, donec Liberius ipse restitueretur, quosdam vero ex illis periuros effectos Felicem intrusisse, maiore affectu erga Vrsacium quam veritate scripsit & dixit. Vide Baronium anno 357. num. 61. & 67.

Constantius an rebaptizatus secundo fuerit.

[c] *Hic Constantium secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomediensi.*] Constantium secundo rebaptizatum fuisse ab Eusebio Nicomediensi, falsissimum est: tum quod Athanasius lib. de Synod. & Socrates lib. 2. cap. vlt. affirment, eum tempore mortis ab Euzoio Ariano baptismo initiatum fuisse: tum quod Hilarius lib. de Synod. post hæc tempora in eum inuehatur, quod non regeneratus, vt ait, ecclesiis credendi formam præscribere auderet. Vide Baronium anno 357. num. 62.

Felix quomodo in martyrologium relatus sit.

[d] *Et pro hoc declaratu*, &c. *martyrio coronatur.*] De obitu Felicis, liber pontificalis hic, & in vita Liberii mire admodum variat. Eum martyrio occubuisse testatur Romanum martyrologium. Quod ingressus illius vitiosus sit & iniquus, & de exitu ipsius scripta inter se pugnantia nutent; ideo tempore Gregorii XIII. anno Christi 1582. diu multumque inter viros doctos, ad corrigendum martyrologium deputatos, dubitatum fuit, deberetne hic sanctus Felix in emendatum martyrologium referri. Expunctum fuisset nomen illius, nisi arca marmorea in basilica sanctorum Cosmæ & Damiani vigesima octaua Iulii, pridie nimirum eius diei, quo celebrari solebat memoria huius Felicis, inuenta fuisset cum hac inscriptione, antiquis characteribus marmori incisa: *Hic iacet corpus sancti Felicis papæ & martyris, qui Constantium hæreticum damnauit.* Quam inuentionem cum omnes non immerito diuinitus contigisse crederent, suam quam conceperant sententiam merito retractarunt, eamque in maiorem martyris gloriam commutarunt. Vide Baron. anno 357. num. 63. Bellarm. lib. 4. de Roman. pontif. cap. 9.

Dei prouidentia erga ecclesiam. Felix Arianos, per quos sedem acceperat, anathemate ferit.

Summam Dei prouidentiam, qua semper moderatus est ipsam Romanam ecclesiam, hic lector mecum paulisper intuere. Labefactato non quidem participatione hæresis, sed Arianorum dumtaxat communione Liberio, Felicem antea eorumdem communicatione coniunctum ex aduerso Deus excitat; statimque eumdem erigit aduersus

uersus eos ipsos Arianos, quorum sane ope fuerat Romanam cathedram consecutus, & magno præsidio contra aduersarios confirmat; sicque ad pugnam roborat, vt exagitans omnes Arianos, eorumque principem Constantium anathemate feriens, pro mercede corona martyrii insignitus fuerit. Felice defuncto, nullus in locum eius subrogatus est: nam Liberius abrupta penitus, quæ recipiendæ sedis causa interceſſerat, Arianorum communione, ab omnibus legitimus Romanæ ecclesiæ pontifex, vt fuerat ante, cognitus & acceptus est. Risu igitur potius quam redargutione dignum est recentiorum quorumdam historicorum, quos libenter sequuntur Magdeburgenses, commentum, dicentium Felici secundo fuisse suffectum Leonem quemdam Arianum, in S. Hilarium parum æquum, quem sero ad Synodum accedentem, in pœnam humi considere iusserit: atque ideo eadem a Deo vindice, qua Arius, pœna mulctatum, vna cum visceribus animam efflauisse. Sed cum omnium antiquissimorum testimonio, Leo I. tempore Concilii Calchedonensis sederit; cumque nulla mentione huius rei facta, omnes omnino Liberio & Felice defunctis, Damasum substituerint; non historiam, sed fabellam esse scias, a recentioribus forte excogitatam, quod falso opinati fuerunt, Liberiũ, Felice secundo expulso, instar Leonis in catholicos sæuiisse. Vide Baron. anno 357. num. 69. Bellarm. lib. 4. de Rom. pont. cap. 9.

Felici defuncto nũ alius suffectus fuerit.

Hæreticorum fabula de Felicis successore Leone.

EPISTOLA ÆGYPTIORVM PONTIFICVM AD FELICEM II. PAPAM.

De infestationibus Arianorum.

Domino beatissimo & honorabili, sancto patri Felici, sanctæ sedis apostolicæ vrbis Romæ papæ, Athanasius & vniuersi Aegyptiorum, Thebaidorum, & Libyorum episcopi, in sancta Alexandrina Synodo gratia Dei congregati.

VESTRO sancto suggerimus apostolatui, vt nostri, more solito, solicitudinem gerere dignemini, iuxta vestram prudentissimam sapientiam, quæ omnibus luce clarius manifesta est: quia apostolicis vestra beatitudo visceribus commota super tribulatione nostra, nos omnes hortata est, ad tuitionem catholicæ & apostolicæ ecclesiæ in vnum conuenire, & de nostra oppressione canonice & vnanimiter tractare, dum constat vos vna cum B. Paulo apostolo eadem compassibiliter dicere: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & non ego vror?* satagentes, ne aliqua de his, quæ vobis creditæ sunt, rationabilibus

2. Cor. 11.

ouibus a beſtiis capiatur. Ideo pater beatiſſime, quia ſemper anteceſſores noſtri, & nos a veſtra apoſtolica ſancta ſede auxilium hauſimus, & noſtri vos curã habere agnouimus, præfatam apoſtolicam & ſummam expetimus iuxta Canonum decreta ſedem, vt inde auxilium capiamus, vnde prædeceſſores noſtri ordinationes & dogmata atque ſubleuationes ceperunt. Ad eam quoque quaſi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur, quoniam non poteſt mater obliuiſci infantem ſuum. Sic & vos nolite obliuiſci nos vobis commiſſos, quoniam non leuibus nos inimici noſtri implicauerunt afflictionibus, & quotidie facere moliuntur, & apprehendere, aut ferris nos conſtringi minantur, niſi eorum conſentiamus erroribus: quod nequaquam vobis inconſultis agere præſumimus, Canonibus quippe iubentibus, abſque Romano nos de maioribus cauſis nihil debere decernere pontifice. Ideoque ad propoſitum recurrentes, & ad brauium properantes, veſtræ apoſtolicæ ſedis imploramus auxilium: quia, vt credimus, non deſpexit Deus preces cum lacrymis ſibi oblatas ſeruorum ſuorum, ſed ob id vos prædeceſſoreſque veſtros, apoſtolicos videlicet præſules, in ſummitatis arce conſtituit, omniumque eccleſiarum eis curam habere præcepit, vt nobis ſuccurratis, noſque tuentes, cui omne epiſcoporum iudiciũ eſt commiſſum, liberare ab hoſtibus noſtris non negligatis. Nam ſcimus in Nicæna magna Synodo trecentorum octodecim epiſcoporum, ab omnibus concorditer eſſe roboratum, non debere abſque Romani pontificis ſententia Concilia celebrari, nec epiſcopos damnari, licet hæc & alia quam plura neceſſaria ab hæreticis, qui nos quotidie infeſtant & perdere nituntur, vt facilius nos capere poſſint, ſint ſynodica capitula incenſa, nobiſque ſublata. Qua de re, hac inuenta occaſione indifferenter, omni canonica & apoſtolica poſtpoſita auctoritate, nos vi a propriis, vobis inconſultis, illicite expellunt ſedibus: oueſque nobis a Chriſto Domino apoſtolica commiſſas gratiã, inuadunt, gradibus priuant, & quod peſſimum eſt, & omnibus Chriſtianis legibus inimicum, interficere decertant. Vos ergo (vt ſemper veſtræ ſedi ſanctæ conſuetudo fuit) periclitantibus ſubuenite, oppreſſos roborate,

tribulatis manum porrigite, taliaque prohibete, & leges imponite, vt apostolica doctrina, quæ in Deo est, cito ad victoriam iudicium perducere valeat nostrum, nosque (apostolorum principe suffragante Petro) ab imminentibus periculis liberare. Nouimus namque in iam præfata Nicæna Synodo generaliter esse decretum, vt nullus passim vageque episcopos, aut præsumptiue lacerare, aut accusare, & qui non sunt rectæ fidei, vel bonæ vitæ, vel claræ conuersationis, aut infamare præsumat: sed prius, si erga episcopos vel auctores ecclesiæ quisquam causam habuerit, eos cum caritate mansuete conueniat, vt ab eis vulnus, vnde agitur, recte sanetur: aut ipse, si secus egerit, accusator excommunicetur. Quod si ab eis nihil valuerit recte percipere, tunc primo summos adeat primates, & ipsi, tempore congruo, canonice eos conuocare debebunt. Qui si aut suis rebus expoliati, aut a propriis sedibus eiecti, aut exulantes, vel oppressi, aut inique tractati fuerint, primo eruantur, & canonice restituantur, atque omnia sibi sublata integerrime eis legibus reddātur: quoniam priusquam hæc fiant, (vt in prædicto constitutum est Concilio) nec canonice conuocari, nec distingui a quoquam possunt, quoniam nec sæculi leges hæc fieri permittunt, quanto magis ecclesiasticæ? Similiter & a supradictis patribus est definitum consonanter, vt si quisquam episcoporum, aut metropolitanorum, aut comprouinciales, vel iudices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellet sedem, cui ab ipso Domino potestas ligandi ac soluendi speciali est priuilegio super alios concessa. Ipsa enim firmamentum a Deo fixum & immobile percepit, quoniam ipsam formam vniuersorum titulorum lucidissimam, Dominus Iesus Christus vestram apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim sacer vertex, in quo omnes ecclesiæ vertuntur, sustentantur, releuantur. Et sicut in Christo Christiani, & in petra, id est Christo, Petrus, Petri renouantur ecclesiæ. Tu es enim (sicut diuinum veraciter testatur eloquium) Petrus, & super fundamentum tuum ecclesiæ columnæ, id est, episcopi, qui ecclesiam sustinere, & propriis humeris portare debent, tibi sunt confirmatæ, tibique claues regni cælorum commisit, atque ligare &

Et habetur in epistola decr. Iulii contra orientales pro Athanasio, c. 7.

Ibid. cap. 17.

Ibid. cap. 8.

Ibid. cap. 4.

Ibid. cap. 3.

Matth. 16.

Matth. 16.

ſoluere poteſtatiue quæ in terra, & quæ in cælis ſunt, promulgauit. Tu profanarum hæreſium, & impetitorum, atque omnium infeſtantium depoſitor, vt princeps & doctor, caputque omnium orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei exiſtis. Igitur ne deſpicias, pater, tuorum patrum pietatem, bonamque intentionem. Et ſicut illi, patres & prædeceſſores noſtros a multis liberauerunt oppreſſionibus & anguſtiis, ita nos liberare digneris. Nam fuit ſemper veſtræ ſanctæ & apoſtolicæ ſedi licentia, iniuſte damnatos vel excommunicatos, poteſtatiue ſua auctoritate reſtituere, & ſua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, apoſtolico punire priuilegio, ſicut etiam noſtris & anterioribus cognouimus actum temporibus. Porro & ipſi primates, qui epiſcoporum & ſummorum eccleſiaſticorum negotiorum cauſas ſuſcipere debent, in præfixa Nicæna Synodo ſunt dinumerati, ne in poſterum contentio ex hoc oriretur. O ſanctiſſime pater patrum, abſcinde blaſphemias, & iactantiam vaniloquorum, & inſidiantium infeſtationes, nos & fratres noſtros opprimentium, atque perdere volentium, qui ad vos, quaſi ad caput confugimus, vt veſtro ſuffulti auxilio liberemur, & vobis nobiſque commiſſas Chriſti oues, a luporum ore, Domino adminiculante, antequam deglutiantur, eripiamus. Nec enim fas eſt, ſupplicum apoſtolicæ ſedis ſcripto, aut ſine ſcripto preces oblatas deſpicere, ſed (vt condecet, vt priuilegium veſtræ ſedis eſt) & nos & illi canonicaliter conuocemur, & ante vos de noſtris obiectionibus canonice cum omni probitate concertemus, ſicut prædeceſſores noſtri penes veſtros fecerunt anteceſſores, & ſicut canonica in prædicta ſancta Synodo docent inſtituta, & veluti palliati * verbi per ventilabrum canonicæ examinationis, * verbi
plenam purgationem in communi conſiſtentes auditorio, de maturis & enutrientibus catholicæ eccleſiæ dogmatibus, quæ confirmant cor hominis, per participationem paternarum conſequamur inſtitutionum. Antiquis enim regulis ſancitum eſt, vt quidquid quamuis in remotis aut longinquis poſitis prouinciis ſuper epiſcoporum querelis, aut accuſationibus ageretur, non prius tractandum vel accipiendum eſſet, quam ad notitiam almæ ſedis

*iuxta quæ fuisset pronũtiatio facta, infirmaretur, aut

vestræ fuisset deductum, vt huius auctoritate, * iuxta quæ fuisset, pronuntiatio infirmaretur, aut firmaretur: indeque sumerent normam, vnde ecclesiæ sumpsere prædicationis exordium, ne passim ab insidiatoribus columnæ euerterentur ecclesiæ. Certum est enim, eidem sanctæ sedi vestræ, in honorem beatissimi Petri, patrum decreta peculiarem decreuisse reuerentiam Dei, pro rebus inquirendis atque determinandis, quæ solicite decet, iusteque ab ipso præsulum examinari vertice apostolico, cuius solicitudo semper fuit & est, tam mala damnare, quam probare laudanda. Quocirca humillimum vestro apostolico culmini persoluentes obsequium, vt ipse Dominus præcepit, & sanctorum decreta patrum statuerunt, cum lacrymis suggerimus, quod sine gemitu cordis reticere non valemus. Nam in tantum a persecutoribus sanctæ Dei ecclesiæ, nostrisque inimicis persequimur, vt magis nos tædeat viuere, quam mori. Vnde præ omnibus fatemur in tantum cor esse nostrum vulneratum, vt propheticum illum planctum exoptemus, dicentes: *Quis dabit capiti nostro aquam, aut oculis nostris fontem lacrymarum, vt sedentes, ploremus die ac nocte?* Ecce enim ecclesia Dei non leuiter perturbatur, columnæque eius nimis infestantur, atque a prauis amoueri hominibus nituntur. Christianorum vero voces ac gemitus episcoporum longe lateque resonãt, nouitates insurgunt, calumniæ crescunt, persecutio grassatur, perditio fit populorum. Vestrum est enim, nobis manum porrigere, quia vobis commissi sumus. Vestrum est nos defendere atque liberare; nostrumque est a vobis auxilium expetere, vestris parere iussionibus. Præ nimio ergo dolore & gemitu, omnia quæ nobis instant, & nos infestant, * necessario recordari, vobisque significare nequimus. Ideo almum vestrum exoramus apostolatum, vt super his legem, quæ in memorata Nicæna Synodo est promulgata, licet prædictorum insidiatorum & aliorum malorum hominum (vt facilius episcopos, Deique ministros valeant illaqueare) deprauatione sit suffocata, reparetis: & quæ necessaria fore cognoscitis, vestræ sanctæ sedis auctoritate nos cunctosque fratres informetis, vt malorum insidias hominum, vestra fulti auctoritate, illæsi, Domino opitulante, euadere valeamus: quia non est

Ieremi. 9.

*necessaria

ouium, insidias luporum præuidere, sed pastorum est. Scimus enim (vt semper vestræ sedis præsules, primo apostoli, deinde successores eorum fecerunt) vos vniuersalis ecclesiæ, & maxime episcoporum, qui oculi propter contemplationem & speculationem, vocantur Domini, curam gerere, ac de reuelatione & lege nostra assidue cogi-
Psal. 1. tare debere, sicut scriptum: *Beatus vir qui meditatur in lege Domini die ac nocte*: quæ meditatio non lectione per figuram literarum tantum conspecta, sed exuberante in vobis Christi gratia, in vestra cognoscitur conscientia immobiliter insita, & nullatenus de vestro corde recedente lege Christi Dei Domini sacrosancta, sicut in psalmo dicit
Psal. 36. Propheta: *Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius: non atramento, sed*
2. Cor. 3. *spiritu Dei viui vestra in arcana conscripta; neque in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*, sicut beatissimi apostoli Pauli ad Corinthios missa nos docet epistola. Quibus præmissis, significamus Deo placitæ paternitati vestræ, die 17. Kalendarum Augustarum, indictionis quartæ, nostram humilitatem, diuina gratia, suo (vt præcepit) munere præueniente, vestris sanctis ac Deo dignis precibus in sancta Romana ecclesia pontificalis honoris accepisse consecrationem & stolam: in quo dignitatis fastigio, vt a Deo omnipotente regamur altissimo, & a malis omnibus liberemur, vt non sacerdotale nomen tantum, sed Christi Domini Dei nostri protegente auxilio, & meritum habeamus, vestris sanctis ac Deo acceptabilibus nos commendantes orationibus, poscimus, quatenus & vestris deprecationibus pro nobis ad Deum effusis muniti, & eruditionibus bonis instructi, digni efficiamur, cum omni nobis populo Christiano commisso, illæsi, protegi velamento diuino. Ad salutationem ergo vestræ sanctæ & honorandæ paternitatis vice nostra, Benedictum humilem vestrum fratrem, nostrum episcopum, & Alexandrum presbyterum, Crispinum quoque diaconum, vestros famulos destinauimus, quos postulamus celerius nobis a vestra beatitudine persolui, vt vestris cohortationibus roborati, & vestris regulis informati, inimicis videlicet compressis, ad proprias prudenter consolati valeamus ecclesias ante hiemem Deo propitio remeare. Vestrum est quippe,

pater sanctissime, canonica districtione solicite, ecclesiasticæ regulæ aduersantibus, & fratrum insidiatoribus obuiare, nec permittere nouiter dici, quod patrum venerabilium auctoritas omnino non censuit. Nos enim humiles corde, quæ recta sunt, adiuuante Domino, sapientes, vno vinculo caritatis vobiscum sumus constricti, veram fidem ac religionem catholicam in omnibus fortiter defensantes. Studiosius itaque a catholicis, improbis probe resistere innitendum est, ne torpentes desidia oppressi, culpæ taciturnitatis teneamur obnoxii, & quasi fauorem impendentes iudicemur, dum aduersa catholicæ fidei propulsare negligimus. Vnde dictum est: Negligere quippe, dum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Liquet, doctor sanctissime, venenosa serpentium sine simplicitate astutia, dum manifesta est dolosa inimicorum fallacia. Succurrite, quæsumus, oppressis, liberate nos de manu persequentium, vt cum beato Iob cantetis: *Benedictio perituri super me veniebat,* Iob 29. *& cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento & diademate, iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Patereram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus* * illius *eorum auferebam prædam.* & reliqua. Nos enim quos tua maxima expectat cura, id est, omnes episcopi, præcipue tuum mereri debemus iudicium, & non ab aliis deuorari. Merito ergo nos Domini causa respicit sacerdotes, si silentio faueamus errori. Siquidem corripiantur huiusmodi, nec sit liberum eis, pro voluntate facere iudicium. Desinat nouitas incessere vetustatem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Nam vt omnes metropolitani vel reliqui episcopi sua odia aut vindictas in reliquos episcopos exercere non valeant, ideo nominatim in Nicæna Synodo expressi sunt primates, qui reliquos episcopos audire & iudicare debeant, ne vlla fraus in iudicio episcoporum possit irruere. Vos ergo, qui in summa specula gratia Dei estis positi, attendere eos & opprimere oportet, qui in fratres seditiones & scandala excitant. Ideoque exoramus, vt minime despiciatis humilitatis nostræ & omnium orientalium orthodoxorum

sacerdotum & populorum afflictiones, & deprecationes cum lacrymis oblatas, sed sicut luminaria vniuerso mundo, verbum vitæ retinentes, introductas extinguite tenebras nefandissimorum insidiatorum, temporibus etiam nostris procaciter germinatas, quatenus funditus extincta huiusmodi caligine, lucifer nobis resplendeat per vos, sanctissime pater, & dogmatica definitio vbique omnes lætificans, quam glorioſi ecclesiæ sanctæ patres per propria piissima dogmata in æternæ vitæ firmam hereditatem prædicasse noscuntur.

Et subscriptio.

Incolumem te & beneplacitum Deo, sanctissime pater patrum, orantem pro nobis, Dominus custodiat in æuum. Amen.

NOTÆ.

Suspectæ fidei epistola arguitur.

[a] *Epistola.*] Hæc epistola sub nomine Athanasii ad Felicem ex Synodo Alexandrina scripta ab episcopis Ægypti, Thebaidis, & Libyæ, de fide suspecta est, tum quod hoc tempore, quo Athanasius fuga elapsus in eremo latitabat, quove cum Liberio omnes episcopi orthodoxi, decreto imperatoris & Mediolanensis Conciliabuli, sedibus suis exturbati erant, neque locus, neque tempus cogendæ Synodi esse potuerit: tum quod hac epistola ad Felicem scripta, ipsum Felicem de sua ipsius ordinatione certiorem reddat. An rescriptũ Felicis fortasse eodem defectu laboret, alii iudicent. Illam epistolam, cuius fragmenta sub nomine Felicis in Calchedonensi Concilio extant, a Felice secundo scriptam fuisse, doctissimis quibusdam viris auctoribus, existimatum est, hac de causa, quod prædictum fragmentum in Concilio Calchedonensi act. I. & apud Cyrillum in sua apologia post epistolam Iulii papæ attexatur. Sed eam sententiam ex argumento & titulo eiusdem epistolæ redarguimus supra in notis ad 4. epistolam Felicis primi.

[b] *Et sicut.*] Legendum videtur: Et sicut in Christo Christiani, ita & in petra, id est, Petro, renouantur ecclesiæ: vt sit sensus, Romanæ ecclesiæ pontificem, si quid in ceteris ecclesiis vitiatum aut deprauatum sit, sua auctoritate & posse & debere corrigere.

EPI-

EPISTOLA I.
FELICIS PAPÆ II.

Reſcriptum ad epiſcopos in Alexandrina Synodo congregatos.

I. *Vt nemo epiſcopum penes arbitros ſæculares accuſet.*
II. *Si quis aduerſus epiſcopum cauſam habuerit.*
III. *De eadem re.*
IV. *De epiſcopis rebus ſuis expoliatis, aut a ſede pulſis.*
V. *Infames & ſacrilegos ad teſtimonium non admittendos.*
VI. *Si epiſcopus vocatus ad Concilium, ire non potuerit.*
VII. *De cauſis quæ legibus non continentur, vel prohibitæ noſcuntur.*
VIII. *De accuſationibus epiſcoporum, & rerum ſuarum ablatarum redintegratione.*
IX. *Quibus non liceat accuſare, vel teſtificari.*
X. *De eadem re.*
XI. *De perſonis accuſatorum.*
XII. *De primatibus & metropolitanis.*
XIII. *De accuſationibus epiſcoporum, & ineptitudine accuſantium.*
XIV. *Qui non debeant admitti ad accuſationem.*
XV. *De eadem re.*
XVI. *Licere in eccleſiaſticis negotiis, dicta cauſa & finita, recedere, quod in ſæcularibus non licet.*
XVII. *De accuſationibus epiſcoporum.*
XVIII. *De non terminandis cauſis epiſcoporum abſque auctoritate Romani pontificis.*
XIX. *Si epiſcopus a comprouincialibus, vel a metropolitano ſenſerit ſe prægrauari.*
XX. *De iudiciis epiſcoporum, & de tempore conceſſo ad præparandum, & comparendum.*
XXI. *De iudicibus & accuſatoribus, quales debeant eſſe.*

Reuerendiſſimis atque dilectiſſimis fratribus, Athanaſio & vniuerſis Aegyptiorum, Thebaidorum, Libyorum epiſcopis, in ſancta Alexandrina Synodo congregatis, Felix almæ Romanæ vrbis & vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus, & ſancta Synodus, quæ in vrbem Romam conuenit, in Domino ſalutem.

SACRAM veſtram ſynodicam epiſtolam, per gratiam ſancti Spiritus, & Deo placitum ſtudium conſcriptã, veſtræ a Deo honorandæ ſanctitatis gratia libenter ſuſcepimus, atq; inſtãter in Synodo recitari per ſingula iuſſimus, & omnes intente eius colligere verba præcepimus: ſuper quæ dũ lætari ſperabamus & cupiebamus, verſa eſt in luctum cithara noſtra, cantatio in ploratione, & omne totius Synodi gaudium in mœrorem tranſlatum eſt: quia non decuerat, vt hi qui corpus Chriſti quotidie proprio *Iob. 30.*

conficiunt ore, tantam paterentur perſecutionem, quoniam Dominus Deus noſter ſalutem prouidens generis humani, mandauit perſecutiones non fieri, neque fluctuationes inferri, nec inuideri laborantibus in agro Dominico, neque diſpenſatores magni regis vexari aut expelli.

6. quæſt. 1. Quieſcite, inquit ſancta. Quieſcite, inquit ſancta magna Nicæna Synodus, & nolite perſequi eos qui Deo perfecte miniſtrant, & ſincera voluntate Dei ſuperni mandata cuſtodiunt, & noſtris legibus ſubiugantur; quia nec decet, nec ordo patitur, vt iniqui & carnales, ſpirituales perſequantur. Omnis enim qui reſiſtit alicui, nunc vertendo, nunc celando veritatem, mentitur aduerſus eum, contra quem litigat. Et qui infeſtus eſt alicui, omnia ſicut hoſtis agit, & inſuper loqui contendit. Vos enim monemus, fratres, in ſpeculis eſſe debere, vt in quantum poteſtis, & Dominus auxilium dederit, talibus noſtra apoſtolica, veſtraque auctoritate reſiſtatis, nec quiſquam veſtrum a fratris auxilio ſe ſubtrahat, ſed pro viribus præſtet adminiculum. Quoniam, licet pauci ſitis, ſi vnanimes fueritis, nullatenus, iuſtitia ſuffragante, Domino quoque opem ferente, ſuperabimini, quia *funiculus triplex difficile rumpitur.* Nam ſi officiis ſæcularibus humana lex ſubuenit, quanto magis eccleſiaſticis & Domini ſacerdotibus, maximeque pontificibus, qui pupillæ oculorum Domini nuncupantur, diuina atque catholica lex ſuffragari debet? Ait enim diuinum de epiſcopis eloquium; *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et ſi ſæculares humana multipliciter explorantur homines lege, & requiſitiones atque induciæ eius multorum menſium conceduntur, ne iniuſte damnentur: quanto magis epiſcopis, qui proximiores ſunt Deo, & ſuper hos conſtituti, poſitique in cæleſti militia, quæ impenſius ponderanda eſt, tempora ſunt concedenda multo ampliora, ne a quibuſdam grauentur, opprimantur, vel ſubito damnentur? Incipiamus ergo, adiuuante Deo & ſancto Petro apoſtolo, per quem apoſtolatus & epiſcopatus in Chriſto cœpit exordium, quoniam plures ſæpe emerſerũt cauſæ, quæ in quibuſdam non erant cauſæ, ſed crimina: quia magis, vt comperimus, iniquitate, quam caritate fratribus ſunt impoſitæ; & vt de cetero ſolicitudo ſit ne talia eueniant, capitula quædam

Eccleſ. 4.

Zachar. 2.

a sanctis patribus tam in Nicæna Synodo, quam & in hac sede constituta, ponamus, quibus fratres & coepiscopi nostri fulti, insidias inimicorum, auxiliante Domino, valeant euadere, & prout Dominus posse dederit, paucioribus verbis tantorum malorum imitemur compendiũ, & strictim, quæ in volumine literarum vestrarum comperimus, retractemus, & alia nonnulla instantis temporis necessaria, prout petitis, ponamus.

I.

Est namque synodicis decretum institutis, vt nemo episcopum penes sæculares arbitros accuset, sed apud summos primates.

II.

Si quis aduersus episcopum causam habuerit, non prius alios episcopos adeat, vt eum accuset, quam familiariter ei suam indicet querelam, & ab eo aut iustam emendationem, aut rationabilem percipiat excusationem, ipsa nos instruente veritate: *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si te non audierit, adhibe duos vel tres tecum: & si non hos audierit, dic ecclesiæ*, id est, accusa eum publice, & non prius. & reliqua. *Matth. 18. Luc. 17.*

III.

Si quis episcopum post hæc elegerit accusare, summis primatibus episcoporum suam indicet causam, & non sæcularibus, qui magis ad pacem quam ad iudicium eos reuocent, vt caritas in omnibus & ab omnibus custodiatur. Si primates accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad Synodum canonice conuocatam, non infra angusta tempora, canonice conuocent, & non prius quam eis per scripta significent quid eis opponitur, vt ad responsionem præparati adueniant. Nam si aut vi, aut timore eiecti, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonice euocari ad Synodum possunt, nec respondere æmulis debent, antequam canonice restituantur, & sua eis omnia legaliter reddantur. 5. q. 2. Si primates accusatorum.

IV.

Si quis episcoporum fuerit suis rebus expoliatus, aut a sua ecclesia vi aut timore expulsus, quod omni Christia-

no nomini est inimicum, oportet & decet * episcoporum propositum semper prima fronte cedere, vt omnia quæ ei ablata sunt, potestati eius legaliter reddantur, & præsul prius restituatur, & postea non statim, sed diu & per spatiosa tempora suis potestatiue dispositis, & ad suam necessitatem præparatis, ad tempus veniat ad causam; & si iuste visum fuerit, accusatoribus respondeat suis.

* Episcoporum præpositum semper prima fronte solicitum esse. * sanctis propositum semper prima fronte incedere. Et idem habetur in decretis Iulij. c. 33.

V.

Nulli infami atque sacrilego de quocumque liceat negotio aduersus religiosum Christianum, quamuis humilis seruilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re, actione, aut inscriptione Christianum impetere.

VI.

Si quis episcopus legitime accusatus, & supradicto ordine ad Concilium canonice conuocatus fuerit, absque vlla trepidatione ire debebit; & si ire non potuerit, pro se legatum ad Synodum mittat.

VII.

Nullæ causæ a iudicibus ecclesiasticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ esse noscuntur.

VIII.

Si quis aliter non acquieuerit, nisi vt episcopum accuset, supra taxatohoc tenore agere debebit, quia aliter rata non potest accusatio existere. Tunc primo accusati causam accusator apud primates canonice deferat. Nec a communione prohibeatur accusatus, nisi ad electorum iudicium canonice conuocatus, infra tres aut sex vel plures menses pro suis rationem redditurus venire distulerit. Quod si probare potuerit, quod non noluerit, sed non potuerit venire, nihil ei nocebit. Ille vero, qui vi aut timore a sede pulsus, aut suis rebus expoliatus fuerit, non prius vocetur ad Synodum, quam ei omnia legibus redintegrentur. Et tam diu in sede propria pacifice & protestatiue cuncta disponens resideat, quamdiu expulsus vel expoliatus carere visus est rebus. Cum autem ad iudicium venerit, si voluerit & necesse fuerit, induciæ ei petenti a patribus constitutæ, absque impedimento con-

3. q. 2. Tam diu in sede. Et in dec. Iuo. lib. 43. q. 3. Cum accusatus ad. Et in dec. Iuo. lib. 4.

cedantur, & iudices a se electi tribuantur, vt in loco vnde est ille qui accusatur, aut si alibi alicuius temerariæ multitudinis vim metuerit, locum sibi congruum eligat, quo absque timore suos, si necessitas exposcerit, testes habere, & absque impedimento suam canonice sententiam finire valeat, quia multa per subreptionem euenire solent.

IX.

Vt testificandi, vel accusandi licentia denegetur his qui Christianæ religionis & nominis dignitatem, & suæ legis vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita, neglexerint.

X.

Multum derogatio prævalet, quando derogatori creditur. Ideo variis detrectationibus atque accusationibus non decet labefactari primatem, sed magis patrum regulis roborari. Nec facile aut indifferenter suscipere accusationes præsumat, dicente Domino: *Non suscipias vocem mendacii*: sed prius probare debet suspicionem & causam, aut quo animo hoc faciat, & postmodum suscipere: quia veritatis professionem, propinquitatis, inimicitiæ, timoris, amoris, odii & cupiditatis intentio impedire, & aduersa fratribus irrogare solet. *Exod. 24.*

XI.

Personæ accusantium tales esse debent, quarum fides & conuersatio & vita probabilis & absque reprehensione sit, & quæ omni careant suspicione: quia & hoc, te præsente, vt bene nosti, in Nicæna Synodo, propter malorum hominum infestationem, ab omnibus diffinitum est, licet prauorum hominum insidiis sint hæc & alia quam plura deleta. Hic nota quædam de decre. in Nicæna Synodo deleta.

XII.

Primates illi, & non alii sint, quam in Nicæna Synodo sunt constituti. Reliqui vero, qui metropoles tenent sedes, archiepiscopi vocantur, & non primates, salua in omnibus apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso Domino est concessa, & postea a sanctis patribus roborata.

XIII.

Primo semper in omni episcoporum accusatione, vita, persona & conuersatio accusantium enucleatim in-

quiratur: & postmodum ea quæ obiiciuntur, fideliter pertractentur: quoniam nihil aliter fieri * debet, nisi impetitorum prius requiratur fides, personæ, vita & actus discutiantur: quia non debet prauorum aut insidiantium hominum pernicie, vita lacerari innocentium. Sane sæpissime boni a malis persequuntur, qui non cessant suis * calamitatibus aliis derogare. Ideo summopere prouidendum est, ne hæc fiant.

* decet.

* calumniis aliorum denigrare.

XIV.

Nullus seruus, nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitiis studet, nullus qui frequenter litigat, & ad accusandum vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, vel omnes, quos ad accusanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur episcopos accusare: quoniam accusatores & accusationes, quas leges sæculi non recipiunt, qua ratione sacerdotalis eas recipere debet ordo, inuenire nequeo, cum hæc & in Nicæna Synodo prohibita sint, & illi magis ab istis, non isti ab illis iudicari debeant; & Apostolus dicat: *Spiritualis iudicat omnia, ipse vero a nemine iudicatur.*

1. Cor. 2.

XV.

Hæretici, a quibus nimium opprimimur, excommunicatique, homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi.

XVI.

Nec ita in ecclesiasticis agendum est negotiis, sicut in sæcularibus. Nam in sæcularibus postquam legibus vocatus venerit, & in foro decertare cœperit aliquis, non licet ante peractam causam recedere: in ecclesiasticis vero, dicta causa, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægrauari viderit.

XVII.

Quoties episcopus super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui iuste & canonice recipi debeant, legitima in Synodo suo in tempore congregata, ab omnibus canonice audiatur, qui sunt in prouinciis,

episcopis. Quod si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur episcopus: quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debent, non ad litigandum. Nec illi, qui Throni Dei vocantur, prauorum hominum insidiis turbari debent, sed libere Christo Domino famulari.

XVIII.

Quamquam comprouincialibus episcopis vna cum eorum metropolitano, suæ prouinciæ causas episcoporum liceat caritatiue & concorditer agitare, non tamen (sicut in prædicta, te præsente, constitutum est Synodo) licet definire absque Romani pontificis auctoritate. Quod si secus a quibusdam præsumptum fuerit, ipsi qui hoc egerint, suæ præsumptionis susciplant damnum: & illi, qui ab eis perperam excommunicati aut damnati fuerint, auctoritate huius sanctæ sedis, & beati præceptoris nostri clauigeri Petri potestate soluantur, atque restituantur. Ipse enim ait Dominus: *Quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis.* Matth. 16.

XIX.

Quoties episcopi se a suis comprouincialibus, vel a metropolitano putauerint prægrauari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem, ad quam eos absque vlla detentione, aut suarum rerum ablatione libere ire liceat. Et dum prædictam Romanam matrem appellauerint ecclesiam, aut ab ea se audiri expoſcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes surripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter a quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præsumimus, sed & ipsum in Nicæna Synodo constitutum, & anteceſſores nostros egisse, bene Athanasi nosti: quoniam quando tu & Paulus Constantinopolitanus, Asclepius Gazæ, & Lucianus Adrianopolites, ab orientalibus episcopis, inconsulto sanctæ memoriæ Iulio prædeceſſore nostro, damnati estis, & ad eum quasi ad totius orbis caput (vt semper huic sedi sanctæ licitum fuit) confugistis, cognita eorum nequitia, & vestra iustitia, vos in communionem susceplt, & omnium vestrum curam gerens, propter sedis propriæ dignitatem, suas singulis

reddens eccleſias, orientalibus ſcripſit, culpans eos, quod non recte tractaſſent viros inculpabiles de ſuis eccleſiis expellentes, & conſtituta Nicæni Concilii minime conſeruantes. E quibus ad certum diem nonnullos ſibimet adeſſe præcepit, vt de talibus præſumptionibus certam redderent rationem, & coram eis oſtenderet, iuſtum ſe ſuper eis protuliſſe decretum. Interminatus eſt etiam non talia deinceps fratres eſſe paſſuros, & niſi ab huiuſmodi præſumptionibus ceſſarent, a propriis eſſe gradibus eos receſſuros. Tali enim huius ſanctæ ſedis priuilegio tu & fratres tui proprias recepiſtis eccleſias, cum omnibus ſibi pertinentibus. His enim & aliis quam plurimis documentis manifeſtum eſt, nullum damnari, aut ſuis expoliari rebus debere epiſcopum, qui hanc ſanctam ſedem interpellauerit, aut ſibi defenſatricem adſciuerit, donec iudicium de eo noſtræ apoſtolicæ auctoritatis, hoc eſt, principis apoſtolorum Petri agnoſcat, quia ſolummodo Chriſtus Ieſus huic ſanctæ ſedi, id eſt, apoſtolicæ, hoc facere commiſit, vtpote quoniam ſolus atque præ omnibus præfatus princeps apoſtolorum creditus eſt, atque percipere meruit a rege regum Chriſto Deo claues regni cælorum.

Matth. 16.

XX.

3. q. 3. De induciis vero. Et in decret. Ino. lib. 4.

De induciis vero epiſcoporum, ſuper quibus conſuluiſtis, diuerſas a patribus regulas inuenimus inſtitutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & ſuas præparandas reſponſiones, & teſtes confirmandos, & conſilia epiſcoporum atque amicorum quærenda, annum aut ſex mandauerunt menſes concedi, quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus vero quam ſex menſes non * reperi, quia & laicis hæc indulta ſunt, quanto magis Domini ſacerdotibus? Nam & a noſtris anteceſſoribus, atque reliquis ſanctis patribus multoties inhibitum eſt, ne quis Domini ſacerdotibus detractiones irroget: quanto magis accuſationes, non ex radice caritatis prolatas? Quieſcite, inquiunt, & nolite perſequi eos, qui perfecte Deo miniſtrant, quorum orationibus & terrena bella ſedantur, & recedentium a Deo angelorum pelluntur incurſus, quique omnes dæmones, qui corrupti ſunt, precum aſſiduitate confundunt. Induciæ namque

* recipi.

Supra in principio huius dec. vbi allegatur Nicænũ Cõcilium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

que non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedendæ sunt, vt accusati se præparare, & vniuersos communicatores in prouinciis positos conuenire, testes præparare, atque contra insidiatores se pleniter armare valeant.

XXI.

Iudices enim & accusatores tales esse debent, qui omni careant suspicione, & ex radice caritatis suam desiderent promere sententiam. His ergo tam legaliter, quam & canonice prolatis, etiam omnium Christianorum reuerentiam congaudere deposcimus, spirituali intercedente dilectione & timore Dominico, per quem humana remouetur offensio, & ecclesiarum ædificatio præponitur vniuersis, vt magis vniuersi ad ædificationem fratrum laborent, quam ad damnationem; quoniam ait Dominus: *In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem.* Iam enim formam dedimus, & a prædecessoribus nostris datam esse cognouimus, vt si quis se agnouerit Christianum, illud seruet quod ab apostolis noscitur esse contraditum, dicente apostolo Paulo: *Si quis vobis annuntiauerit præter quod accepistis, anathema sit.* Christus enim Dei filius, Dominus noster, humano generi propria passione salutem plenissimã condonauit, vt nos liberaret. Et si Deus in tantum nos dilexit, vt etiam proprio filio non parceret, sed pro nobis omnibus illum traderet, vt nos liberaret: vt quid nos non diligimus fratres, aut eos temere iudicamus, cum prædictus dicat Apostolus: *Nolite iudicare inuicem, sed hoc magis iudicate, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.* Nam si illi qui fratres diligunt, ex Deo nati sunt, & vident Deum: quid ergo erunt illi, qui eos persequuntur, & eos detrahendo, machinando, accusando, infestando, damnare moliuntur? Si illi filii Dei, procul dubio hi filii sunt diaboli, qui semper, *sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret*, ita fratres insequuntur, vt perdant. Qui vero adiuuare fratres refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt, & fraternitatis solatio rei existunt. *Væ*, inquit Propheta, *qui potum dat amico suo, mittens fel suum.* Et iterum sapientissimus Salomon ait: *Quoniam qui loquitur iniqua, non potest latere, nec preteriet illum corripiens iudiciũ. In cogitationibus enim impii interrogatio erit: sermonum autem illius*

3.q.5. De inducias vero.

Ioan. 13.

Galat. 1.

Rom. 8.

Rom. 14.

1. Pet. 5.

Abac. 2.

Sap. 1.

ad Deum perueniet auditio, ad correptionem iniquitatum illius: quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurantium non abſcondetur. Hæc enim ſi amplecti voluiſſent proprio & ſano ſenſu, ad reprobum minime laberentur, ſed per Dei timorem ſermonum ſuorum præcauentes cuſtodiam, piam ſanctorum patrum definitionem ſine quadam nocumẽti præſumptione vtique conſeruarent: quoniam dicit ſacrũ
Prou. 2. eloquium: *Conſilium bonum conſeruabit te, & mens bona cuſtodiet te.* Non enim de fontibus ſalutiferis ſpiritualiter ad acquiſitionem æternæ vitæ procedunt tales accuſationes & detractiones, atque ideo competenter nos B. Paulus admonens, ait: *Non debere plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.* In definitione pietatis perduremus. Qui enim hanc prætereunt, non tantum ipſi ſunt decidentes a corroboratione ſua, ſed inſipientiæ ſuæ dereliquerunt omnibus memoriam, vt in his, in quibus peccauerunt,
Eccleſ. 5. minime latere potuiſſent. *Gloria enim & contumelia in loquela: & in lingua hominis, caſus illius eſt.* Ideoque conueniens eſt, hanc quidem oſtenſionem reprehenſionum illorum noſtris actibus inſeri, ne vlterius iam talia patiamini, ſeminantibus illis zizania & ſcandala, ſed lætari in officiis & dogmatibus veſtris mereamini. Igitur erubeſcant talia, & * huiuſmodi blaſphemia ſubtrahere feſtinẽt, * ab huiuſmodi blaſphemia ſub. ſi noluerint a ſacerdotali noſtro collegio ſegregari, & a Chriſtiani populi ſocietate diuelli. Licet namque de his plura & perneceſſaria, quæ in decretis ſedis apoſtolicæ & ab apoſtolis eorumque ſucceſſoribus, noſtris videlicet prædeceſſoribus, ſtatuta inueniuntur, dicere & conſcribere potuiſſemus, tamen melius nobis viſum eſt, vt epiſtolã oratione claudamus. Deus omnipotens, & huius vnigenitus filius & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus, hoc vobis tribuat incitamentum, vt omnibus fratribus & coepiſcopis noſtris, quibuſcumque tribulationibus laborantibus, totis ſuccurratis viribus, & cum eis compatientes, crucem eiuſdem Domini ſaluatoris portetis, vt veri ipſius diſcipuli coram omnibus appareatis, vt & vos, & qui vobiſcum
1. Cor. 2. ſunt, hic & in futuro poſſideatis meliora, *quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe*, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem & cum quo omnipotenti Deo Patri

gloria in sæcula sæculorum, amen. Valere vos opto, fratres carissimi. Data Idibus Februarii Agario & Iuliano viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA II.

FELICIS PAPÆ II.

AD EOSDEM ET AD RELIQVOS DOMINI SACERDOTES.

De patienti sufferentia persecutionum & tribulationum.

Felix sanctæ vniuersalis ecclesiæ papa, atque per gratiam Dei catholicæ & apostolicæ ecclesiæ vrbis Romæ episcopus, vna cum sancto Concilio nostro reuerentissimorum sacerdotum, huc nobiscum conuenientium, in confirmatione piissimorum catholicæ ecclesiæ dogmatum, & reuelatione oppressorum fratrum, coepiscoporum videlicet nostrorum, qui rectam Nicæni Concilii tenent fidem, & qui fratres non infestant, vniuersis spiritualibus fratribus nostris, & reliquis in sacerdotali collegio Domino consecratis, atque omni plenitudini ecclesiæ catholicæ.

GRATIA vobis & pax multiplicetur in confortatione & sancti Spiritus communione, quatenus in eo proficientes, a gloria in gloriam, *virtutes annuntiemus eius, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum, apud quem non est transmutatio, nec* * *vicissitudinis obumbratio.* Portate, fratres, hortamur, persecutiones & tribulationes patienter, vt eius inueniamini filii, quem quotidie patrem vocatis Deum in cælis: & in eo vincatis omnia, qui propter nos vicit omnia. *Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Imitatores quoque Dei conuenit in omni verbo & opere imitari Deum. Ideoque illud oportet nos dicere, quod ipse de se perhibuit Dominus: *Veniet princeps huius mundi, & in me nihil inueniet.* Venerunt & illi qui vos & nos persequuntur, quia vos sine nobis persequi non possunt, quoniam vnius Dei membra sumus, & vnum illius sacerdotium per eius sanctificationem retinemus, & in nobis de suis nihil inuenerunt: quia quidquid sumus, gratia Dei sumus, licet propterea calumniari nos irrationabiliter studuerint, quod facere solent ini-

1. Pet. c. 2. v. 9.

* momenti

Iac. c. 1. v. 17.

Rom. 8.

Ioan. 14.

mici, ſuam ex hoc cooperire dementiam properantes, quatenus per mendacium veritatem valeant obumbrare. *Scripſi enim vobis*, inquit beatus Apoſtolus, *per multas lacrymas, non vt contriſtemini, ſed vt ſciatis, quam caritatem abundantius habeo in vobis.* Etenim detrahentibus detrahere, non eſt bonum, * vt non ad ea quæ ſcripta ſunt, commoti, iniuriæ certamen efficiamus. Non debemus omnino timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis Dominus iubet per Iſaiam prophetam, dicens: *Audite me, qui ſcitis iudicium, populus meus, in quorum cordibus lex mea eſt. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne timeatis.* Conſiderantes etiam quod in pſalmo ſcriptum eſt: *Nonne Deus requiret iſta? Ipſe enim nouit abſcondita cordis, & cogitationes talium hominum, quoniam vanæ ſunt. Vana autem locutus eſt vnuſquiſque ad proximum ſuum, & labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt mala. Sed diſperdet Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt, labia noſtra a nobis ſunt: quis noſter Dominus eſt?* Nam ſi hæc in memoria retinerent, minime ad tantam proſilirent iniquitatem. Non enim per probabilem & paternam doctrinam hoc faciũt, ſed vt ſuam exerceant in ſeruos Dei vindictam. Scriptum namq; eſt: *Via ſtulti recta in oculis eius. Et ſunt viæ, quæ videntur homini iuſtæ, nouiſſima autem earum deducunt ad mortem.* Nos enim qui hæc patimur, iudicio Dei hæc reſeruare debemus, *qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua.* Qui etiam per miniſtros ſuos intonuit, dicens: *Mihi vindictam, ego retribuam.* Vos enim in recta fide, & pura ac bona ſuccurrite voluntate viciſſim, nec aliquis a ſupplemento fratris ſubtrahat manum: *quoniam in hoc*, ait Dominus, *cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicem.* Vnde & ipſe per Prophetam loquitur, dicens: *Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum.* Spirituali dico habitaculo & concordia, quæ in Deo eſt, & vnitate fidei huius delectabilis, ſecundum veritatem inhabitaculi, * quæ videlicet in Aaron magis decorabatur, atque ſacerdotalem induentibus dignitatem, ſicut vnguentum ſuper caput, principalem intellectum irrigans, & vſque ad ipſam extremam ſcientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictionem & æternam vitam promiſit Dominus. Huius

1. Cor. 2.

Iſa. 51.

Pſal. 43.

Pſal. 11.

Prou. 12.
Prou. 14.

Ier. 25.
Deuter. 32.
Rom. 12.

Ioan. 13.

Pſal. 132.

* vt ne

* qui quod

ergo propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, fraternam præsentem syllabam exposuimus, nostra propter caritatem minime quærentes, aut quæsituri. Non enim detrahentibus bonum est detrahere, aut palo, secundum vulgarem fabulam, excutere palum. Absit. Non sunt nostra ista: quapropter hæc auertat diuinitas. Non sunt edocti habitus nostri ita vincere, sed in patientia longanimitatis & spiritu humilitatis: quia sicut per duritiam minime (vt prophetice dicamus) *purgatur nigella*, ita nec pacis soporatus fructus intelligentiæ per asperitatem exprimitur. Propter hoc enim & verborum supportauimus colaphos, vt vel paulatim valeamus eum imitari, qui propter nos se humiliare dignatus est, & extremæ illius vltionis per hanc plagam verba declinemus. Audiamus ergo, & consentiamus ecclesiæ oratori, qui per linguam Spiritus sancti clara voce exclamat, dicens: *Omnia vobis in caritate fiant:* Ergo siue quærimus, siue tantummodo dicimus, & tantummodo audimur, caritas intercedat. Ars aliqua existat ad compositionem concordiæ boni & coniunctionem. Oportet enim, de Deo quærentibus nobis spiritu rectitudinis mentis nostræ dinumerantes intentiones templum pacifice inhabitare in eum propter Dominum, qui per Prophetam locutus est: *Quærens quære, & apud me habita.* Speculum enim dedit nos Deus populo suo, & oportet eos, qui a Deo sunt deputati sacerdotium adipisci, ita in humilitate gressuum mentis adinuicem tendere, vt in melius ædificentur hi, qui ad nos respiciunt, quam (quod dicere *piget) per nostram discordiam semitam pedum eorum concutere. Ad concordiam inclinemus nos ipsos, * & vnum in caritate sapiamus. Humilitatem veneremur, per quam apprehendi solet altitudo spiritus. Si enim amplius vsq; adhuc taciturnitatem, quam verborum garrulitatem *dileximus, hoc quidem bene habere arbitrati sumus, ne scriptis vestris reciproca respondentibus, iniuriæ fomitem exhortemur, & pusillanimitate diiudicemur ab eo, qui omnia ad caritatem dirigere promulgauit. Orauimus vero & tunc ostium circumstantiæ labiis nostris imponi, & verbum insonitum concipere potius quam *verbum sonabile: & hoc tamen mihi donum est a Domino, *& factus sum sicut homo non audiens, & non ha-*

Dan. 3.

1. Cor. 16.

Isa. 21. Iuxta 70.

*pudet

*vt

*dilexerimus,

*qui. *quod

*verbo inuigilẽ. &

Psal. 37.

Eccles. 3. *bens in ore suo redargutiones*. Sed *quia tempus est loquendi & tempus tacendi*, aperio verbum, & claudo ostium per taci-
Psal. 50. turnitatem, competenter exorans: *Domine labia mea aper-*
Psal. 118. *ries, & respondeam exprobrantibus mihi verbum*. Licet enim tacuissemus, non semper tamen tacebimus, adaperiente nobis Domino claues verbi. Igitur directi in præsenti a beatitudine fraternitatis vestræ apocrisarii, post multas factas inter nos de ecclesiastica requisitione dissonantes sermocinationes, in fine ad hoc peruenerunt, admonentes nos atque hortantes interpretari vnius veri Christi Dei nostri voluntatis intellectum, atque huiusmodi interpretationem destinare vestræ sacratissimæ venerationi. Nos autem acceptã habentes bonæ conscientiæ prædictorum venerabilium virorum admonitionem, cognoscentes au-
1. Pet. 3. tem & quæ principatus apostolorum summitas docet, paratos esse ad satisfactionem omni poscenti verbum de spe, quæ in nobis est, secundum Dei timorem, mansuetudinemque ad bonam scientiam temperantes, super tali tantummodo requisitione mentem nostram per has syllabas exponimus, superfluam exercitationem & altercationem verborum, propter satietatem & præsentis temporis incongruitatem, declinantes ac præcauentes, nihil omnino aliud intelligentes, aut proferentes vel dicentes, quam quod audiuimus & cognouimus a sanctis & vniuersalibus magnis apostolis, eorumque successoribus, & patres nostri enarrauerunt nobis, & audientes prædicauimus, ad supernam tendentes vocationem. Nostrum est studium, vbi pacis constitutio manet his, qui in stadio pietatis sunt, bene vnica gloria intercessori tribuitur & corona. Deo manifestati sumus, qui iudicat omnia, & comprobat. Non iurgialiter stamus, non ad contradictionem respicimus, nec fauorem inanem amplectimur: sed in verbo Dei proposito, huiusmodi requisitionis resolutionem fecisse dignoscimur, confidentes quoniam pacis Dominus Deus ad alterutrum nostrorum vnitatem & dilectionem conseruabit in gloria eius benignissimæ maiestatis. Omnem cum vestra beatitudine in Christo existentem fraternitatem, tam nos, quam qui nobiscum sunt, multum salutamus. Data 8. Kalend. Nouembris Philemone & Attico viris clarissimis consulibus.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA DAMASI PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

ANNO CHRISTI 367. [a] DAMASVS natione Hiſpanus, ex patre Antonio, [b] ſedit annos decem & octo, menſes tres, dies vndecim. Et [c] cum eo ordinatur ſub contentione Vrſicinus. Et facto Concilio ſacerdotum, conſtituerunt Damaſum, quia fortior & plurima multitudo erat. Et ſic conſtitutus eſt Damaſus, & [d] Vrſicinũ eiecerunt ab vrbe, [e] & conſtituerunt eum Neapoli epiſcopum. Et manſit Damaſus in vrbe Roma præſul in ſede apoſtolica. [f] fuit autem temporibus Iuliani. Hic fecit eodem tempore baſilicas duas, vnam iuxta theatrum ſancti Laurentii, & aliam via Ardeatina, vbi requieſcit intra Catacumbas, vbi iacuerunt corpora ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli. In quo loco dedicauit [g] platoniam ipſam, vbi iacuerunt corpora ſancta, & verſibus exornauit. Hic multa corpora ſanctorum martyrum requiſiuit, & inuenit: quorum etiam [h] conchylia atque ſepulcra verſibus declarauit & adornauit. Hic conſtitutum fecit de eccleſia. Hic [i] inuidioſe accuſatus ac incriminatus de adulterio, facta Synodo, purgatus eſt a 44. epiſcopis, qui etiam damnauerunt Concordium & Calliſtum diacones accuſatores eius, & proiecerunt de eccleſia. Hic conſtituit titulum in vrbe Roma baſilicam, quam ipſe conſtruxerat, vbi & donauit patenam argenteam penſantem libras 20. Amam argenteam, penſantem lib. 15. ſcyphum argenteum anaglyphum, penſantem libras 10. calices miniſteriales argenteos 5. penſantes ſingulos libras 3. coronas argenteas 5. penſantes ſingulas libras 8. canthara ceroſtrota ærea 16. Domos in circuitu baſilicæ, præſtantes ſolidos 155. Poſſeſſionem Papyrianam in territorio Ferentino, cum adiacentibus attiguis, præſtantem ſolidos 120. & tremiſſem. Poſſeſſionem Antonianam in territorio Caſino, præſtantem ſolidos

103. Balneum iuxta titulum, præstans solidos 27. Hic constituit, vt psalmi die noctuque canerentur per omnes ecclesias, qui hoc præcepit presbyteris, episcopis, ac monasteriis. Hic fecit ordinationes in vrbe Roma 5. per mensem Decembrem, presbyteros 31. diacones 11. episcopos per diuersa loca num. 62. Qui etiam sepultus est via Ardeatina, in basilica sua, tertio Idus Decembris, iuxta matrem suam & germanam. Et cessauit episcopatus dies 31.

NOTÆ.

Damasus qualis & quo tępore pontificatū acceperit.

[a] *Damasus.*] Quinta Septembris die, anno Christi nati 367. qui est Valentiniani & Valentis imperatoris 4. post interregnum sex dierum, Damasus natione Hispanus, teste Ambrosio, iudicio Dei subrogatus fuit, quo tempore Viuentius præfectum vrbis agebat, Lucino nimirum & Iouino consulibus. Fuerat quidem Felicis presbyter; sed a Liberio non solum in gradum suum receptus, verum etiam vicarii munere decoratus. A schismaticis de adulterio aliisve criminibus diffamatus, auctoritate sancti Hieronymi virgo appellatur, publico sanctorum patrum Concilio probatur, imperatorum scriptis vindicatur, omniumque antiquorum voce & testimonio laudatur, pontifex toti orbi catholico communicatione coniunctus, vitæ moribus insignis, miraculis illustratus, ac denique vniuersæ ecclesiæ catholicæ consensu a tempore obitus in hanc vsque diem anniuersaria memoria celebratus. Marcellino bis schismatico, in iis, in quibus in Damasum & in omnes orthodoxos contumelios fuit, nulla fides est adhibenda. Ammianus Vrsicino addictus, occasione orti schismatis inuidiose carpit luxum & regium cultum Romanorum pontificum; nihilque aliud calumniando præstitit, quam vt cognoscant posteri, summo atque regali Christi sacerdotio iam tum regiam quoque magnificentiam & maiestatem fuisse coniunctam. Vnde Prætextatus vir consularis, teste Hieronymo, solebat ludens beato Damaso dicere: *Facite me Romanæ vrbis episcopum, & ero protinus Christianus.*

Marcellinus & Ammianus censura notantur.

Tempus pontificatus Damasi.

[b] *Sedit annos 18. menses 3. dies 11.*] Annis 17. duobus mensibus, & 26. diebus sedisse, ex initio & fine pontificatus euidenter cognoscere licet. Decima quinta Septembris ann. 367. pontificiam sedem accepisse, supra probauimus. Vndecimo die Octob. anno Domini 384. vita defunctum esse, partim auctoritate martyrologii & Hieronymi, partim ex rescripto Symmachi præfecti probatur. In martyrologio obitus illius prædicto die annotatur. Hieronymus epistola 99. ait se, postquam cum Paulino Antiocheno, & Epiphanio Romam venisset (quod contigerat sub consulatu Antonii & Syagrii, anno nimirum Christi 382.) pene triennium Romæ mansisse cum Damaso, neque inde recessisse, nisi ipso defuncto. Quare cum eiusdem Hieronymi testimonio in apol. aduersus Rufinum constet, se mense Augusto, anno 385. vrbe egressum esse: Damasum anno Domini

mini 384. defunctum fuisse oportuit. Viuentem adhuc & superstitem fuisse illo tempore, quo Symmachus præfecturam agebat, eiusdem ad testimonium Damasi facta prouocatio ostendit. Odio schismaticorum falso delatus erat, quod episcoporum alios carceribus mancipasset, alios sedibus exturbatos alio relegasset. Vt hanc calumniam abstergeret, *Respondeant*, inquit, *literis Damasi, quibus assertores eiusdem religionis negauit vllam contumeliam pertulisse. Credatur eius legis antistiti*, &c. Cum itaque Symmachus anno 384. vrbis præfectum egerit, eo tempore Damasum adhuc superstitem fuisse oportuit. Vide Baron. ann. 384. num. 11. 12.

Schisma ecclesiæ Romanæ.

[c] *Cum eo ordinatur sub contentione Vrsicinus.*] Dissensio anno Christi 357. ex substitutione Felicis exorta, a Liberio ordinationes Felicis approbante pene sopita, noui pontificis electione recruduit; dum alii ex parte Felicis, alii ex parte Liberii pontificem ordinare conarentur. Quare cum a maiore parte Damasus presbyter Felicis, & Liberii post Ariminense Concilium vicarius, electus fuisset: pars aduersa id indigne ferens, aliquanto tempore post Vrsicinum pseudopontificem creat, atque basilicam Sicini occupat. *Quo facto*, inquit Rufinus lib. 2. cap. 10. *tanta seditio, imo vero tanta bella coorta sunt, alterutrum defendentibus populis, vt replerentur humano sanguine orationum loca.* Ammianus scriptor ethnicus, Vrsicini fautor ac patronus, *in concertatione*, ait, *superauerat Damasus, parte, quæ ei fauebat, instante, constatque in basilica Sicini, vbi ritus Christiani est Conuenticulum, vno die centum triginta septem reperta cadauera peremptorum.* Quod Romani pontificis luxum reprehendens subdit: *Neque ego abnuo, ostentationem rerum considerans vrbanarum, huius rei cupidos, ad impetrandum quod appetunt, omni contentione laterum iurgari debere: cum id adepti, futuri sint ita securi, vt ditentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis insidentes, circumspecti, vestiti, epulas curantes profusas, adeo vt eorum conuiuia regales superent mensas.* Hæc inquam ipse suæ superstitionis sacrificulis vilescentibus cõdolens, aucto Christianæ religionis pontificali splendori inuidens, calumniose quidem scripsit, sed nihil aliud præstitit, quam vt posteri cognoscant, summo atque regali Christi sacerdotio ipsis etiam ecclesiæ primordiis regiam maiestatem ac magnificentiam coniunctam fuisse.

Vrsicini eiectio ex vrbe.

[d] *Vrsicinum eiecerunt ab vrbe.*] Anno Christi 368. auctoritate Prætextati vrbis præfecti, Vrsicinus vrbe eiectus fuerat. Cuius expulsionem Valentinianus imperator, propterea quod Romæ degens Romanam ecclesiam turbaret, non tantum ratam habuit, verumetiam dato ad Prætextatum rescripto mandauit, vt ad euitandas turbas eiusdem socii & fautores schismatici expellerentur, eamque quã adhuc retinebant, ecclesiam catholicis restituerent. Sed cum iidem anno sequente, Olybrio præfecturam agente, quantumuis manu militari compressi, eaque basilica, quam post illos Damasus occupabat, spoliati fuissent, nequaquam acquiescerent; sed obduratis animis abhorrentes penitus communicare cum legitimo vrbis anti-

ſtite, nouum illud conſilium, a mente admodum obdurata ſuggeſtum pararent, vt Conuentus, quos prohibentibus præfectis intra vrbem agere non liceret, in ſuburbiis, in cryptis arenariis, aliiſve priuatorum locis congregarent, atque ita inſano conatu cathedram contra cathedram erigerent, Vrſicinum pontificem venerarentur, eaque quæ in ſuburbiis gerebantur, ab iiſdem ſchiſmaticis intra mœnia inſolenter prædicarentur, atque ita fomites rixarum miniſtrarentur; nouo viciſſim imperator reſcripto ad Olybrium dato, iuſſit eos ad euitandam rixarum materiam vltra vigeſimum ab vrbe lapidem extrudi: Vrſicinus in Gallias relegatus, relaxatur ſub conditione non redeundi in vrbem vel ſuburbia Romæ. Trecenti ſeptuaginta poſt obitum Valentiniani ſenioris iterum tumultuantes, cum ſchiſmatis auctore iterum in Gallias deportati fuerunt.

Vrſicini relegatio.

[e] *Conſtituerunt eum Neapoli epiſcopum.*] Ex edicto Gratiani contra Vrſicinum lato (quod ex bibliotheca Vaticana recitat Baron. anno 381. num. 2.) apparet ipſum quindecim aut plurium annorum exilio multatum, in Galliis egiſſe. Vnde quod hic aſſerit auctor libri pontificalis, eum poſt ſchiſma Neapolis in Campania epiſcopum creatum eſſe, fide caret; maxime cum neque Marcellinus ſchiſmatico plus nimio fauens, in libello ad Theodoſium ſcripto, eius rei vel verbo vnico meminerit. Baron. anno 381. num. 7.

Error libri pontificalis.

[f] *Fuit autem temporibus Iuliani.*] Enormiter errat pontificalis libri auctor. Nam anno quarto Valentiniani ſenioris & Valentis pontificatum adeptus, tenuit eum vſque ad nonum annum Valentiniani iunioris, & ſextum Theodoſii ſenioris. Vnde conſtat eum ſub quinque imperatoribus hiſce, Valentiniano ſeniore, Valente, Gratiano, Valentiniano iuniore, & Theodoſio ſeniore pontificatum adminiſtraſſe. Valens Arianæ hæreſeos propugnator, cum epiſcopos catholicos ſedibus ſuis exturbaſſet, & in exilium relegaſſet; cumque religioſos e clauſtris ſuis ad arma & militiam euocaſſet, ſagitta percuſſus, flamma & incendio abſumptus fuit. Valentinianus ob nimiam hæreticorum tolerantiam, quod pro ſuo quiſque arbitrio, quas vellet hæreſes ſectari, & idola colere permitteretur, a Deo punitus, vomitu ſanguinis extinctus eſt. Gratianus parentis in recipiendis hæreticis facilitatem imitatus, poſtquam hoſti ludibrio fuiſſet, miſere occiſus fuit. Theodoſius vero religionis cultor & impietatis hoſtis, imperium feliciter ingreſſus, feliciſſime egreſſus finit.

Liber pontificalis nota cenſoria perſtringitur.

Valentis obitus qualis.

Valentiniani & Gratiani ob tolerantiam hæreticorũ pœna.

[g] *Platoniam ipſam.*] Platonia eſt pauimentum tabellis marmoreis variis figuris decore ſtratum. Tradit enim Zonaras in Conſtantino Magno, ab eo Conſtantinopoli forum extructum fuiſſe, quod Placoton nominauit ex eo, quod ex tabellis lapideis ſtratum eſſet: hoc ornatu olim eccleſiarum pauimenta ſumma impenſa ſterni conſueuiſſe, ea quæ Romæ adhuc integra vel aliqua ex parte diſſipata extant, euidenter demonſtrant. Per platonias etiam marmoreæ tabulæ ad ornatum comparatæ intelligi poſſunt. Vide Baron. anno 384. num. 17.

Platonia quid.

[h] *Concilia martyrum.*] Dicta nominantur cœmeteria, vbi ſunt

Martyrum Concilia quæ.

plura martyrũ ſepulcra. De verſibus ab ipſo conſcriptis, vide Baron.

[i] *Inuidioſe accuſatus.*] Schiſmatici cum legitimam pontificis ordinationem nulla hoſtium inuidentium calumnia labefactare poſſent, eademq; imperatori & magiſtratibus nota eſſent, ad falſas eaſdemq; turpiſſimas accuſationes conuerſi ſunt, vt patet ex literis Valent. Virum ſanctiſſimum & puriſſimum adulterii accuſarunt, quem S. Hieronymus epiſt. 50. virginem eccleſiæq; virginis doctorem appellat.

[k] *Hic conſtituit.*] Conſuetudo illa eccleſiaſtica conueniendi ad eccleſiam, & diu noctuq; pſallendi, antiquiſſima eſt, apoſtolorum inſtitutione ad nos deriuata. Huius conſuetudinis Romæ Lucianus in Philopatro; in oriente Plinius lib. 10. epiſt. 98. meminerunt. Vterq; autem ſub Traiano imperatore vixit. Iuſtinus martyr in oratione ad Antoninum Pium, Clemens Alex. oratione ad gentes, Tertull. lib. 2. ad vxor. cap. 6. Cypr. de orat. Domini, hymnos & pſalmos in fidelium conuentibus decantari ſolitos, manifeſtis verbis affirmãt. S. Auguſt. epiſt. 119. cap. 18. dicit, hanc conſuetudinem non aliunde, quam ab ipſo Domino & apoſtolis acceptam eſſe. Idem Baſil. epiſt. 69. aduerſus hæreticos hanc conſuetudinem improbantes ſcribit, his verbis. *Ad id vero, quod propter pſalmodias accuſamur; quare potiſſimum ſimpliciores perterrefaciunt, qui vos traducunt, hoc habeo quod dicam: quod videlicet qui iam obtinuerunt ritus omnibus eccleſiis Dei concordes ſunt & conſoni. De nocte ſiquidem populus conſurgens, antelucano tempore domum orationis petit: inibiq; labore & tribulatione ac lacrymis indeficientibus facta ad Deum confeſtione, tandem ad orationem ſurgentes, ad pſalmodiam inſtituuntur. Et nunc quidẽ in duas partes diuiſi, alternis ſuccinentes pſallunt.* Et paulo infra. *Deinde vni ex his id muneris datur, vt quod canendum eſt, prior ordiatur, reliqui ſuccinant: atque ita in pſalmodiæ veritate, precibuſque ſubinde interiectis noctem ſuperant,* &c. Vide Baron. anno 60. num. 36. & ſeq. Vnde quod hic ſcribitur a Damaſo inſtitutum, vt die noctuque pſalmi in eccleſia canantur, falſum eſt, & ab aliquo ſuperadditum; niſi hæc de forma quadam pſallendi ab ipſo præſcripta explicemus. Baron. anno 384. num. 20.

Morem canendi in eccleſiis die ac noctu, an Damaſus inſtituerit.

EPISTOLÆ DAMASI PAPÆ I.

Epiſtola nomine Damaſi ad Aurelium epiſcopum Carthaginenſem, Gratiano Auguſto 3. & Equitio conſulibus ſcripta, quam in exordio ſuæ collectionis Iſidorus mercator collocauit, commentitia eſt. Cum enim S. Auguſtinus anno Chriſti 385. Mediolani conuerſus, poſt quadriennium in Africam rediiſſet, Aurelium adhuc Carthaginenſis eccleſiæ diaconum agere reperit, vt teſtatur ipſe lib. 22. Cant. cap. 8. quomodo Aurelius Carthag. epiſcopus, Gratiano 3. & Equitio conſulibus, anno nimirum 374. ad Damaſum ſcripſiſſe potuit, cum ante annum Chriſti 389. nondum epiſcopus creatus fuerit? Vide Baron. anno 374. num. 11.

Epiſtola Damaſi ad Aurelium commentitia.

[a]EPISTOLA I. DAMASI PAPÆ I.

AD PAVLINVM [b] ANTIOCHENVM EPISCOPVM.

[a] THESSALONICENSEM

De fide & formula libelli, cuiusmodi, qui ab hæresi reuertuntur, debeant profiteri.

I. *Quod integrum hominem susceperit Christus sine peccato.*

II. *Quod vnus sit Christus, ante sæcula ex patre natus, & in tempore ex virgine editus.*

Dilectissimo fratri Paulino, Damasus.

PER filium meum Vitalem ad te rescripta direxeram, tuæ voluntati & tuo iudicio omnia derelinquens, & per Petronium presbyterum breuiter indicaueram me in articulo iam profectionis eius aliqua ex parte commotum. Vnde ne aut tibi scrupulus resideret, & volentes forsitan ecclesiæ copulari tua cautio probanda differret, fidem nostram misimus, non tam tibi, qui eius fidei communione sociaris, quam his, qui in ea subscribentes, tibi, id est, nobis per te voluerint sociari, dilectissime frater.

I.

Quapropter, si supradictus filius meus Vitalis, & qui cum eo sunt, tibi voluerint aggregari, primum debent in ea expositione fidei subscribere, quæ apud Nicæam pia patrum voluntate firmata est. Deinde, quoniam nemo potest futuris vulneribus adhibere medicinam, ea hæresis eradicanda est, quæ postea in oriente dicitur pullulasse, id est, confitendus ipsa sapientia, sermo, filius Dei humanum suscepisse corpus, animam, sensum, id est, integrum Adam, & (vt expressius dicam) totum veterem nostrum sine peccato hominem. Sicuti enim confitentes eum humanum corpus suscepisse, non statim ei & humanas vitiorum adiungimus passiones: ita & dicentes eum suscepisse & hominis animam & sensum, non statim dicimus & cogitationum eum humanarum subiacuisse peccato.

II.

Si quis autem dixerit, Verbum pro humano sensu in Domini carne versatum, hunc catholica ecclesia anathe-

matizat, necnon & eos qui duos in Saluatore filios confitentur, id est, alium ante incarnationem, & alium post assumptionem carnis ex virgine; & non eumdem Dei filium & ante & postea confitentur. Quicumque huic epistolæ subscribere voluerit, ita tamen, vt in ecclesiasticos Canones, quos optime nosti, & in Nicænam fidem ante subscripserit, hunc habebis absque aliqua ambiguitate suscipere. Non quod hæc ipsa, quæ nos scribimus, non potueris conuertentium susceptioni proponere, sed quo tibi consensus noster liberum in suscipiendo tribuat exemplum.

NOTÆ.

[a] *Epistola.*] Hæc epistola scripta fuit hac occasione: Vitalis Antiochiæ agens, apud Damasum de Apollinaristarum hæresi accusatus, ad fidei professionem citabatur: qui dum comparuisset, editoque fidei catholicæ libello se iniuste hæreseos accusatum exclamasset, a Damaso pontifice sic acceptus fuit, vt eius causam per hasce literas Paulino Antiocheno episcopo cognoscendam delegaret, libellumque ad eumdem Paulinum daret, cui Vitalis subscripsit. His literis acceptis ille Antiochiam profectus, oblatam ibidem a Damaso catholicæ fidei confessionem subscribendo approbauit, atque in Christo sicut carnem humanam, ita mentem fuisse dolose est confessus. Cum itaque ille diuinitatem loco mentis fuisse, tacite & callide significaret; patres vero eum de mente, humana scilicet anima, quod verba illius proprie accepta sonabant, locutum fuisse putassent, occultum & ingenio vafro hæresiarcham in communionem catholicam receperunt: detecta autem hac fraude, merito pontificis & Romani Concilii sententia damnatus, attestantibus Gregorio Nazianzeno & Elia Cretensi, ab ecclesia proscriptus fuit. Vide notas Concilii Romani III. sub Damaso infra; Baronium anno 373. num. 2. & 6.

Occasio epistolæ quæ.

Vitalis hæresiarcha dolose palinodiã cantat.

[b] *Antiochenum.*] Anteriores editiones in margine pro *Antiocheno* habuerunt *Thessalonicensem:* qua auctoritate id factum fuerit, non video. Accidit fortasse, vt aliquis imprudens imitatus falsam & dolosam illam inscriptionem epistolæ synodalis Concilii Romani III. quæ apud Theodoretum extat, hoc modo: *Confessio fidei, quam Damasus papa misit ad Paulinum Thessalonicæ vrbis in Macedonia;* pro *Paulino Antiocheno, Paulinum Thessalonicensem* episcopum posuerit. Vide notas prædictæ epistolæ synod. Baron. anno 378. num. 41.

Marginalis nota quædam huius epistolæ viciosa.

EPISTOLA II. DAMASI PAPÆ I. AD EPISCOPOS ORIENTIS.

QVOD vestra caritas debitam sedi apostolicæ reuerentiam tribuit, filii honoratissimi, vobisipsis quoque maximo sane honori est. Nam tametsi sancta ecclesia, in qua sanctus Apostolus sedens nos docuit, quo pacto illius gubernacula, quæ susscepimus, tractanda sint, nobis primæ partes deferuntur: tamen confitemur, nos illo dignitatis gradu longe inferiores esse. Verum ob hanc causam omnibus modis laboramus, vti ad gloriam beatitudinis eius, si qua ratione possimus, tandem aliquando perueniamus. Sciatis velim, fratres, nos Timotheum illum profanum Apollinaris hæretici discipulum cum impio suo dogmate iampridem abdicasse: & ob eam causam credimus reliquias eius nihil in posterum momenti habituras. Quod si antiquus ille serpens semel atque iterum ictus ad suam ipsius pœnam augendam reuixerit, & extra ecclesiam eiectus nonnullos etiamnum fideles suis mortiferis venenis, quibus eos tentare aggreditur, ad exitium trahere non cessat: vos hanc eius astutiam velut pestem quamdam declinate, & recordamini sedulo tum fidei ab apostolis traditæ, tum huius vel maxime quæ est a sanctis patribus in Concilio Nicæno scriptis prodita; inque eam gradum firme defigentes, immobiles perstate: & ne posthac sustinete, vt vel clerici vestri, vel laici, inanes sermones quæstionesve obscuras audiant.

Iam enim semel formulam edidimus, vt qui se Christianum profiteatur, illud teneat quod ab apostolis traditum est. Quippe diuinus Paulus sic loquitur: *Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit.* Nam Christus Filius Dei Dominus noster generi humano per passionem suam plenissimam salutem reddidit, vt totum hominem peccatis implicatum ab omni peccato liberaret. Hunc si quis aut imperfectam humanitatem, aut imperfectam diuinitatem habuisse dixerit; spiritu diaboli completus, se filium gehennæ ostendit. Itaque quid est cur abdicationem Timothei a me rursus requiratis, qui etiam hic iudicio sedis apostolicæ, Petro quoque Alexan-

Galat. 1.

driæ episcopo præsente abdicatus est, vna cum magistro suo Apollinare, qui item in die iudicii debitas pœnas & supplicia persoluet? Quod si ille, qui veram spem in Christum vna cum fidei confessione mutarit, velut spem quãdam salutis retinens, alios quosdam, qui sunt leuiores, ad suam perducat sententiam: sciant illi, se propterea cum eo similiter perituros, quod in animum aliquando induxerint ecclesiæ Canoni repugnare. Deus autem vos, filii honoratissimi, seruet incolumes.

[a]EPISTOLA III. DAMASI PAPÆ AD HIERONYMVM PRESBYTERVM.

Petit vt psallentiam & hymnidicum, sicut ab Alexandro rectore suo & episcopo didicit, ad eum mittat.

Damasus episcopus fratri & compresbytero Hieronymo in Domino salutem.

DVM multa corpora librorum in meo arbitrio allata fuissent, contigit, vt & librum psalmorum in meo animo festinus cognoscerem detineri, & memoriam capacitatis meæ imbuere. Cogitaui, frater amantissime & in Christo semper sacerdos, vt secundum septuaginta interpretes & presbyteros, id est, Matthiam & Ptolemæũ, Muchium, Sacreum, Hydronium, Pamphilum, Zoastiten, Didymum, Sanium, Epiphanium, Ciatrem, Simonem, & ceteros, inquantum nostra recurrit conscientia, de septuaginta inuenire vestigia. Peto etiam tuam caritatem, vt sicut a *creatore rectore tuo Alexandro episcopo nostro didicisti, *in gremio Græcorum psallere. Græcorum psallentiam ad nos dirigere tua fraternitas delectetur: qui tantæ apud nos simplicitatis indago est, vt tantum in die Dominica apostoli epistola vna recitetur, & euangelii capitulum vnum dicatur, & nec *vox vlla resonet, *hymnidicus psallentium * mos tenetur, nec * hymni decus in ore nostro cognoscitur. Peto ergo per fratrem & compresbyterum nostrum Bonifacium, vt *iubeat fraternitas tua rei huius nobis aperire vestigia. Missa quinto Kalendas Nouembris, per Bonifacium presbyterum Hierosolymam.

NOTA.

[a] *Epistola.*] Hanc epistolam, illa quæ sub nomine Hieronymi responsoria subiungitur, de fide aliquo modo suspectam reddit. Vide quæ infra notabimus.

[a] RESCRIPTVM HIERONYMI PRESBYTERI AD DAMASVM PAPAM.

Suggerit de Gloria Patri, & alleluia, in fine psalmorum apud Romanam ecclesiam concinendo.

Beatissimo papæ Damaso sedis apostolicæ vrbis Romæ, Hieronymus supplex.

LEGI literas apostolatus vestri, poscentes, vt secundum simplicitatem septuaginta interpretum, canendum psalmographum interpretari festinem propter fastigium Romanorum, vt vbi obscuritas impedit, apertius Latine * trahatur sensus. Precatur ergo cliens tuus, vt vox ista psallentium in sede tua Romana, die noctuque canatur, & in fine psalmi cuiuslibet siue matutinis vel vespertinis horis coniungi præcipiat apostolatus tui ordo, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. Istud carmen laudis omni psalmo coniungi præcipias, vt fides 318. episcoporum Nicæni Concilii in vestro ore pari consortio declaretur. Vbi autem Deus & homo honorabili voce * cantatur, alleluia semper cum omnibus psalmis affigatur, vt in omni loco communiter respondeatur nocturnis temporibus. In ecclesia autem a sancta resurrectione vsque ad sanctam Pentecosten finiatur, inter dierum vero spatia quinquagesimæ propter nouitatem sancti Paschæ, vt vox ista laudis canatur in aleph, quod prologus Græce, Latine præfatio dicitur.

* prædicatur.

NOTA.

Epistola Hieronymi ad Damasum commentitia.

[a] *Rescriptum.*] Hanc epistolam nomine Hieronymi ad Damasum consignatam, commentitiam esse, eamque ab eruditis res Hieronymi accuratius expendentibus, vt adulterinam merito explodi, scribit Baron. anno 325. num. 175. idque hac de causa: scribitur hic, quod

quod Hieronymus Damasum admonuerit, vt more orientalis ecclesiæ in fine psalmorum, hymnum glorificationis etiam occidentalis adderet: cum tamen auctore Cassiano constet, eum morem occidentalis ecclesiæ peculiarem fuisse, siquidem in oriente caneretur dumtaxat in fine hymnorum aut antiphonarum. Verba Cassiani lib. 2. de noct. orat. mod. cap. 8. hæc sunt. *Illud etiam (quod in hac prouincia vidimus,) vt vno cantante in clausula psalmi omnes astantes concinant cum clamore, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto, nusquam per omnem orientem audiuimus; sed cum omni silentio ab eo, qui cantat, finito psalmo orationem succedere. Hac vero glorificatione Trinitatis tantummodo solere antiphonam terminari.* Hæc Cassianus de ritu psallendi.

EPISTOLA STEPHANI ARCHIEPISCOPI ET TRIVM CONCILIORVM AFRICÆ, AD DAMASVM PAPAM.

De priuilegio Romanæ sedis.

Beatissimo domino & apostolico culmine sublimato, sancto patri patrum Damaso papæ, & summo omnium præsulum pontifici, Stephanus Archiepiscopus Concilii Mauritaniæ, & vniuersi episcopi de tribus Conciliis Africanæ prouinciæ.

Concilium Africanum Mauritaniæ.

NOTVM vestræ facimus beatitudini, quod quidam fratres in confinio nobis positi, quosdam fratres nostros, venerabiles videlicet episcopos, vobis inconsultis, a proprio deiiciunt gradu, vel deiicere moliuntur, cum vestræ sedi, episcoporum iudicia & summorum finem ecclesiasticorum negotiorum, in honore beatissimi Petri, patrum decreta omnium, cunctam reseruauere sententiam, inquirendi reuerentia de Dei rebus, quas omni cura & solicitudine obseruare debemus. Maxime vero iuste debent ab ipso præsulum examinari vertice apostolico, cuius vetusta solicitudo est, tam mala damnare, quam reuelare laudanda. Antiquis enim regulis censitum est, vt quidquid horum quamuis in remotis, vel in longinquo positis ageretur prouinciis, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, vt eius auctoritate, iuxta quod fuisset pronuntiatum, firmaretur; & reliqua multoties talia,

Idem habetur in dec. Felicis papæ II. in epistola Ægyptiorum ad eũdem.

& his similia, quæ super his constituta sunt: quibus, si illicite factum est, vt semper vestræ sedi consuetudo fuit, festinanter occurrite, & his viriliter, vt pater pro filiis, certantes, state, sicut bene a Iesu filio Sirach dictum est: *Vsque ad mortem certa pro veritate, & semper Dominus Deus tuus pugnabit pro te.* Accipere enim personam impii, non est bonum, vt declines a veritate iudicii. Sin minus illicita sunt hæc, pateat nobis talis omnibus licentia, beatissime pater. Aut si liceat hos, vel aliquos etiam minorum graduum clericos, nisi canonice tempore legitimo vocatos, aut sine legitimis accusatoribus, aut absque veris & innocentibus testibus, vel nisi manifeste canonice conuictos, aut sponte confessos, vel a suis sedibus eiectos, aut suis expoliatos rebus, vocare ad Synodum vel damnare: quia legimus, eos non posse canonice ad Synodum, ante suam diu tenendam & gubernandam, viribus scilicet pleniter resumptis, restitutionem, suisque omnibus sibi legaliter restitutis integerrime * vocari, aut, vt veniant ad Synodum, nisi sponte voluerint, imperari. Deus ergo creator omnium conseruet longæuum apostolatum vestrum ad stabilitatem ecclesiarum sanctarum & orthodoxæ fidei, vosque pastorem bonum, qui pro spiritualibus ouibus vestram ponitis animam, atque baculo pastorali lupos rapaces expellitis, omnibusque oppressis auxilium fertis. Quod & istis atque omnibus vos semper facere optamus, sanctissime papa. Subscriptio. Et alia manu: Ora pro nobis carissime pater.

Eccles. 4.

* Forte.

EPISTOLA IV.

DAMASI PAPÆ I.

AD EVMDEM STEPHANVM ET AD CONCILIA AFRICÆ.

I. *De primatu apostolicæ sedis.*
II. *De causis episcoporum, & de Synodo congreganda.*
III. *De accusatoribus & testibus.*
IV. *Quod qui vocatus non est, respondere non debeat, nisi sponte velit.*
V. *De episcopis eiectis, aut rebus expoliatis.*
VI. *De accusatoribus & accusationibus.*
VII. *De causa personæ accusatæ: & vt alii accusatores, alii iudices, alii sint testes: & de inscriptione.*

VIII. *De inducijs.*
IX. *Vt nullus iudicetur aut damnetur, priusquam accusatores præsentes habeat, inducias que accipiat: nec extra prouinciam fiat prima discussio.*

Damasus seruus seruorum Dei, atque per gratiam eius episcopus sanctæ catholicæ ecclesiæ vrbis Romæ, Stephano archiepiscopo Concilii Mauritaniæ, & vniuersis episcopis Africanæ prouinciæ.

LECTIS fraternitatis vestræ literis, primo gratias ago, quod tantorum fratrum merui benedictione frui: deinde, quod circa fratres solicitos vos reperi, & cum eis crucem Domini deferre, qui ait: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me:* Luc. 9. & reliqua ad hunc modum pertinentia. Igitur, quoniam in præsenti opportune gestorum consultatione, apostolicis vestra beatitudo visceribus commota, nos hortata est, tuitionem fratrum apostolica impendere auctoritate, & eorum iniuriis subuenire, dum constet, eadem vos cum Apostolo compassibiliter dicere: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?* 2. Cor. 1. satagentes, ne aliquis de his, qui vobis crediti sunt, a sæuis bestiis laceretur aut capiatur: pro qua re oportet, iuxta vestram prudentem commonitionem, magis autem secundum Domini diuinam præceptionem, nos, qui supra domum eius; hoc est, vniuersalem ecclesiam catholicam, episcopale suscepimus ministerium, solicite vigilare, ne de sacris eius muneribus, id est, apostolicis viris, apostolorumque successoribus, atque ministris quisquam, nobis dormitantibus, valeat supprimi, atque iniuste, nobisque inconsultis, damnari.

I.

Scitis, fratres carissimi, firmamentum a Deo fixum & immobile, atque titulum lucidissimum suorum sacerdotum, id est, omnium episcoporum, apostolicam sedem esse constitutam, & verticem ecclesiarum. *Tu es enim* (sicut diuinum pronuntiat verbum veraciter) *Petrus, & super firmamentum tuum ecclesiæ columnæ*, qui episcopi intelliguntur, confirmatæ sunt: *& tibi claues regni cælorum commisi, atque ligare & soluere potestatem quæ in cælis sunt, & quæ in terris, promulgaui.* Tu profanorum hominum, & mem- Matth. 16.

brorum meorum, maximeque discipulorũ meorum existis vt princeps & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei, cuius vice hodie, gratia Dei, legatione pro Christo fungimur,& omnes huius sanctæ sedis præsules eius vicẽ gesserunt,gerunt,& gerent. Ideo omnia, quæ innotuistis, non licere mandarem, nisi vos tam pleniter instructos esse scirem,quod cuncta, super quibus consulitis,illicita esse non dubitetis.

II.

3.quæst.6. Discutere episcopos.

Discutere namque episcopos, & summas ecclesiasticorum negotiorum causas metropolitano, vna cum omnibus suis comprouincialibus, ita vt nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negotiis, licet: sed definire eorum atque ecclesiasticarum summas querelas causarum, vel damnare episcopos, absque huius sanctæ sedis auctoritate, minime licet, quam omnes appellare, si necesse fuerit, & eius fulciri auxilio oportet. Nam (vt nostis) Synodum sine eius auctoritate fieri,non est catholicum: nec episcopus, nisi in legitima Synodo,& suo tempore apostolica vocatione congregata, definite damnari potest: neque vlla vnquam Concilia rata leguntur, quæ non sunt fulta apostolica auctoritate.

III.

2.quæst.7. Testes absque vlla.

Accusatores autem episcoporum & testes, super quibus rogitastis, absque vlla infamia, aut suspicione, vel manifesta macula, & veræ fidei pleniter instructi esse debent, & tales, quales ad sacerdotium eligere iubet diuina auctoritas: quoniam sacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eumdem non debent nec possunt prouehi honorem.

IV.

2.quæst.7. Sacerdotes vt an.

Vocatio enim ad Synodum (iuxta decreta patrum) canonica eius, qui impetitur, tam sua præsentia, quam & scriptis atque apocrisariis, per spatium fieri debet congruum atque canonicum: quia nisi canonice vocatus fuerit suo tempore, & canonica ordinatione, licet venerit ad Conuentum, quacumque necessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus: quoniam nec sæculi leges hoc permittunt fieri, quanto magis diuinæ?

V.

5.quæst.2. Vocatio ad Synod.

De eiectis vero, atque suis rebus expoliatis, nihil vo-

bis verius significare queo, quam sancti patres diffinierunt, & nostri prædecessores apostolica auctoritate roborauerunt. Ita enim hæc se habent: episcopos eiectos, atque suis rebus expoliatos, ecclesias proprias primo recipere, & sua eis omnia legaliter reddi, sancti Canones decreuerunt: & postea si quis eos accusare voluerit, æquo periculo facere sanciuerunt, iudices esse decernentes episcoporum, episcopos recte sapientes & iuste volentes, ad tempus diuque illis, resumptis viribus, & suis potestatiue fruentibus rebus, amicisque & Dei seruis sapientibus consulentibus viris, in ecclesia conuenientes, vbi testes essent singulorum, qui oppressi esse videntur. Et reliqua, ad hunc ordinem pertinentia: quæ prolixitatem vitantes, hic non inseruimus, quia hæc sufficere credimus. Si quis autem his non est contentus, legat ea, & satiabitur. Scimus enim, homines inermes non posse cum armatis rite pugnare: sic nec illi, qui eiecti vel suis bonis sunt expoliati, cum illis qui in suo * statu, & suis fruuntur amicis atque bonis, litigare rite possunt. Nec sæculi quoque leges hæc sæcularibus fieri permittunt, sed prius eiectos vel oppressos, aut expoliatos cum suis omnibus restitui iubent, & postea suo tempore, sicut lex eorum continet, ad placita venire præcipiunt, nec vlla carceris custodia appellantem arceri permittunt. Docent enim ex parte (sicut nostis) terrena, quæ sunt cælestia.

VI.

Accusatores vero & accusationes, quas sæculi leges non adsciscunt, nullatenus sunt in horum admittendæ causis: quia omne quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. Et hoc a maioribus definitum esse, propter prauorum hominũ insidias, non dubitatur. Decet enim Domini sacerdotes fratrum causas pie tractare, & venerabiliter intendere, atque eorum iudicia super sacrificia ordinare, nec proterue aut tyrannica dominatione, (vt de quibusdam refertur) sed caritatiue pro Deo & fraterno amore cuncta peragere: *& quod sibi quis fieri*, secundum Dominicam vocem, *non vult, alii inferre non præsumat: & in qua mẽsura mensi fueritis, remetietur vobis.* Ea vero quæ apostolorum prædicatione & patrum instructione percepimus,

Psal. 49. *Tob. 4.* *Matth. 7. Luc. 6. Matth. 7. Marc. 4.*

semper tenere debemus, ne aliqua noua cudere, aut ad noxam fratrum * intendere videamur: *sed alterutrum onera portemus*, vt iuxta Apostolum, *legem Domini adimplere valeamus.* VII.

* superintendere

Galat. 6.

Tempus enim congruum præuideri oportet, quando vniuscuiusque accusatæ personæ causa rectissime in medio producatur, quatenus grauitatem eius consonantiamque contra patrum decreta vel Synodorum confessionem, prodi minime cognoscatur. Quam ordinabiliter omnes intendant, vt ad eam in omnibus rationabiliter respondeant, & iuste se velle manifeste ostendant. Nullus autem introducatur personaliter, sed accusatores & accusati æqua audiantur ratione, iuxta quod gestorum ordo exigit. Accusatores vero & iudices non iidem sint, sed per se accusatores, per se iudices, per se testes, per se accusati, vnusquisque in suo ordinabiliter ordine. Nam inscriptio primo semper fiat, vt talionem calumniator recipiat; quia ante inscriptionem nemo debet iudicari vel damnari, cum & sæculi leges hæc eadem retineant. De quibus omnibus vera semper fiat * æquitas, quatenus accusationis & iudicii ac testimonii mercedem per veritatem gestorum consequi valeant. Scriptum est enim: *Abominabitur Dominus labia mendacia, & testem fallacem, proferentem mendacia, & seminantem inter fratres scandala atque litigia,* ipso monente atque dicente: *Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. Non considerabis personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Et quod tibi non vis fieri, alteri ne facias:* & reliqua. Et maxime præceptum habentes apostolicum, *attendere nobisipsis & gregi, in quo nos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Dei ecclesiam, quam acquisiuit per sanguinem suum proprium*, conuenit. Et iterum: * Attendere lupos, attendere malos operarios, qui peruersa faciunt, & aduersa loquuntur, vt detrahere semper discipulis Domini, & infamare queant: quos corrigere, vos & omnes Domini sacerdotes summo studio oportet: quia peius malum non est, quam vt ciues ciuibus inuideant, & sacerdotes vel clerici, sacerdotibus vel pontificibus insidientur, testante etiam veritatis voce: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Et qui scandalizauerit*

4. quæst. 4. Nullus introducatur.

* æquitati,

Eccles. 11.

Leuit. 9.

Tob. 4.

Matth. 7. Luc. 6.

Act. 20.

* Attendite lupos, attendite

Zach. 2. Matth. 18.

vnum de pusillis istis, melius est vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et item: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Ille procul dubio scandalizatus est in Deum, qui eius scandalizat episcopum vel sacerdotem. Et multa talia, quæ hic non inseruntur, ne nimis prolixa efficiatur epistola. Monentes quoque instruere debetis memoratos vicinos vestros, vt a talibus se subtrahant, & quæ illicite contra præfixos fratres egerunt, cito corrigant. Et quos nobis inconsultis læserunt, plena satisfactione sanent, & cito sibi eos reconcilient, si noluerint apostolicæ sedis suscipere censuram. Nam si quid fortasse in eos aut contra eos emerserat, nostrum fuerat expectandum examen, vt nostra (vti semper huic fuit sedi concessum priuilegium) aut condemnarentur auctoritate, aut fulcirentur auxilio. Neque enim suo pro libitu nostra debuerant iura peruadere, absque apostolicæ sedis dispositione mandante. A talibus deinceps omnes se abstineant sacerdotes, qui noluerint ab apostolicæ petræ (super quam Christus, vt prædictum est, vniuersalem construxit ecclesiam, cui episcoporum summa iudicia atque maiores causæ, sicut paulo superius memoratum est, reseruatæ sunt atque solidatæ) censura ac sacerdotali honore secludi.

Math.11. Luc.7.

Matth.16.

VIII.

Inducias enim accusatis in criminalibus episcopis sex mensium, vel eo amplius, si necesse fuerit, concedendæ sunt: quoniam & laicis hoc permissum, nullus sæcularibus imbutus disciplinis ignorat: quanto magis sacerdotibus, qui superiores esse eis non dubitantur? Habetur quoque in decretis sanctorum patrum sancitum, non fore canonicum, quemquam sacerdotum iudicare vel damnare, antequam accusatores, canonice examinatos, præsentes habeat, locumque defendendi accipiat, id est, inducias ecclesiasticas ad abluenda crimina, *&c.*

3. quæst. 5. Inducias accusatis in

3. quæst. 9. Habetur quoque in decret.

IX.

Nec extra propriam fiat prouinciam primo discussionis accusatio, sine apostolica præceptione, cui in omnibus causis debet reuerentia custodiri, quoniam & antiqua docet hoc patrum regula, in quæ & imperialia pariter statuta concinunt. Criminũ, inquiunt, discussio ibi agenda est,

Ibid. Nec extra patriam.

vbi crimen admissum est. Nam alibi criminum reus prohibetur audiri. Et alibi in Canonibus præcipitur: Quæcumque negotia in suis locis, vbi orta sunt, finienda sunt, & reliqua talia & his similia, salua tamen in omnibus apostolica auctoritate, vt nihil in his definiatur priusquam ei placere cognoscatur, qua omnes suffultos esse oportet. Et si quid eis graue intolerandumque acciderit, eius semper expectanda censura. Neque enim proterue, aut stimulo suæ cogitationis impulsus, (vt sæpe actum agnouimus) detrahere aut accusare præsumat quemquam sacerdotum, quia iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius vice legatione pro populo, Christi sanguine redempto, funguntur. Causas enim eorum, quia Dei causæ sunt, eius esse iudicio scimus reseruandas, *qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam.* Qui dicit, *Mihi vindictam, & ego retribuam. Apud quem conscientia nuda est, cui non absconduntur occulta.* Instruendi etiam omnes sunt, quoniam per nos illis Christus intonuit, non esse ouiũ lupi insidias præuidere, sed pastoris. Monet ergo B. apostolus Paulus, ne de his temere leuiterq; præsumatur iudicium, de quibus nemo potest verius vel melius iudicare, quam Deus. *Tu autem,* inquit, *quare iudicas fratrem tuum? aut cur spernis eum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.* Scriptum est enim: *Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Domino.* Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. In hoc ergo non sibi quisquam temerarios ausus vsurpet, vt præter quod ad concordiam pertinet, aliud agat, vnde vnitas ecclesiæ dissipetur. Non ergo leuiter quisquam assentiat in detractione vel iudicatione vel damnatione fratrum, maximeque sacerdotum, qui proximiores sunt Deo, & qui proprio ore corpus Christi conficiunt: *quia ob hoc venit ira Dei in filios* * *diffidentiæ, qui Christum persequuntur in suis membris. Nolite, fratres, nolite effici participes eorum, nec communicetis peccatis talium, aut infructuosis verbis illorum. Magis autem redarguite talium cœtus, qui extendere moliuntur, quasi arcum, in fratres linguas suas.* Defendite ergo fratres, & omnes monete, vt armentur contra fratrum persecutores. *Confidimus autem de vobis meliora & viciniora saluti, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia,*

Luc.12. Deut.32. Rom.12. Heb.10. Hebr.4. Ioan.14. *Rom.14.* *Isaia 42.* *Ephes.5.* *Coloss.3.* *Psal.63.* *Hebr.6. Rom.8.*

* præuaricationem.

tia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundũ, neq; creatura alia, magistro gentium docente, *poterit nos separare a caritate Domini nostri Iesu Christi,* quæ maxime in sacerdotibus & reliquis perficitur mẽbris eius. *Nolite itaq; amittere confidentiam vestram, quę magnam habet remunerationẽ.* Ecce enim iudex ante ianuã assistit, coronas hilariter promittẽs his, qui pro eo fratribus auxilium ferunt, & oppressis succurrunt, atque in caritate collaborant. *Quod si subtraxerit se quis, non placebit Deo, sed* *cadit, *quia non subleuauit cadẽtem, sed emarcuit. Non autem simus subtractionis in oppressionem, sed adminiculi in acquisitionem,* & supplementũ fratrum. *Propter quod assumite armaturam Dei, vt possitis resistere omnibus taliter præsumẽtibus: & induite vos loricam iustitiæ, calceati pedes in præparationem euangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationẽ & obsecrationem radicati & fundati, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata,* diuidentes corpus ecclesiæ bonum & integrũ in tortuosas nouitates. Monet ergo Apostolus, non amplius nos inuicem temere iudicare. Temere enim iudicat, si quis episcopum absque sedis apostolicæ auctoritate condẽnat. Cum ei (vt paulo superius prælibatum est) hoc specialiter priuilegium reseruatum sit. *Sed hoc iudicate magis,* inquit, *ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.* Patenter enim his & aliis innumerabilibus decretorum testimoniis, omnibus manifestum est, non debere episcopum damnari, licet eius perscrutetur opinio, donec iudicium de eo nostræ apostolicæ auctoritatis, hoc est, principis apostolorum Petri, cognoscatur; vtpote quoniam solus & præ omnibus, creditus est atque percipere meruit a rege regum Christo Deo claues regni cælorum, ad aperiendum fidelibus & benevolis hominibus in eumdem Dominum nostrum, & claudendum infidelibus & maleuolis, atque * suis sacerdotibus, & sanctæ ecclesiæ, suo precioso sanguine redemptæ, & impugnatoribus siue nocentibus. Quod vtique & nos facere postulauit. Non quod noui aliquid nunc imperatur, sed illud quod per desidiam aliquorum aut scienter aut negligenter transgreditur, deinceps obseruetur ab omnibus, vt illa semper, quæ apostolica & patrum traditione cõstituta sunt, sub metu,

Hebr. 10. Iacob. 5. Ephes. 6. Ephes. 5. 1. Cor. 1. Rom. 2. Rom. 14.

*cadet,

*pro suorum sacerdotũ,

irrefragabili auctoritate teneantur. Scriptum namq; est in secunda ad Thessalonicenses epistola, & ad Timotheū, &
2. Thess. 2. 1. Tim. 3. Apostolo monente: *State, & tenete traditiones vestras, quas didicistis seu per verbum, seu per epistolam.* Item alibi per Prophe-
Ibidem 6. 2. Tim. 3. Isaiæ 5. tam: *Expectaui quoq;*, sicut B. Isaias intonuit, *vt facerent iudicium, fecerunt autem iniquitatem, & non iustitiam sed clamorē, omnes pios conturbantes.* Et hoc scire debeant, quoniam iudiciū Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt, licet diuitias bonitatis Dei, & sustentationis, & patientiæ con-
Rom. 2. temnant, *ignorantes quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam eos adducit: secundum duritiam autem eorum & cor impœnitens, thesaurizant sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii Dei, qui*
Leuit. 19. *reddet vnicuique secundum opera eius.* Et alibi scriptum est: *Ego sum Dominus Deus vester: Non facietis iniquitatem in iudicio. Non accipies personam* hominis, neque mireris vultum potentis. Ab omni* Lucas iniquo verbo recedes. Innocentem & iustum non oppugnabis, neq; interficies.* Ille procul dubio facit iniquitatē in iudicio, qui ea
Dist. 17. Huic sedi. sibi vindicat, quæ ei vindicare non licet. Ideo, quæ huic sanctæ sedi concessa sunt, nullus vsurpare sine eius cōsultu præsumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus, *vt = contemptor, iudicari. Itaque oportet negligentes propulsare, sed ita, vt nocentes non roborentur: & bonos improbis aut insidiatoribus fratrum resistere, ne torpore desidiæ
25. q. 3. Qui potest obuiare. oppressi, taciturnitatis teneantur obnoxii. Itaq; qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil aliud est, quam fauere eorum impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuia-
1. Cor. 1. re. *Sitis autem perfecti & integri in eodem sensu, & in eadem scientia firmati:* vt per eam vias vestras dirigentes in eumdem inflexibiliter, omnibus occurratis oppressis, quia vobis cre-
1. Pet. 2. ditur Dominus, *ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum propter talium impietatem, a Deo autem electum & honorificatum. Super quem vos, tamquam lapides viui, ædificamini in domum spiritualē, in sacerdotiū sanctum, offerentes spirituales hostias ipsi in odorem suauitatis.* Gratū enim admodum est sacrificiū Domino, oppressis omnibus subuenire:
Luc. 10. quāto magis illis, de quibus ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit*, &c. Libat quidē Domino prospe-
Act. 20. ra, qui ab afflictis & oppressis pellit aduersa. *Sed & nunc, fratres, commendamus vos Deo & verbo gratiæ eius, qui potest per-*

ficere, & dare hereditatem in omnibus sanctificatis. Ipse autem Deus pacis & consolationis, det vobis idipsum sapere in alterutrum, & in ipso semper & in omnibus, vt vnanimes, vno ore & vno corde honorificetis eum in concordiam & auxilium fratrum, qui potens Rom.16.
est confirmare omnes, & consolari secundum euangelium eius, & iuxta reuelationem mysterii temporibus æternis taciti, patefacti autem per scripturas sanctas & patrum orthodoxorum doctrinas, secundum præceptum æterni Dei, ad obediendũ fidei, in omnibus cognitis nobis, soli sapienti Deo, Domino nostro Iesu Christo, cum quo Patri & Spiritui sancto gloria, honor & imperium & potestas in sæcula sæculorum. Amen. Dominus vos custodiat, dilectissimi fratres, incolumes semper. Data octauo Kalendas Nouembris, Flauio & Stilicone viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA V. DAMASI PAPÆ I.

De chorepiscopis, & qui iidem sint, aut si aliquid sint, aut nihil, & de vana superstitione eorum vitanda.

Dominis venerabilibus, fratribus, Prospero Numidiæ primæ sedis episcopo, Leoni, Reparato, Alexandro, Benedicto, Ruso, & omnibus ceteris, vbique in recta, sancta & apostolica fide consistentibus, orthodoxis episcopis, Damasus episcopus.

LICET, fratres carissimi, vobis sunt nota patrum decreta, mirari tamen non possumus vestram solertiam circa instituta maiorum, vt cuncta quæ possunt aliquã recipere dubitationem, ad nos, quasi ad caput, vt semper fuit consuetudo, deferre non desinatis, vt inde capiatis responsa, vnde * accepistis institutionem & normam recte viuẽdi. Vnde & vos non immemores Canonum esse recordamur, qui & idipsum fieri præcipiunt. Non vt vobis sciẽtiæ ecclesiasticæ regulæ aliquid desit, sed vt auctoritate sedis apostolicæ fulti, in nullo ab eius deuietis regulis. Igitur de chorepiscopis, de quibus nos consulere voluistis, quale sit eorum ministerium, aut quid eis agere liceat, aut quam auctoritatem habeant, vel si liceat eos fieri, an non, quia audiuimus eos iã esse prohibitos; aut quid de his, qui iam ordinati reperiuntur, agendum sit, nil vobis certius

* ecclesia accepit

respondere nobis videtur, quam olim a prædecessoribus nostris decretum reperimus, vt eis ad veniam nihil prorsus aliud reseruetur quam priuatio sacri ministerii, quod illicite assumpserunt, quia prohibiti tam ab hac sacra sede, quam a totius orbis fuerant episcopis. Nimis ergo eorum institutio improba, nimis est praua: quia vt hi de summo sacerdotii ministerio aliquid præsumant, omni auctoritate caret, & sacris Canonibus inuenitur esse contrarium, atque ad totius ecclesiæ perturbationem superba & superflua tendit elatio: & vacuum est & inane, quid quid in prædicto sacerdotii summi egerunt ministerio. Quod ipsi iidem sint, qui & presbyteri, sufficienter inuenitur: quia ad formam & exemplum septuaginta inueniuntur prius instituti. Sed quia (Deo gratias) modo necessarii, sicut in primitiua ecclesia propter studium, quod erga pauperes exigebant, non sunt, & quia illicita præsumebant, & quod agebant, actum non erat, & propterea multi in securitatem lapsi, ecclesiastico fraudabantur & frustrabantur ministerio: ideo tam ab hac sancta sede, vt superius memorauimus, quam & ab omnibus totius orbis episcopis, a pontificalibus sunt remoti officiis. Nam (vt nobis relatum est) quidam episcoporum, propter suam quietem, eis plebes suas committere non formidant: & vt illicita atque prohibita agant, iidem ea quæ solis pontificibus debentur, sibi vsurpant; & ipsi in sua quiete torpent, & curam sibi a Deo commissam negligunt, cum Dominus dicat: *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis, & vocat eas nominatim, & cognoscit suas, & suæ agnoscunt eum.* Et item: *Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis.* De mercenario autem quid dicat, bene nostis, *quia videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & dispergit oues.* & reliqua. Pro talibus vero negligitur cura ecclesiæ, & eius status perturbatur. Et ideo sunt prohibiti, intantum, vt si aliqui ex his reperti fuerint, a proprio decidant gradu. Illi namque episcopi, qui talia sibi præsumunt, videntur mihi esse meretricibus similes, quæ statim vt pariunt, infantes suos aliis nutricibus tradunt educandos, vt suam citius libidinem explere valeant. Sic & isti infantes suos, id est, populos sibi commissos, aliis educandos

Sup. in Conc. Neocæsareensi cap. 13.

Dan. 10.

Ibidem.

Ibidem.

tradunt, vt ſuas libidines expleant, id eſt, vt pro ſuo libitu ſæcularibus curis inhient, & quod vnicuique viſum fuerit, liberius agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hæreſes & ſchiſmata prodeunt, eccleſiæ deſtruuntur, ſacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt. Non taliter Dominus docuit, nec apoſtoli inſtituerunt: ſed ipſi qui curam ſuſcipiunt, ipſi peragant, & ipſi proprios manipulos Domino repræſentent. Nam ipſe ouem perditam diligenter quæſiuit, ipſe *Luc. 15.* inuenit, ipſe propriis humeris reportauit, noſque idipſum facere perdocuit. Si ipſe pro ouibus tantam curam habuit, ipſe docuit, ipſe curauit, ipſe ſanauit, ipſe propriis humeris reportauit, atque intantum dilexit, vt etiam animam ſuam (multas ſuſtinens iniurias, multa opprobria, multaſque paſſiones) pro nobis traderet, quid nos miſeri & deſides dicturi ſumus, qui etiam pro ouibus nobis commiſſis curam impendere negligimus, & aliis eas educandas tradimus? Corrigantur hæc, fratres, neceſſe eſt: quia *qui plus laborat, maiorem mercedem accipiet.* Nam non amplius *1. Cor. 3.* quam duos ordines inter diſcipulos Domini eſſe cognouimus, id eſt duodecim apoſtolorum, & ſeptuaginta diſcipulorum: vnde iſte tertius proceſſerit, funditus ignoramus. Et quod ratione caret, extirpare neceſſe eſt. Quod enim epiſcopi non ſint, qui minus quam a tribus ſunt ordinati epiſcopis, omnibus patet: quoniam (vt bene noſtis) prohibitum * a ſacris eſt patribus, vt qui ab vno vel a duobus ſunt ordinati epiſcopis, nec nominentur epiſcopi. Si nomen non habent, qualiter officium habebunt? Quidquid enim inter epiſcopos, aut de rebus ad eos ſolummodo pertinentibus egerint, neceſſe eſt (vt ſuperius iam prælibatum eſt) vt irritum fiat: quia quod non habent, dare nequaquam poſſunt, præſertim cum nullum ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum ſpeciem iſti, antequam prohiberentur, (vt ſuperius memoratum eſt) in eccleſia gerebant, nil de hoc, quod apoſtolis eorúmque ſucceſſoribus ſpecialiter debebatur, legitur aſſumpſiſſe. Nec in lege Domini, quæ Moſi ab ipſo Domino legitur dictata, de his, quæ ſummis ſacerdotibus, id eſt, Moſi & Aaron, erant ſpecialiter conceſſa, filii Aaron quidquam præſumebant. Nulli enim dubium eſt, quod Moſes & Aaron ſoli, præ-

* sanctis

68. di. chor-epiſcopi tam ab hac.

Patet ex pluribus pẽ tateuchi locis Num. 7.

cipiente Domino, in tabernaculo Dei erigebant altare, soli vngebant, soli sacerdotes sacra vnctione instituebant, & alia, quæ ad summum sacerdotium pertinebant, de quibus sufficienter in diuinis legitur literis, agebant: quoniam summi Domini sacerdotes erant, sicut de eis scriptum est: *Moses & Aaron in sacerdotibus eius.* Sic & modo, quia vmbra legis transiit, & lux euangelii in nos, Dei gratia, manifeste coruscat, de his quæ in summis sacerdotibus, id est, episcopis sunt, quorum figuram Moses & Aaron tenuerunt, illi qui septuaginta discipulorum formam gestant, in quorum videlicet typo filii Aaron erant, nihil præsumere debent, sicut nec illi quidquam de summi sacerdotii ministerio attingebant. Nam quod chorepiscopi antequam præfato prohiberentur tenore, ad formam septuaginta instituti erant, Canon sufficienter manifestat, vbi ait: Chorepiscopi quoque ad exemplum & formam septuaginta videntur esse. & reliqua. Nec illud prætereundum nobis videtur, quod alibi in Canonibus expressum est: Qui in vicis & possessionibus chorepiscopi nominantur, quamuis manus impositionem episcoporum perceperint, & vt episcopi consecrati fuerint, &c. Nec ab re dictum perpendo, quamquam manus impositionem episcoporum perceperint, cum episcoporum nomen pluralem in se contineat numerum, & apud grammaticos pluralis sit genitiuus: videtur enim mihi, quod tunc non ab vno, sed a pluribus ordinabantur: quia nullatenus diceret, episcoporum, si ab vno fieret talium ordinatio, cum episcoporum, pluraliter dictum sit. Cum autem dixit chorepiscopum, profecto villanum voluit intelligi episcopum. Et si villanus, quid agit in ciuitate; cum in vna ciuitate duo omnino prohibeantur esse episcopi? Et si in villa & in eo loco, vbi antea episcopi non fuerunt, cum & in modica ciuitate, vel in villa, aut castello episcopus fieri prohibeatur, & in omnibus omnino locis, vbi antea episcopi non fuerunt, ne vilescat auctoritas & nomen episcopi, fuerint constituti, quid, rogo, erunt? Ecce nec locus cum ordinatione concordat, nec ordinatio cum loco: quoniam si episcoporum manus impositionē perceperunt, & vt episcopi sunt consecrati, vbi sunt cōsecrati? Ad villam, quia χώρα, villa est apud Græcos.

Psal. 98.

In Concilio Neocæsareensi cap. 13.

In Concilio Antioch. cap. 10.

Et qualiter ad villã, si nec in castello aut in modica ciuitate licet fieri, rogo, vt promatis: & si promere non potestis, quia (scio) per rationem aut plenam auctoritatẽ minime potestis, digitum ori imponite, & eos omni auctoritate carere non dubitate, scilicet quia tria obstant, quibus eorum cassatur actio vel institutio: Vnum, quod ab vno episcopo ordinari solent, in quo eorum ordinatio a Canonibus discordat, qui per manus episcoporum eos institui iubent. Aliud, si a pluribus episcopis sunt ordinati, & aut in villa, aut in castello, seu in modica ciuitate, aut omnino non in eo loco præfixi, quo iuste episcopi fieri debent, aut dudum non fuerunt, vbi vilescat auctoritas & nomen episcopi, aut si in ciuitate cum altero episcopo: cum (vt prædictum est) in vna ciuitate duo non debeant consistere episcopi. Tertium, si absolute fuerint instituti, sicut de quibusdam audiuimus, quæ omnia episcopali omnino carent auctoritate. Et illud adhuc restat, quod eorum ordo non habet in diuinis literis auctoritatem, quia (vt præfixum est) ordines sunt duo tantum primi in ecclesia, id est, apostolorum & septuaginta discipulorum. Sane si nec episcopi sunt, quia pro præfatis causis episcopi esse non possunt, nec presbyteros se nominari volunt, quia amplius esse ambiunt, atque plus quam septuaginta discipuli fecissent, (ad quorum formam, vt paulo superius prælibauimus, hi, antequam prohiberentur, a quibusdam stultis & sua quærentibus, & non quæ Christi Iesu, instituebantur) præsumere tentant, & illicita atque prohibita agere præsumunt, nec hoc dici se volunt, quod sunt, rogo vt manifeste prodatis, quid sint: quoniam aut aliquid sunt, aut nihil. Nam manifeste patet, quoniam episcopi non sunt. Et si episcopi non sunt, & presbyteri esse despiciunt, quid erunt? Aut aliquid prorsus erunt, aut nihil: quia nihil potest esse, nisi habeat vnde sit. Et si non habet vnde sit, aut vnde originem ducat; nec auctoritatem habet, nec stare rite poterit, quia inane est, & vt destruatur & cadat necesse est, quoniam nihil est, & in nihilum reputabitur.

Si vero nihil ex his sunt, quæ superius memorauimus: tunc necesse est vt nihil sint ex his quæ sacerdotibus debentur. Et ideo nec in sacerdotali catalogo habeantur, ni-

si tantum (vt primo commemorauimus) vt pro misericordia illis, qui humiliter hoc ferre voluerint, nec amplius ambierint,& per scriptũ propria manu subter corroboratum, idipsum confirmauerint, hoc solummodo concedatur,vt inter sacerdotes locum habeant,& ministerio presbyterorum contenti sint, atque mensæ Domini tantummodo participes existant. Amplius autem qui ambire voluerint,nec hoc retineant,vt sacerdotes sint,sed omni ecclesiastico funditus priuentur honore. Quod vero eis non liceat sacerdotes consecrare, nec diaconos aut subdiaconos, nec virgines, nec altare erigere, nec vngere aut sacrare, nec ecclesias dedicare, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in missa quemquam pœnitentem reconciliare, nec formatas epistolas mittere, nec populum benedicere, nec ante episcopum in baptisterio aut in sacrario introire, nec præsente episcopo infantem tingere aut signare, nec pœnitentem sine præceptione episcopi suireconciliare, nec eo præsente, nisi illo iubente, sacramentum corporis & sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere aut salutare, nec plebem exhortari: quæ omnia solis pontificibus deberi,tam ex superioribus, quam ex aliis patrum constitutis, aut sacris Canonibus, edocti estis. Et si necesse est quibusdam minus scientibus, doceri pleniter & instrui possunt, vt per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summorum pontificum demonstretur. Similiter & de presbyteris hæc habeantur, vt sine iussu proprii episcopi nil agant: quia quod rarum est, hoc & pulcrius esse videtur. Et si nomen vilescit pontificum, omnis status perturbatur ecclesiæ. Triplex itaque in hac parte reatus est, quod & prohibita agunt, & quod sacrum ministerium talis consortii vilitate polluitur, & episcoporum (quantum ad illicitæ vsurpationis temeritatem pertinet) iura soluuntur.

Quod autem solis apostolis eorumque successoribus proprii sit officii tradere Spiritum sanctum,liber Actuum apostolorum docet, præsertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti in ecclesia speciem gerunt, legatur donum sancti Spiritus per manus impositionem (vt prædictum est)tradidisse. Hæc ergo, quia omni carent

Actor. 8.

ratione,

ratione, nullus deinceps vsurpet aut consentiat sacerdotum, qui noluerit a nostro sacerdotali collegio separari. Nec quod a nobis extinguitur, & a prædecessoribus nostris ac reliquis (vt dictũ est,) totius orbis episcopis iam extinctum est, apud aliquos tenebrosis seminetur radicibus: sed quæ male pullulasse noscuntur, radicitus euellantur, ne messem Dominicam vlla corrumpant zizania. Ita enim fructum vberem Domini sacerdotes præstabunt, si ea, quæ natam segetem enecare consueuerunt, radicitus amputentur. Cesset ergo, cesset tot vicibus prohibita & damnata præsumptio: nec imitentur summi sacerdotes mulieres meretrices, quæ infantes suos præfata voluptate aliis ad nutriendum tribuunt: sed ipsi nutriant, ipsi Domino suo fructum cum vsura reddant, fructuososq; manipulos ei cum gloria repræsentent. Nam si Dominus leprosos, inter ceteras ouium suarum curas, tetigit & mundauit, cur nos eadem agere dedignamur? Aut cur nosipsi, qui pastorale officium suscepimus, aliis alendas tradimus? maxime cum Dominus Petro præceptori nostro dixerit: *Si diligis me, pasce oues meas:* & multa alia, & his similia. Nam benedictio, quam prædicti chorepiscopi ante suam prohibitionem, per manus impositionem dabant, magis nobis videtur vulnus inferre, quam salutem. Et illi qui pontificatus apicem non habebant, quomodo ea, quæ non habebant, dare poterant? quoniam nihil in dante erat, quod ille posset accipere. Aut quis hominum, licet more humano loquamur, dare potest quod non habet? Præsertim cum pontifices non erant, ea quæ solis pontificibus debentur, dare non poterant. Et propterea magis vulnerabant capita, quæ per manus impositionem tangebant, cum ea, quæ eis collata non erant, per aliquam benedictionem darent. Et ideo, quidquid ex supradictis ministeriis pontificalibus præsumebant, irritum erat, & nihil * tactis proficiebat: sed magis, iuxta Prophetam, *maledictionem pro benedictione* (si ratum est dicere) conferebant. Quapropter per illam illicitam manus impositionem, vt paulo superius prælibauimus, vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant. Et vbi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, qua infixa sanetur macula, id est, reiterari necessum est quod legitime

Matth. 8. Marc. 1, Luc. 5.

Ioan. 21.

*tangendo proficiebant.

2. Reg. 16. Psal. 108.

1. q. 6. Per illicitã ma. Et 9. q. 1. Per illic.

* actum aut collatum minime approbatur, si perfectum esse debebit. Nam quomodo honorem possit retinere, qui ab illo acceperit, qui potestatem dare legitime non habuit, inuenire non possum: cum ille, qui honorem pontificalem non habuit, pontificalia non potest iura tribuere: nec hoc sibi poterant vendicare, cuius capaces per hoc quod illis obstiterat, non fuerunt. Huius ergo discussionis curam nobis specialiter vendicantes, ita misericordiam irrogamus, vt si qua forsitã de his commissa sunt, corrigantur, ne talia liceat vltra committi, & ne qua excusatio de ignoratione nascatur: quia vt nobis gratulationem facit ecclesiarũ status, salubri dispositione attributus vel adornatus; ita non leui nos mœrore contristat, quoties aliqua contra instituta Canonum vel ecclesiasticam disciplinam præsumpta aut commissa cognoscimus. Quæ si non qua debemus vigilantia resecemus, illi, qui nos speculatores esse voluit, nos excusare non possumus, si eius ecclesiam, quæ nobis generaliter commissa est, inquantum prævalemus, puram a tam illicitis superstitionibus non custodiamus: quia non aliter vnus grex & vnus pastor sumus, nisi quemadmodum Apostolus docet, *Id-ipsum dicamus omnes: Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sapientia.* Nec aliter veri discipuli Domini erimus, nisi radicem amaritudinis sursum germinantẽ, (sicut hoc, vt asseritis, modo facit) ne nocere valeat, aut episcopale ministerium vilescere faciat per eorum negligentiã, id est, omnium sacerdotum, qui euellere mala, & meliora plantare sunt ab eo præpositi, vnusquisq; pro viribus extirpare festinet, & ipse qui pro suis ouibus est æterno iudici rationem redditurus, eas fouere & educare decertet. Si Domini desideramus esse discipuli, ipsius imitemur vestigia, vt de nobis dicatur: *Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & voco eas nominatim, & cognoscunt me meæ*; & reliqua. Et iterum, monente Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, vt Christi oues, qui Christum amat, diligenter & cum magna cura pascat: quoniam ipsius sanctæ sedis, cui per abundantiã diuinæ gratiæ præsumus, amore & reuerẽtia coarctamur, vt tantæ superstitionis, quæ nullius (vt sæpe dictum est) fulcitur auctoritate, periculum

* adum non ch. aut

1. Cor. 1.

Ioan. 10.

Ioan. 12.

quantum possumus, declinemus, ne beati magistri nostri Petri & summi apostoli dilectio, qua se amatorem Dei esse testatus est, vana inueniatur in nobis: quoniam omnis negligenter pascens toties sibi commendatum Dominicum gregem, conuincitur summum non amare pastorem, nec eius se velle discipulum fieri, cuius exempla negligit imitari. Nam gratia prorsus maior acquiritur, si de commissis ouibus lucrum offerat Domino solicitudo pastoris. Nam & beatum Iacob, qui pro vxoribus diu seruierat, dixisse meminimus: *Viginti annis fui tecum: oues tuæ & capræ steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi, nec captum a bestia ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam: & quidquid furto perierat, a me exigebas: die nocteque æstu vrebar & gelu: fugiebat somnus ab oculis meis.* Si ergo sic laborat & vigilat, qui pascit oues Laban: quanto labori, quantisque vigiliis debet intendere, qui pascit oues Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis dedit ouibus animam; & adiuuet nos, vt de his, qui nobis commissi sunt, fructum multiplicem ac mensuram superfluentem ad æterna gaudia reportare concedat. Tantusque vos beati Petri apostolorum principis amor incendat, vt in ouili ipsius, cui omnes creaturæ sunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita atque prohibita præsumentes, sanctis vestris studiis summo redintegrare cum desiderio festinetis, qualiter animæ precioso Christi sanguine redemptæ, eorum non pereant deceptione. Restat etiam, quod per ostium hi nequaquam subintrarunt, quia non habebant ostium per quod ingrederentur: quia (vt dictum est) si nec episcopi sunt, & plusquam presbyteri esse ambiunt, per quod ostium intrabunt, cum hi tantum duo ordines in ecclesia leguntur, nec amplius ad pastorale officium aliquod patet ostium, per quod pastor intret? Audite fratres non me, sed ipsam dicentem veritatem: *Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, hic fur est & latro*; & reliqua. Cum etiam egregius prædicator dicat: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est:* cum prædicta duo fundamenta in ecclesia tantum inueniantur posita, quidquid amplius positum in his inuenitur, stare nullatenus poterit. Et ideo, cum omnibus suis fundamentis & actionibus atque radicibus vt euellatur

Ioan. 21.

Gen. 31.

Ioan. 10.

Ioan. 21.

Ioan. 10.

1. Cor. 3.

necesse est, ita vt amplius pullulare nec germinare valeat. Non ergo generet, & non faciat vobis, fratres, toties repetita locutio fastidium: quia summa necessitas est sæpius prohiberi, quod toties, vt a vobis cognouimus, illicite vsurpatur: & quoniam veritas sæpius exagitata, magis splendescit in lucem: & quod toties repetendo admonetur, minus vsurpatur. Super his enim multa iam ab antecessoribus nostris dicta sunt, a quibus ipsi, sicut nunc a nobis, ita olim ab eis damnati & prohibiti sunt. Ideo sæpius repetentes, omnes monemus, vt vitent huiusmodi, & a talibus se abstineant, qui noluerint vna cum eis a sacerdotali ministerio, vt rebelles, fieri alieni. Quod ita demum probare poterimus, si tales extirpare, & non eis fauere decertaueritis: & ita in postmodum de tali re querela cessabit, quia contumeliæ studio fit, quidquid interdictum toties vsurpatur. Omnia hæc decretalia, & cunctorum prædecessorum nostrorum constituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus & Canonum promulgata sunt disciplinis, ita a vobis & omnibus episcopis, ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari: quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret. Et merito nos, qui summa ecclesiæ tenere debemus gubernacula, causa respicit, si silentio faueamus errori. Datum Kalendis Iunii, * Libio & Theodosio viris clarissimis consulibus. *Lun.

EPISTOLA VI.

DAMASI PAPÆ I.

ET EPISCOPORVM,

Qui ad eum in Romanam vrbem ex Italia & Gallia conuenerant, numero nonaginta.

Episcopos in Illyrico adhortatur, vt sanctam disseminent fidem, hæreticorumque labem cauere studeant.

Damasus, & ceteri episcopi Romæ congregati, dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis episcopis in Domino salutem.

Extat alterius edit. tom. 1. ep.

CREDIMVS sanctam fidem vestram in apostolorum eruditione fundatam, hanc vos tenere, & hanc po-

pulis vniuersis exponere, quæ videlicet a constitutis patrum nulla ratione dissentit, per quos iustum est ceteros erudiri. Sed relatione Gallicanorum & Venetorum fratrum, quosdam hæresibus fauere cognouimus. Quod malum non solum cauere debent episcopi, sed etiam reluctari contra ea quæ gesta sunt imperitia aut simplicitate quorumdam, prauis interpretationibus deceptorũ. Variis ergo doctrinis non decet labefactari, sed magis patrum nostrorum corroborari sententiis. Auxentium ergo Mediolanensem præcipue in hac causa damnatum esse liquet. Vnde iustum est, omnes in vniuerso Romanorum orbe doctores legis, ea quæ legis sunt, sapere, & non fidem doctrinis variis maculare. Itaque dum primum hæreticorum cœpisset nequitia pullulare, sicut etiam nunc blasphemia nefandorum Arianorum, tunc patres nostri trecenti decem & octo episcopi, habito tractatu in vrbe Nicæna, hunc murum fortissimum contra arma diabolica statuerunt, & hoc remedio venena mortifera sunt depulsa, vt Pater & Filius vnius diuinitatis, vnius virtutis, vniusque magnitudinis debeat credi, vniusque essentiæ siue substantiæ, simul & Spiritus sanctus. Aliter enim sapientes, alienos esse a nostra communione iudicauerunt. Quem terminum salutarem, adorabilemque deliberationem corrumpere quidam aliis cogitationibus atque temerare voluerunt: sed in ipso principio, ab his ipsis, qui in Arimino reuocare, aut retractare compellebantur, vsque ad hoc causa correcta est, vt confiterentur, alia sibi circumuentione subreptum, aut certe quia non intellexerunt, patrum sententiæ in Nicæa constitutæ hoc esse contrarium. Neque enim præiudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimino congregatum, quando constat, neque Romanum episcopum, cuius ante omnia decebat eos expectare decretum, neque Vincentium, qui tantis annis episcopatum inuiolabiliter custodiuit, neque alios talibus præbuisse consensum, maxime dum (sicuti prædiximus) isti ipsi, qui per circumuentionem declinasse videbantur, ipsi denuo vtentes meliori consilio, hæc sibi displicere testati sunt. Perspicit itaque vestra salubritas, hanc solam fidem, quæ Nicææ apostolorum auctoritate fundata est, esse perpetua firmitate seruandam, & si-

Rom. pont. Eſtque Rom. Concil. ſynodica.

mul orientales hoc facere nobiſcum, qui ſe catholicos eſſe cognoſcunt, occidentales etiam gloriari. Credimus autem, languentes in iſto conamine, non tarde a noſtra ſeparandos eſſe communione, & ab eis epiſcopatus nomen auferri, quatenus populi eorum liberati errore, reſpirent. Nullo enim modo a deceptione poterunt corrigere populum, qui deceptionis laqueo detinentur. Concordet cum omnibus Dei ſacerdotibus etiam caritatis veſtræ ſententia, in qua vos fixos ac firmos exiſtere iudicauimus. Si ergo etiam nos vobiſcum recte credere debemus, veſtræ nos caritatis literis lætificate reciprocis. Valete fratres cariſſimi. Data decimo ſeptimo Kalendas Nouembris, Siricio & Ardabure viris clariſſimis conſulibus.

EPISTOLA VII.

DAMASI PAPÆ I.

AD EPISCOPOS ITALIÆ.

Iubet ne per ſcripta in poſterum, ſed per legitimum accuſatorem, quis ab eis iudicetur, & cauſæ etiam iudicandæ omnes ad apoſtolicam ſedem deferantur.

Vniuerſis epiſcopis per Italiæ prouincias conſtitutis, Damaſus epiſcopus in Domino ſalutem.

OPTAVERAM, dilectiſſimi, pro noſtri caritate collegii, omnes Domini ſacerdotes (ſicut in primitiua
Actor. 4. fuit eccleſia) vnum eſſe cor & animam vnam, atque in vna deuotione perſiſtere, nec quemquam ſacerdotum, gratia aut formidine ſæcularium deprauari, aut a via veritatis quoquo modo abſcedere. Sed quia multa quæ corrigi poſſunt, proueniunt, & ſuperat culpas delinquentium miſericordia Dei: atque ideo ſuſpenditur vltio, vt
5. q. 2. Relatum eſt ad ſedem. poſſit locum habere correctio. Relatum eſt enim ad ſedem apoſtolicam, vos accuſationes fratrum per ſcripta ſuſcipere abſque legitimo accuſatore. Quod deinceps in omni orbe terrarum fieri, apoſtolica auctoritate prohibemus, & quod nuper factum eſt, abſque vlla retardatione corrigi rogamus: nec vnquam prius per ſcripta, eorum
11. q. 3. Eorũ qui accuſantur. qui accuſantur, cauſam diſcutere liceat, quam per que-

rulantium inſtitutiones vocati canonice, ad Synodum veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter & intelligat, quæ ei obiiciuntur. Quod bene & per ſapientiam Salomonis dicitur: *Antequam ſcruteris, ne reprehendas: intellige prius, & tunc increpa. Antequam audieris, ne reſpondeas.* Et licet apertiſſima ſit contrariorum reprehenſio, verumtamen oportet his, qui dati ſunt ad eorum examinationem, ordinem ſeruari ab his, qui ſecundum Deum perſcrutari deputati ſunt, quatenus ita cum operatione cooperante inueniamus & confeſſorem Deum, qui dicit: *Vbi duo ſunt vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Nam & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat: ſed quoniam non eſt præſentialiter accuſatus, ideo non eſt eiectus. Nec vos vllo modo agere oportet, quod ille noluit facere. Leges enim ſæculi accuſatores præſentes exigunt, & non per ſcripta abſentes. Vnde canonica patrum conſtituta non ſemel, ſed ſæpiſſime clamant, nec accuſationes nec teſtimonia vllum per ſcripta poſſe proferre: nec de aliis negotiis quicumque teſtimonium dicant, niſi de his, quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur. Similiter & qui alium accuſare elegerit, præſens, per ſe, & non per alium accuſet, inſcriptione videlicet præmiſſa. Neque vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum namque eſt, ne ira quemquam ſubripiat, faciatque citius omne quod non licet. Omnipotens Deus hæc vos & cuncta diuina mandata & apoſtolica præcepta cuſtodientes, in cunctis actibus veſtris cæleſtis brachii extenſione protegat, atque ad cæleſtis remunerationem patriæ cum multiplici animarum fructu perducat. Amen. Data tertio Idus Aprilis, Siricio & Ardabure viris clariſſimis conſulibus.

5. q. 2. Relatum eſt ad. *Eccleſ.* 11.

Matth. 18. *Ioan.* 13.

5. q. 2. Relatum eſt ad ſedem.

3. q. 9. Qui accuſare alium.

DECRETA DAMASI PAPÆ I.

Ex decreto Gratiani & Iuonis, numero quinque, prioribus non inserta.

PRIMVM.

Si accusator in accusatione defecerit, talionem recipiat.

2. q. 3. Calúniator, si in. Calumniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat.

SECVNDVM.

De his qui clericum falso nomine impetunt.

Ibidem. Si quis episcopum. Si quis episcopum, aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus impetierit vel accusauerit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem censemus.

TERTIVM.

Ecclesiarum oblationes sub laicorum dominio non detineantur.

10. q. 1. Hác consuetud. Hanc consuetudinem, quæ contra sanctam ecclesiam catholicam agere videtur, omnino interdicimus, vt nullo modo, vllo vnquam tempore, oblationes quæ intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur: sed tantummodo sacerdotibus, qui quotidie Domino seruire videntur, illis solis liceat comedere & bibere: quia in veteri testamento prohibuit Dominus panes sanctos comedere filiis Israel, nisi tantummodo Aaron & filiis eius, qui longe erant ab istis panibus, qui nunc in sancta ecclesia offeruntur, quia illi sub vmbra legis erant. Qui vero modo sub gratia sunt Spiritus sancti, toti mundo euangelio coruscante, lucidiores esse videntur. Qua fronte, aut qua conscientia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro aliis, Deo preces offerre? Quia prauum est & contra Dominicum præceptum, & detrimentum animæ suæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur: quia omnibus sanctis patribus, nostrisque prioribus placuit, hanc sanctionem fieri; & nos similiter in eisdem persistere,

Leuit. 2. & 24.

sistere volumus, vt nullus audeat irritum facere hoc quod constitutum est, si in perpetua damnatione noluerit persistere. Si quis vero contra hanc regulam nostram, & contra sanctorum trecentorum decem & octo patrum, qui in Nicæno Concilio hoc constituerunt, temerarius præsumptor fuerit, & vlterius oblationes de sacris ecclesiis auferre molitus fuerit, sub anathematis vinculo sit colligatus & condemnatus. Responderunt omnes, Fiat, fiat.

QVARTVM.

In Spiritum sanctum blasphemant, qui sacros Canones violant.

Violatores Canonum voluntarie, grauiter a sanctis patribus iudicantur, & a sancto Spiritu, cuius instinctu ac dono dictati sunt, damnantur: quoniam blasphemare in Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros Canones, non necessitate compulsi, sed libenter (vt præmissum est) aliquid aut proterue agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio, manifeste vnum genus est blasphemantium in Spiritum sanctum: quia (vt iam prælibatum est) contra eum agit, cuius nutu & gratia sancti Canones editi sunt. 25. quæst. 1. Violatores.

QVINTVM.

Ex decreto Iuonis Carnotensis, libro primo.

Quoniam quidam metropolitanorum, fidem suam secundum priscam consuetudinem sanctæ sedi apostolicæ exponere detrectantes, vsum pallii neque expetunt, nec percipiunt, ac per hoc episcoporum consecratio, viduatis ecclesiis, non sine periculo protelatur: placuit, vt quisquis metropolitanus infra tres menses consecrationis suæ, ad fidem suam exponendam, palliumque suscipiendum, ad apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate: sitque licentia metropolitanis aliis, post secundam & tertiam commonitionem, viduatis ecclesiis, cum consilio Romani pontificis, ordinando epi-

scopos, subuenire. Si vero consecrandi episcopi negligentia prouenerit, vt vltra tres menses ecclesia viduata consistat, communione priuetur, quousque aut loco cedat, aut se consecrandum præbere non differat. Quod si vltra quinque menses per suam negligentiam retinuerit viduatam ecclesiam, neque ibi, neque alicubi consecrationis donum percipiat, imo metropolitani sui iudicio cedat.

*CONCILIVM ROMANVM I. SVB DAMASO,

In quo Vrsacius & Valens Ariani damnati.

NOTA.

Acta Concilii.

* *Concilium Romanum.*] In hac Synodo, Romæ sub Damasi pontificatus initio celebrata, Valens, Vrsacius, ceterique manifesto Ariani damnati, totique orbi terrarum per literas pontificis denuntiati fuerunt. Ita enim scribit Athanasius ad episcopos Africanos: *Sufficiunt quidem scripta Damasi comministri nostri dilecti, & magnæ Romæ episcopi, ceterorumque tot numero ibi congregatorum*, &c. Et paulo infra: *Gratiam habemus & illius* (Damasi) *pietati, & ceteris, qui Romæ conuenerunt, quod Vrsacio & Valente cum sociis suis eiusdem sententiæ electis, concordiam ecclesiæ conseruarint.* Hanc vero Synodum ante damnationem Auxentii Romæ coactam fuisse, ex verbis eiusdem Athanasii præcedentibus manifeste patet: nam prædicta epistola de Auxentio multa locutus, scripsit se mirari, cur studio & opera Damasi pontificis, cui de Auxentii hæresibus plura scripsisset, hæresiarcha nondum ex ecclesia electus & depositus fuerit. Illo igitur tempore, quo Athanasius pontificem de Auxentio condemnando per literas admonuerat, hanc in causa Vrsacii, Valentis, aliorumque Arianorum coactam fuisse, ex præcedentibus patet.

Tempus Concilii.

ANNO CHRISTI 369.

[a] CONCILIVM ROMANVM II. SVB DAMASO,

In quo Auxentius Mediolanenſium epiſcopus Arianus deponitur, & Vrſicinus ſchiſmaticus damnatur.

NOTA.

[a] *Concilium Romanum.*] Poſt relegatum auctoritate Conſtantii imperatoris & Mediolanenſis Conciliabuli Dionyſium, ſubſtituitur Auxentius, homo ne Romanæ quidem linguæ, ſed tantum hæreſeos peritus, ingenio vafer, ſerpens veternoſus & callidus, hæreſin ſuam Mediolanenſibus ciuibus peroſam, Ariique nomen ipſis execrabile callide occultans, adeo vt ab Euſebio Vercellenſi aliiſque catholicis epiſcopis exagitatus, imperatoris edictum pro ſe extorſerit. Quod cum Hilarius ferendum non putaret, deceptumque imperatorem doleret, Mediolanum, vbi agebat imperator, profectus eſt, vt coram imperatore Auxentii fraudes & dolos detegeret: ſed cum ille ſe contra denuntiationem Hilarii catholicum eſſe reſpondiſſet, Hilarius, vt turbarum auctor, edicto imperatoris iuſſus eſt Mediolano diſcedere. Hac de re, poſt encyclicam ad omnes fideles decimo anno poſt Ariminenſe Concilium ſcriptam (hanc Hieronymus libellum contra Auxentium nominat) Hilarius merito conqueſtus, omnes fideles adhortatur, ne Auxentio communicent. Interea Auxentius communione ignorantis populi, & imperatoris patrocinio fretus, dictis factiſque in Euſebium Vercellenſem, Philaſtrianum, Brixianum, alioſve eccleſiæ catholicæ epiſcopos, quos ſibi aduerſarios paſſus fuerat, inſultabat, formulamque fidei Ariminenſem, Nicææ in Thracia conſtitutam, Illyricis epiſcopis promulgabat. Damaſus igitur Romanus pontifex per Athanaſii aliorumque Ægypti epiſcoporum, de damnando & deponendo Auxentio, ſynodalem epiſtolam admonitus, Romæ Concilium hoc congregauit; atque ne latius ſerperet lethale virus, quod lẽto tabo proximos quoſdam in Illyrico epiſcopos infecerat, nonaginta epiſcopos ex Italia & Gallia conuocauit, qui loco prædicto, anno Chriſti 369. qui eſt pontificatus Damaſi III. & imperii Valentiniani & Valentis ſextus, congregati, Auxentium Mediolanenſis eccleſiæ inuaſorem Arianum condemnarunt, epiſcopatu depoſuerunt, atque ſub pœna anathematis vitari decreuerunt. Ad Illyrici epiſcopos, quos ille magna ex parte ſeduxerat, ſynodalem miſerunt epiſtolam, qua Auxentium pontificia & ſynodali ſententia condemnatum & excommunicatum deuitare, & ſub pœna excommunicationis & depoſitionis ad catholicam veritatem redire monentur. Decreta huius Concilii

Cauſa Cõcilii.

Auxentius quis.

Locus Cõcilii.

Numerus epiſcoporum.

Tempus & acta Concilii.

confirmantur, teste Athanasio ad Epictet. *Diuersis Conciliis per Galliam, Hispanias & Romæ celebratis, omnes qui in eo Conuentu fuere, istos lucifugas, qui sese etiamnum occultant, & quæ Arii sunt sapiunt, Auxentium dico Mediolanensem, Vrsacium, Valentem & Caium Pannonem, communi calculo, vnius Spiritus incitatu, anathemate percusserunt.* Auxentius quãquam synodali iudicio hoc anno condemnatus esset, non tamen ante 374. annum Christi sede Mediolanensi exturbari potuit, ideo quod imperator per summam nequissimi hominis simulationem deceptus, illi de hæresis infamia calumniam inferri existimaret. Nisi enim eum summa imperatoris suffulsisset auctoritas, quo pacto ipse tot Conciliis damnatus, & a populo Mediolanensi vt hæreticus derelictus, subsistere potuisset? Eumdem inuitis quoque magistratibus hanc sedem vsque ad obitum detinuisse, ex eo exploratum videri potest, quod Ambrosius a Probo ad eam prouinciam administrandam missus, agens Mediolani, eum quem execrabatur, pati coactus fuerit. Post quinquennium Auxentioe viuis sublato, Ambrosius, cui Probus præfecturam administraturo dixerat: *Vade, age non vt iudex, sed vt episcopus*: diu multumque reluctatus, in episcopatu Mediolanensi suffectus fuit. In hac eadem Synodo Vrsicinum schismaticum, crebrius in Damasum studia renouantem, rursus damnatum fuisse, constat ex epist. Valentiniani imperatoris apud Baron. anno prædicto.

Anno Christi 369.

Auxentius quando dejectus.

EPISTOLA SYNODALIS
EX ROMANO CONCILIO
AD EPISCOPOS ILLYRICI.

Episcopi ad sanctum Concilium Romæ conuocati, Damasus, Valerianus, & ceteri, dilectis fratribus episcopis qui sunt in Illyrico, in Domino salutem.

Extat apud Theodor. lib. 2. cap. 22. Sozom. lib. 6. cap. 23.

ETSI nobis pro certo persuasum est, sacerdotes Dei sanctissimi, vos sacrosanctam fidem nostram, quæ doctrina apostolorum fundata est, firme retinere, eamque populo prædicare, quæ certe a decretis patrum, a quibus par est reliquos erudiri, nulla ex parte discrepat: tamen significatum est nobis a fratribus, qui in Gallia & in agro Venetorum habitant, nonnullos ad hæresim amplexandam omni studio incumbere. Quod quidem malum ne existat, non modo præcauere debent episcopi, verum etiam quicumque errores, vel quorumdam inscitia, vel simplicitate eorum, qui peruersas interpretationes secuti sunt, in ecclesiam inuecti videntur, his se op-

ANNO CHRISTI 369. ponere, Concilioque prouidere, ne deinceps in varias discrepantesque doctrinas denuo prolabantur imperiti, sed quoties dissentientes opiniones ipsorum auribus inculcatæ fuerint, firme patrum sententiis adhærescant.

Hac de causa a nobis decisum est, vt Auxentius nominatim condemnetur. Quare omnes legis diuinæ doctores, qui ditioni Romanæ subiiciuntur, ea quæ legis sunt sapere, & fidem variis doctrinis nequaquam contaminare debent. Etenim vbi primum vitiosa Arianorum doctrina & blasphemia vigere inciperet, quæ etiam hoc tempore latissime serpit; trecenti decem & octo episcopi, patres nostri, habito Nicææ Concilio, hoc muro ad arma diaboli arcenda fidem nostram cinxere, & hoc antidoto venena depulere mortifera, sic vt crederetur, vnam esse Patris & Filii substantiam, vnam deitatem, virtutem vnam, vnam potentiam, vnam figuram; quinetiam Spiritum sanctum vnam eamdemque cum illis substantiam habere & subsistentiam. Eum autem qui aliter sentiret, a nostra communione iudicarunt alienũ. Quam salutarem decisionem & decretum plane venerandum nonnulli postea aliis nouis decretis violare labefactareque studuerunt.

Auxentius Romæ dãnatus.

At vero initio, quod peccatum erat ab illis, qui Arimini formulam fidei Concilii Nicæni nouare retractare coacti sunt, aliqua ex parte propterea sarciebatur, quod se disputatione alio tempore habita fatebantur a veritate abductos, quodque suam fidei formulam nequaquam sententiæ Nicæni Concilii aduersari cogitabant. Siquidem numerus episcoporum, qui erant Arimini in vnum congregati, præiudicii vim habere non debet: præsertim cum formula illa composita sit, neque episcopo Romano, cuius sententia præ ceteris omnibus expectanda erat; neque Vincentio, qui tot annis episcopatum integre gesserat, neque aliis eidem consentientibus: cumque etiam (quod est omnium maximum) illi ipsi, vti ante diximus, qui in fraudem illecti, a veritate deflexisse visi sunt, & post ad meliorem mentem denuo traducti, plane testentur, hanc formulam sibi magnopere displicere.

Excommunicationem & priuationem

Itaque vestra integritas manifesto videt, hanc fidem solam, quæ auctoritate apostolica Nicææ stabilita est, firme

Damasus commina-tur.

perpetuo retinendam esse. Atque de hac ipsa fide tum epiſcopos orientis, qui se de catholica eccleſia esse profitentur, tum occidentis etiam epiſcopos nobiſcum vna gloriari conſtat. Porro autem pro certo credimus, eos qui alia opinione tenentur irretiti, propter ſuum conatum breui fore & a noſtra ſegregatos communione, & nomine epiſcoporum priuatos, vt tandem populo errore ipſorum liberato, detur reſpirandi locus. Nam multitudinis error tamdiu nullo modo corrigi poterit, quamdiu epiſcopi eodem tenentur implicati. Quocirca facite, vt veſtræ reuerentiæ iudicium cum omnium Dei ſacerdotum iudicio, cui vos firme & conſtanter adhærere credimus, omnino conſentiat. Quod ſi fiat, eamdem vobiſcum rectam credendi viam nos quoque debemus inſiſtere. Veſtra caritas quæſo ad nos reſcribat, vt inde lætitiam capiamus. Valete fratres honoratiſſimi.

Anno Christi 369.

[a]CONCILIVM ROMANVM III. [b]SVB DAMASO,

[c]In quo Apollinariſtarum hæreſis damnata.

NOTÆ.

Cauſa & locus Concilii.

[a] *Concilium Romanum.*] Cauſa huius Romæ celebrati Concilii hæc eſt. Vitalis, vt ſupra in notis ad epiſtolam primam diximus, in Chriſto carnem & mentem fuiſſe doloſe confeſſus (per mentem enim diuinitatem Chriſti intelligebat) in communionem catholicam ſuſceptus fuerat.

Anno Christi 379.

Sed cum fraus & dolus impoſtoris hæretici animaduerſus fuiſſet, *Damaſus* (ait Gregor. Nazianz. epiſt. 2. ad Hellen.) *cum poſtea rectius edoctus fuiſſet, ſimulque in priſtinis ipſos expoſitionibus perſtare audiiſſet, eos ab eccleſiæ cœtu abdicauit, fideique libellum* (oblatum ſcilicet ante Romæ) *cum anathematiſmo deleuit.* Ita igitur hoc Concilio cum ipſa hæreſi hæreſis auctor Apollinaris, Vitalis & Timotheus eiuſdem diſcipuli ac ſectarii merito condemnati. Qua de re hæc Sozom.

Acta Concilii.

lib. 6. cap. 25. *Hanc quidem Apollinaris hæreſim apud multos ſerpere Damaſus epiſcopus Romanus, & Petrus epiſcopus Alexandrinus, certiores facti, primi omnium Concilio Romæ conuocato eamdem alienam eſſe ab eccleſia catholica pronuntiarunt.* Apollinarem cum Timotheo eius diſcipulo hac Synodo condemnatum fuiſſe, Damaſus epiſcopis orientalibus, per literas ad eos ſcriptas, & ſupra ex Theodoret.

ANNO CHRISTI 373. huc recens translatas significauit. Anathematismi illi, quos hæc Synodus non tantum aduersus hæresin Apollinaris, sed etiam contra alias ingruentes hæreses Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii & Photini edidit, post notas hic subiunguntur.

Qui sacrosanctam Nicænam fidem violarant, siue viuentes essent, siue defuncti, omnes hac eadem Synodo, teste Iustiniano imperatore in epistola ad Ioannem Romanum pontificem, excommunicati fuerunt. *Quidam*, inquit, *ex ipsis, qui in Nicæna sancta Synodo conuenerunt, & expositæ ab ea fidei definitioni, vel symbolo subscripserunt, quoniam postea contraria sapientes apparuerunt, alii quidem viui, alii autem post mortem anathematizati sunt a Damaso sanctæ memoriæ papa antiquioris Romæ*, &c. Millenariorum antiqua hæresis per Apollinarem restaurata, in ipso ita condemnata fuit, vt posthac omnino conticuerit, nec amplius audita fuerit. Vide Baron. anno 373. num. 1. vsque ad 14. Anathematismi. Millenarii.

[b] *Sub Damaso.*] Hanc Synodum ante annum Domini 373. qui est Damasi 7. Valentiniani & Valentis 10. non fuisse celebratam, duæ rationes euincunt. Vna, quod teste Sozomeno, huic Concilio interfuerit Petrus Alexandrinus, Athanasii anno 372. defuncti successor, qui ex persecutione Arianorum post Lucii iniquissimi Ariani ingressum concitata, non nisi prope finem anni 372. Romam venerat. Altera, quod tertia legatio Basilii ad Damasum, hæresim Apollinaristarum damnari petens, anno Christi 372. contigerit, quodve ante hæc tempora, non tantum Basilius & Gregorius Nazianzenus, sed etiam Damasus, atque Hieronymus Apollinarem hæreseos auctorem, virum pium atque eruditum existimauerint, cumque eo vsque ad præsens tempus literarum consuetudine communicarint. Postquam vero pontifex per epistolam Basilii 74. quam legatio tertia Romam attulerat, Apollinaris hæresim cognouisset, probabile est, hoc anno statim sine mora aduersum eum Synodum coegisse, eumque cum suæ hæreseos sectatoribus condemnasse & excommunicasse, ne habita cum hæresiarcha per literas communio, pontificem in suspicionem mutuæ societatis cum Apollinari induceret. Vide Baron. anno prædicto num. 1. Tempus Concilii. Ratio 1. Ratio 2.

[c] *In quo Apollinaristarum hæresis.*] Apollinaristæ siue Apollinariani dicebantur sectatores errorum illorum, quos Apollinaris hæresiarcha docuerat: inter quos primarius ille fuit, quod Christi corpus anima rationali careret, & pro anima deitatem haberet. Sozomen. libro sexto, capite 25. & Socrates libro secundo, capite 36. scribunt, quod Apollinares duo, Laodiceæ humanitatis studia profitentes, ab Athanasio Alexandriam ab exilio tendente conuenti fuerint, cumque illo de rebus fidei communicauerint: addit hanc ob rem ad episcopum illius loci Arianum delatos, anathematis sententiam retulisse, atque in odium Gregorii eius loci Ariani episcopi prædictam hæresim excogitasse. verum Epiphan. hæres. 76. scribit, prædicto tempore ambos Apollinares magna cum laude in ecclesia vixisse, & in medio nationis prauæ, confessione Nicænæ fidei, Apollinaristæ qui.

tamquam ardentes lucernas in loco caliginoso, cui princeps tenebrarum dominabatur, eluxisse, Athanasio ac ceteris catholicæ fidei defensoribus addictissimos fuisse; adeo vt cum de huiusmodi hæretica eorum sententia per ipsorum discipulos postea rumor increbuisset, apud orthodoxos eorumdem studiosos fidem non inueniret. *Primum quidem, cum audissemus*, inquit Epiphan. *a quibusdam ipsius discipulis, fidem non habebamus, quod talis vir* (nempe iunior Apollinaris) *hanc sententiam inuexisset, amplius in expectatione rei longanimes, donec rei certitudinem cognosceremus. Dicebamus enim eos, qui ad nos ab ipso venerant, non intelligere profunditatem eorum, quæ a tam prudente doctore dicerentur, & a seipsis hæc eos dicere, quæ ab ipso non didicissent.* Ab Ariana igitur hæresi quidem antea abhorruit, sed postea in præceps lapsus, eidem se quadam affinitate coniunxit. Nam sic de ipso Gregorius Nazianz. epist. ad Cledonium prope finem: *Illud scire necesse est, Apollinarem, quamuis diuinitatis nomen Spiritui sancto dederit, vim tamen diuinitatis minime retinuisse.* Etenim ex magno, maiore & maximo, id est, ex Spiritu sancto, & Filio, & Patre, tamquam ex splendore, radio, & sole Trinitatem constituere (quod quidem in libris eius disertis verbis scriptum est,) diuinitatis scala est non in cælum subuehēs, sed e cælo deiiciens. Idem Gregorius ad Nectarium scribens, tradit eumdem Apollinarem impias plane & horrendas docuisse sententias hasce: carnem Christi de cælo allatam esse: atque adeo Mariam Dei genitricem non fuisse: Christum per virginem, tamquam per canalem decurrisse: Christum in sua diuinitate passum esse: ad quas condemnandas, decem ille anathematismos hosce contra eum constituit.

Anno Christi 373.

Hæreses Apollinaris.

Extāt apud Greg. Naz. epist. 1. ad Cledoniū.

Si quis sanctam Mariam Deiparam non credit, extra diuinitatem est.

Si quis Christum per Virginem tamquam per canalem decurrisse ac defluxisse, ac non in ea diuino modo, quia absque viri opera; humano, quia procreationis lege, formatum esse dixerit, in simili impietate versatur.

Si quis creatum hominem fuisse, Deumque postea subiisse, pronuntiauerit, damnationi obnoxius est.

Si quis duos filios, alterum ex Deo & Patre, alterum ex matre, non autem vnum eumdemque induxerit, is ab ea quoque filiorum adoptione excidat, quæ recte credentibus promissa est.

Si quis diuinitatem in eo velut in propheta per gratiam operatam fuisse, ac non secundum essentiam connexam fuisse atque connecti, dixerit, diuino afflatu careat, imo contrario impleatur.

Si quis cruci affixum non adoret, anathema sit, atque in eorum, qui Deum interemerunt, numerum adscribatur.

Si quis eum ex operibus perfectionem assecutum fuisse, aut post baptismum, vel resurrectionem a mortuis in Filium adoptatum fuisse dixerit, quemadmodum quos Græci deos adscriptitios inducunt, anathema sit. Neque enim id quod cœpit, aut progreditur, aut perficitur, Deus est: tametsi hæc de eo idcirco dicantur, quod paulatim hominibus innotuerit.

Si quis sanctam carnem nunc exutam & abiectam, diuinitatemque corpore

ANNO CHRISTI 373. *corpore spoliatam esse, non autem cum assumpta parte & esse & venturam esse dixerit, præsentiæ illius gloriam non cernat.*

Si quis carnem e cælo descendisse, & non hinc atque a nobis esse dixerit, anathema sit.

Si quis in hominem mente carentem speret, amens profecto est, nec dignus qui totus salute donetur.

Ex epistola illa Athanasii, quam aduersus errores Apollinaris scripsit ad Epictetum Corinthiorum episcopum, constat, eumdem hæresiarcham asseruisse, carnem Christi de cælis descendentem Verbo coæqualem esse; Verbumque sic carnem factum, vt in ipsam carnem mutatum fuerit. Hos errores primus omnium Athanasius impugnans, non tantum prædictam epistolam, sed etiam egregios illos commentarios de Christi incarnatione, & salutari eiusdem aduentu editos conscripsit. S. Hieron. epist. 82. ad Ocea. eumdem cum Tertullianistis de origine animarum sensisse, eas ex traduce generari, atque instar corporum ex corporibus, ex animabus animas pariter propagari. De eodem quoque Theod. lib. 4. hæret. fab. habet, quod non tantum diuinarum personarum proprietates, verumetiam ipsas personas instar Sabellii confuderit. Eumdem ex antiquis ecclesiasticis canticis ex diuina scriptura acceptis, nouos in ecclesiam a se editos psalmos, & diuersa genera canticorum introduxisse, atque multiplicitate librorum sibi gloriam comparare studuisse, testatur Gregorius Nazianzenus prædicta epistola 1. ad Cledon. his verbis. *Quod si prolixi libri, & noua psalteria, Dauidique ex aduerso resonantia, & versuum lepos, pro tertio quodam testamento habentur, nos quoque psalmos elaborabimus & multa conscribemus ac modulabimur.* Hos libros teste Gregorio Nysseno serm. de S. Ephrem, apud feminam quamdam depositos, S. Ephrem per simulationem hæreseos acceptos, vt ex iis se contra aduersarios instrueret, glutine compactos reddidit: quos cum Apollinaris a femina postulatos, in iudicio publico & controuersia quadam legi mandasset, *cernens*, inquit Gregor. Nyss. *ita firmiter connexos, vt prorsus explicari nequirent, tanto rubore atque pudore suffusus est, animoque vsqueadeo perturbatus, vt ex eo consessu abiens, quasi mentis atque consilii inops & exanimatus, in morbum lapsus sit; illamque ignominiæ notam ita ægre & moleste tulit, vt parum admodum abfuerit, quin tum morte obiret.* De scriptis eiusdem vide Hieronymum de script. eccles. in Apollin. Baron. anno 349. num. 25. & 26. item 373. num. 15. & seqq. ad 28.

Apollinaris nouas cantilenas in ecclesiam inuexit.

Apollinaris a S. Ephrē pulcre illusus.

PROFESSIO FIDEI, ET ANATHEMATISMI ADVERSVS APOLLINARIS, ARII, SABELLII, MACEDONII, EVNOMII & Photini hæreſes.

ANNO CHRISTI 375.

Ex epiſtola quam ſcripſit Damaſus Paulino epiſcopo Antiocheno.

Extat apud Theodor. alter. translationis lib. 5. cap. 11.

QVIA poſt Concilium Nicænum is error inoleuit, vt quidam ore ſacrilego auderent dicere, Spiritum ſanctum factum eſſe per Filium,

Anathematizamus eos qui non tota libertate proclamant, eum cum Patre & Filio vnius poteſtatis eſſe atque ſubſtantiæ.

Anathematizamus quoque eos, qui Sabellii ſequuntur errorem, eumdem dicentes Patrem eſſe, quem & Filium.

Anathematizamus Arium atque Eunomium, qui pari impietate, licet ſermone diſſimili, Filium & Spiritum ſanctum aſſerunt eſſe creaturas.

Anathematizamus Macedonianos, qui de Arii ſtirpe venientes, non perfidiam mutauerunt, ſed nomen.

Anathematizamus Photinum, qui Ebionis hæreſim inſtaurans, Dominum Ieſum Chriſtum tantum ex Maria virgine confitetur.

Anathematizamus eos, qui duos filios aſſerunt, vnum ante ſæcula, & alterum poſt aſſumptionem carnis, ex virgine.

Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationali & intelligibili, dicunt Dei Verbum in humana carne verſatum, cum ipſe filius ſit Verbum Dei, & non pro anima rationali & intelligibili in ſuo corpore fuerit, ſed noſtram, id eſt, rationalem & intelligibilem ſine peccato animam ſuſceperit, atque ſaluauerit.

Anathematizamus eos, qui Verbum Dei Filium extenſione aut collectione, & a Patre ſeparatum, in ſubſtantiuum, & finem habiturum eſſe contendunt.

Eos autem qui ab eccleſiis ad eccleſias migrauerint, tamdiu a noſtra communione alienos habemus, donec ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus ſunt conſtituti.

ANNO CHRISTI 375. Quod si quis alius, alio transmigrante, in locum viuentis ordinatus est, tam diu vacet sacerdotii dignitate, qui suam deseruit ciuitatem, donec successor eius quiescat in Domino.

Si quis non dixerit, semper Patrem, semper Filium, semper Spiritum sanctum esse, anathema sit.

Si quis non dixerit, Filium natum de Patre, id est, de substantia diuina ipsius, anathema sit.

Si quis non dixerit, Deum verum filium Dei, sicut Deum verum patrem eius, & omnia posse, & omnia nosse, & patri æqualem, anathema sit.

Si quis dixerit, quod in carne constitutus filius Dei, cum esset in terra, in cælis cum Patre non erat, anathema sit.

Si quis dixerit, quod in passione crucis dolorem sustinuit filius Dei Deus, & non caro cum anima, quam induerat in forma serui, quam sibi acceperat, sicut ait scriptura, anathema sit.

Si quis non dixerit, excruciatum carne Dei filium, & carne mortem gustasse, fuisseque primogenitum ex mortuis, quatenus vita est viuificus Deus, anathema sit.

Si quis non dixerit, quod in carne, quam assumpsit, sedet ad dexteram Patris, in qua venturus est iudicare vi- *Philip. 2.*
uos & mortuos, anathema sit.

Si quis non dixerit, Spiritum sanctum de Patre esse vere ac proprie, sicut & Filium de diuina substantia, & Deum Dei Verbum, anathema sit.

Si quis non dixerit, omnia posse Spiritum sanctum, omnia nosse, & vbique esse, sicut Patrem & Filium, anathema sit.

Si quis dixerit Spiritum sanctum facturam, aut per Filium factum, anathema sit.

Si quis non dixerit, omnia per Filium postea incarnatum & Spiritum sanctum Patrem fecisse, id est, visibilia & inuisibilia, anathema sit.

Si quis non dixerit, Patris & Filii & Spiritus sancti vnam diuinitatem, potestatem, maiestatem, potentiam, vnam gloriam, dominationem, vnum regnum atque vnam voluntatem ac veritatem, anathema sit.

Si quis tres personas non dixerit veras Patris, & Filii, & Spiritus sancti, æquales, semper viuentes, omnia continentes visibilia & inuisibilia, omnipotentes, omnia iudicantes, omnia viuificantes, omnia facientes, omnia saluantes, anathema sit. Anno Christi 373.

Si quis non dixerit, Spiritum sanctum adorandum ab omni creatura, sicut & Filium & Patrem, anathema sit.

Si quis de Patre & Filio bene senserit, de Spiritu autem sancto non recte habuerit, hæreticus est: quia omnes hæretici de Filio Dei & de Spiritu sancto male sentientes, in Iudæorum atque gentilium perfidia inueniuntur.

Quod si quis partiatur, Deum Patrem dicens, & Deum Filium eius, & Deum Spiritum sanctum, deos dici, & non Deum, propter vnam diuinitatem & potentiam, quam credimus esse & scimus Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Deum verum; subtrahens autem Filium & Spiritum sanctum, ita solum existimet Deum Patrem dici aut credi vnum Deum, anathema sit. Nomen enim deorum & angelis & sanctis omnibus a Deo est impositum & donatum. De Patre autem & Filio & Spiritu sancto, propter vnam & æqualem diuinitatem, non nomen deorum, sed Dei nobis ostenditur atque indicatur, vt credamus, quia in Patre, & Filio, & Spiritu sancto solum baptizamur, & non in archangelorum nominibus & angelorum, quomodo hæretici, aut Iudæi, aut etiam gentiles dementes. Hæc est ergo salus Christianorum, vt credentes Trinitati, id est, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, & in eam baptizati, veram solamque vnam diuinitatem, potentiam, maiestatem, & substantiam eiusdem sine dubio credamus.

NOTA.

Titulus falso appositus est.

[a] *Professio fidei.*] Titulus illius exemplaris, quod a Theodoreto recitatur, falsus est: & nisi dicamus illum ab aliquo alio appositum esse, Theodoretus a fraude & dolo nequaquam excusari potest. Nam certum est hoc tempore Acholium sanctitate clarissimum, Thessalonicensem episcopatum gubernasse, eique Anysium longe post hæc tempora defunctum successisse. Quomodo itaque verum esse potest, quod prædicta inscriptio Theodoreti præ se fert, Paulinum eodem hoc tempore Thessalonicensem episcopum fuisse? Nomen Acholii Thessalonicensis episcopi in synodali epistola Constantinopolitani Concilii, quam idem Theodoretus refert, expressum inuenitur.

ANNO CHRISTI 373. Teste Sozom. lib. 7. cap. 4. Acholius Theodosium imperatorem, anno Christi 379. baptizauit. Cum itaque ante eum Thessalonicæ Ireminus, Aetius, & Alexander; post eumdem Anysius, teste Ambrosio, eidem Thessalonicensi ecclesiæ præfuerit, Paulinus aliquis his temporibus eiusdem ecclesiæ episcopus fuisse non potest. Vnde satis probabile apparet, quod Theodoretus pro Antiocheno, Paulinum Thessalonicensem dolose collocauerit, ea nimirum de causa, ne ex hac Damasi epistola ad eum scripta, catholicæ ecclesiæ communioni coniunctus fuisse videretur. Vide Baronium anno 378. numero 42.

[a]CONCILIVM [b]VALENTINVM I. SVB DAMASO.

Statuta Synodi apud ecclesiam Valentinam, sub die IV. Idus Iulias, Gratiano Augusto III. & Equitio V. C. consulibus, [c]anno Christi CCCLXXIV. æra 413. Gratiani eiusdem Augusti, & Damasi papæ VII.

TITVLI CANONVM.

I. *De digamis non ordinandis.*
II. *De puellis Deo deuotis, si ad terrenas nuptias transierint.*
III. *De iis qui post acceptum baptismum sacrificiis se dæmonum, vel incesta lauatione polluerint.*
IV. *Si quis de se verum vel falsum crimen sub ordinatione professus fuerit.*

SYNODICA AD VNIVERSOS EPISCOPOS GALLIARVM.

Dilectissimis fratribus per Gallias, & quinque prouincias constitutis episcopis, Fœgadius, Eumerius, Florentius, Artemius, Aemilianus, Britto, Iustus, Euodius, Rhodanius, Eortius, Chrestus, Concordius, Constantius, Paulus, Antherius, Felix, Neoterius, Nicetius, Vrbanus, Simplicius, & Vincentius, episcopi in Domino salutem.

ANNO CHRISTI 374. TRANSACTIS Valentiæ omnibus, & in Dei nomine in statu meliore compositis, quæ fuerant cœpta causa discidii, quorumdam fuit fratrum vtilis & religiosa suggestio, retractandum etiam de his, quæ nec recipere possumus ob ecclesiæ sanctitatem, nec tamen vsurpatæ consuetudinis causa damnare. Ita enim per omnes ecclesias

eiuſmodi vitiorum germen inoleuit, vt ad plena remedia difficilis ſit recurſus; certe non ſine verecundia eorum quos cauſa contingit. Quocirca, fratres, librato diu, moderatoque conſilio, ea cautelæ ratio ſeruata eſt, quæ & ſcandala ſubmoueret, & ſanctitatem eccleſiæ cuſtodiret. ANNO CHRISTI 374.

CANONES.

I.

[d] SEDIT igitur, neminem poſt hanc Synodum, qua eiuſmodi illicitis vel ſero ſuccurritur, de digamis, aut internuptarum maritis, ordinari clericum poſſe. Nec requirendum, vtrumne initiati ſacramentis diuinis, anne gentiles, hac ſe infelicis ſortis neceſſitate macularint, cum diuini præcepti caſta ſit forma. Sed quia fratrum noſtrorum vel imperitiam, vel ſimplicitatem, vel etiam præſumptionem damnare non poſſumus, nec per omnes eccleſias quæ ſunt iampridem male geſta corrigere; placuit etiam de eorum ſtatu qui prius ordinati ſunt, nihil reuolui, ſi nulla extrinſecus cauſa procedat, qua indigni miniſterio comprobentur.

II.

De puellis vero quæ ſe Deo vouerunt, ſi ad terrenas nuptias ſponte tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decreuimus, vt pœnitentia his nec ſtatim detur; & cum data fuerit, niſi plene ſatisfecerint Deo in quantum ratio popoſcerit, earumdem communio differatur.

III.

Circa eorum vero perſonas, qui ſe poſt vnum & ſanctum lauacrum, vel profanis ſacrificiis dæ-

ANNO CHRISTI 374. monum, vel inceſta lauatione polluerint, eam cenſuræ formam duximus eſſe ſeruandum, vt his iuxta Synodum Nicænam ſatisfactionis quidem aditus non negetur, ne infelicibus lacrymis vel ſolatii ianua deſperatione claudatur: acturi vero pœnitentiam vſque in diem mortis, non ſine ſpe tamen remiſſionis, quam ab eo plene ſperare debebunt, qui eius largitatem & ſolus obtinet, & tam diues miſericordia eſt, vt nemo deſperet. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Synodus Nicænus cap. 11.

IV.

Nec illud, fratres, ſcribere alienum ab eccleſiæ vtilitate cenſuimus, vt ſciretis, quicumque ſe ſub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterii, vel epiſcopatus, mortali crimine dixerint eſſe pollutos, a ſupradictis ordinationibus ſubmouendos, reos ſcilicet vel veri confeſſione, vel mendacio falſitatis. Neque enim abſolui in his poteſt, quod dictum in alios puniretur: cum omnis qui ſibi fuerit mortis cauſa, maior homicida ſit. Diuina vos pietas in æternum cuſtodiat, fratres dilectiſſimi.

SVBSCRIPTIONES.

Ego Florentius epiſcopus eccleſiæ Viennenſis ſubſcripſi.
Ego Æmilianus opto vos, fratres, in Domino bene valere.
Ego Eumerius epiſcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.
Ego Artemius epiſcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.
Ego Euodius epiſcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.
Ego Antherius epiſcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.
Ego Rhodanius epiſcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.
Ego Chreſtus epiſcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.
Ego Neoterius epiſcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.
Ego Vrbanus epiſcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.
Ego Paulus epiſcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ego Simplicius episcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere. ANNO CHRISTI 374.
Ego Iustus episcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.
Ego Eortius episcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.
Ego Britto episcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.
Ego Concordius episcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere. *eodemque modo & alii deinceps subscripserunt.*

EPISTOLA EIVSDEM CONCILII AD CLERVM ET PLEBEM ECCLESIÆ FOROIVLIENSIS.

Dilectissimis fratribus, clero & plebi ecclesiæ Foroiulienſis, Fægadius, Eumerius, Florentius, Artemius, Aemilianus, Britto, Iustus, Euodius, Rhodanius, Eortius, Chrestus, Constantius, Paulus, Concordius, Antherius, Neoterius, Nicetius, Vrbanus, Felix, Simplicius, & Vincentius, episcopi in Domino salutem.

QVAMVIS tam ea benedictus fratrer noster Concordius de sanctissimi Accepti persona suggesserit, quæ prudenti & Christiano viro digna sunt, quam quod studio omnium vestrum ad honorem sacerdotii poscatur, edixerit: tamen quia in Synodo iam sederat, ordinationes huiusmodi submouendas, quæ sine scandalo esse non possunt; non potuimus præstare vni quod ceteris negabatur. Et licet non ignoraremus, multos verecundia, & nonnullos suscipiendi sacerdotii metu trepidos, quæ vtique signa sunt sanctitatis, falsa in se reiiciendi honoris causa dixisse: tamen quia omnium fere ad ea quæ sunt peiora procliue iudicium est, & materies disputationum ex obtrectatione sacerdotum Dei quæritur; sedit in Synodo, vt quisquis de se vel vera vel falsa dixisset, fides ei, quam suomet testimonio confirmaret, haberetur. Quapropter decretum est submouendos protinus esse ab eo gradu, quem ab omni scandalo liberum esse decet. Diuina vos pietas in æternum protegat, fratres dilectissimi.

Canon. 4. huius Concilii.

DECRETA

ANNO CHRISTI 374.

DECRETVM SIVE STATVTVM VNVM DICTI CONCILII VALENTINI,

Iuxta Decretum Gratiani vel Iuonis, & iuxta 39. cap. lib. 3. codicis sexdecim librorum, ex monasterio sancti Bauonis Gandensis excerptum est.

Nisi vt meliora prospiciat, rem ecclesiæ non liceat distrahere episcopo.

Irrita erit episcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei ecclesiasticæ, absque *collaudatione & subscriptione sacerdotum.

*conniuentia.

Hoc decretum 12. quæst. 2. sine exceptione dicitur, aut scribitur esse ex epistola Leonis ad episcopos, per vniuersam Siciliam. In decretis autem Iuonis libro secundo legitur, secundum exemplar impressum, esse ex Concilio apud Valentias. Nec tamen reperitur in epistola Leonis, vbi supra, nec in Valentino Concilio Galliæ aut Hispaniæ, sed in decretis Concilii 4. Carthaginensis capite 32.

ALIVD DECRETVM VALENTINVM.

Non nisi a propriis episcopis presbyteri chrisma petant.

Presbyteri, qui diœcesanas ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suo; non per iuniorem clericum, sed per seipsos, aut per illum qui eiusdem ordinis sit, ante Paschæ solennitatem chrisma petant. De cons. dist. 4. Presbyteri qui diœcesi-

NOTÆ IACOBI SIRMONDI SOCIETATIS IESV.

[1] *Neque enim absolui.*] Paulo vberius codex Lugdunensis: *Neque enim absolui in his potest, si in ipsos se dixerint quod dictum in alios puniretur.* Eademque verba interserunt etiam Rhemensis, Anitiensis, & Fossatensis, vt causæ nihil appareat cur omitti debeant. Quæ vero sequuntur episcoporum subscriptiones, ex vnico Rhemensi depromptæ sunt, in aliis non erant.

[2] *Eortius.*] In codice Anitiensi, qui eadem omnia quæ Lugdunensis continebat, literula olim adiecta, tum hoc loco, tum initio Synodi, scriptum est Euortius, vt de Aurelianensi Euortio accepisse dubium non sit.

NOTÆ SEVERINI BINII.

ANNO CHRISTI 374.

Causa Concilii.

[a] *Concilium.*] Causam habiti Concilii statuti Canones eam fuisse indicant, vt ecclesiæ Gallicanæ mores quidam deprauati emendentur. Inter episcopos autem qui huic Concilio adfuerunt, primum locum tenuit Fœgadius ille, ad quem sanctus Ambrosius 55. epistolam scripsisse legitur. Rhodanius hic recensitus alius est ab illo, quem cum Hilario ob causam fidei relegatum & in exilio defunctum esse, refert Sulpitius lib. 2. Eortius est, qui a tempore sancti Siluestri Aurelianensem ecclesiam signo cælesti gubernandam accepit.

[b] *Valentinum.*] Multiplex est Valentia, vt indicat Abrahamus Ortelius in suo thesauro geographico.

Valentia qualis vrbs.

Hæc est ciuitas Allobrogum, qui nunc Sabaudienses & Pedemontani vulgo dicuntur, estque in Gallia Transalpina, non procul a Vienna ad Rhodanum sita. Meminit eius Plinius & Ptolem. lib. 3. cap. 9. Huius vrbis episcopus est suffraganeus archiepiscopi Viennensis.

Tempus Concilii.

[c] *Anno Christi 374.*] Inter chronologias consulum, imperatorum, æræ Hispanicæ, & Christi nati, optatissima est conuenientia. Quamobrem ea, quæ supra in notis Concilii Nicæni de supputatione æræ Hispanicæ diximus, mirifice confirmantur.

Can. 1.

[d] *Sedit.*] id est, placuit. De bigamis ordinandis, vide quæ diximus supra in notis ad Can. apost.

[e] *Nec illud fratres scribere alienum.*] Iuxta huius Canonis decretum, sanctus Ambrosius ab episcopali munere arcendus erat, nisi populi in eo petendo constantia quauis lege ac constitutione superior fuisset. Anno Christi 374. Auxentio Ariano Mediolanensi episcopo defuncto, Ariani Arianum, catholici catholicum præsulem non sine graui discordia & seditione expetierunt. Ad quas euitandas, cum Ambrosius vrbis illius, & totius Insubriæ & Æmiliæ præfectus, adhuc catechumenus in ecclesia ad populum orationem haberet, *subito*, inquit Paulinus in vita sancti Ambrosii, *vox fertur in populo sonuisse Ambrosium episcopum, & qui ante turbulentissime dissidebant, repente in hunc vnum mirabili & incredibili concordia consenserunt.* Quorum clamoribus Ambrosius tamquam tonitruo perculsus, primo obstupuit; mox vt populum & clerum ab ea sententia auocaret, se truculentum iudicem episcopatu indignum ostenderet, tribunal conscendens, quæstiones acerbissimas præter morem in reos cœpit exercere. Sed cum hæc spectans populus magis magisque clamaret, *Ambrosium episcopum*: spe ille frustratus ad potiora remedia conuertit animum, eoque progressus est, vt speciem quamdam hominis impurissimi & ab episcopali castitate & vita remotissimi præ se ferret, populumque ab eo consilio dimoueret, impudicas mulieres ad se publice ingredi fecit. At cum hæc velut in scena ficte repræsentari populus non ignoraret, eaque ex causa ardentiore studio Ambrosium episcopum

Ambros. quomodo factus sit episcop.

Ambros. episcopatū refugit.

ANNO CHRISTI 374. postulare non intermitteret, seque populus peccati illius, quo specie quadam & simulatione effectum esse non dubitabat, reum clamaret, totamque adumbrati criminis pœnam in se reciperet, sibique imprecaretur, omni prorsus ille consilio destitutus, in sola fuga spem ponit. Arreptam fugam Dei consilio ac voluntate mirabili modo impediri videns, maximo cum gaudio Valentiniani imperatoris & Probi præfecti, qui ipsi Mediolanum proficiscenti dixerat: *Vade, gere te non vt præfectus, sed vt episcopus*; oneri se libenter submisit. Ad hos igitur populi tumultus sedandos & componendos, ab ecclesia non immerito concessum fuit, vt ad eorum instantiam ordinaretur episcopus, qui alioqui secundum huius, aliorumve Canonum constitutionem, ab episcopali munere arceri ac prohiberi debuisset. Vide notas Canonis 7. apost. 79. Item Can. 2. in Conc. Nicæno.

[a]CONCILIVM ANTIOCHENVM
[b]IN CAVSA SCHISMATIS ANTIOCHENI, SVB DAMASO.

NOTÆ.

ANNO CHRISTI 377. [a] *Concilium Antiochenum.*] Gregorius Nyssenus in epistola ad Olympium monachum, de vita obituque S. Macrinæ sororis, scribit, orthodoxos orientales episcopos, per edictum Valentis ab exilio relaxatos, suisque ecclesiis sanctione Gratiani imperatoris restitutos, nono mense post obitum S. Basilii Antiochiæ conuenisse, vt prostratæ orientali ecclesiæ paribus votis ac suffragiis consulerent & auxilium ferrent. *Post hanciacturam* (nempe obitus S. Basilii episcopi Cæsareæ Cappadociæ) *nonus mensis*, inquit, *aut paulo amplius, cum episcoporum Concilium indictum est Antiochiæ, cui nos item interfuimus.* Cum igitur auctoritate eiusdem Gregorii & Hieronymi certum sit Basilium in exordio anni 378. ipsis nimirum Kalend. Ianuarii vita defunctum esse, hoc Antiochenum Concilium anno præcedente mense septembri celebratum fuisse, necessario est concedendum. Vide Baron. num. 35.

Tempus Concilii.

Basilii obitus quando contigerit.

[b] *In causa schismatis Antiocheni.*] Antiochena ecclesia, a tempore obitus Iuliani Apostatæ, diro ac periculoso admodum schismate exagitata fuit. Principio enim tres episcopi erant in vna ciuitate, nempe Meletius, ab Arianis; Euzoius, in locum Meletii depositi; & Paulinus a Lucifero Calaritano episcopo sedis apostolicæ legato institutus. Cum Meletio communicabant catholici illi dumtaxat, qui ab Arianis baptizati fuerant. Alii vero catholici Eustathiani, qui fidem catholicam perpetuo seruarant, quod Meletius ab episcopis Arianis episcopus creatus fuerat, quodque eiusdem fautores catholici ab Arianis baptizati essent, eum fu-

Antiochena ecclesia schismatibus exagitatur.

gientes, cum Paulino a Lucifero Calaritano episcopo, & legato sedis apostolicæ instituto, ideo quod is nulla vnquam vel tenui suspicione pollutæ fidei catholicæ laborasset, sed eam potius magna laude inter tot tantaque discrimina propugnasset, communicarunt. Aliarum vero ecclesiarum episcopi, alii Meletio, alii Paulino fauebant. Illius electionem Basilius, huius vero institutionem, post Alexandrinum Concilium sub Liberio habitum, approbauit Damasus, eamque causæ & electioni Meletianæ prætulit. Cum igitur hoc schisma Antiochena ecclesia per annos quindecim exagitata, vniuersam prope ecclesiam in periculum schismatis induxisset, iamque Euzoio Ariano per mortem sublato, ea, quæ maioris erat periculi, catholicorum dumtaxat discordia restaret, atque neutra pars alteri cederet; hac Synodo indicta, illud remedium est excogitatum, vt inter vtramque partem transigeretur hac ratione: vt cum alteruter, Paulinus vel Meletius, prior ex hac vita decederet, qui superstes esset, in locum demortui, nullo alio creato episcopo successore, solus illius ecclesiæ antistes remaneret. Ad quod præstandum iureiurando adegerunt sex primores ecclesiæ illius presbyteros, qui propinquiores ad eum gradum consequendum esse viderentur. Quod cum vtrique parti placuisset, schisma Antiochenæ ecclesiæ sublatum fuit. Ita Socrates lib. 5. cap. 5. Sozomenus lib. 5. cap. 3. Theodoretus post obitum Meletii, Flauiani schismatici, qui contra præstitum iuramentum in locum defuncti suffectus erat, partes sectatus, in gratiam illius res in hoc Concilio gestas, aliter quam se habent, narrauit, & contra aduersarium eius Paulinum male congessit. Cuius rei manifestum satis indicium præbet illa epistola synodalis quam Damasus ad Paulinum scripsit, in qua ille pro *Paulino Antiocheno* scripsit *Paulinum Thessalonicensem*, vt constat ex iis quæ diximus supra in notis prædictæ synodalis epistolæ ad Concil. Rom. III. In hoc eodem Concilio rectam fidei regulam recognitam fuisse, ac stabilitam, apparet ex epist. synodica Conc. Constant. infra. Præterea etiam ad visitandas orientis ecclesias, easque subleuandas, & in fide catholica confirmandas, decretæ sunt complures legationes, illique qui præclarioris nominis Synodo intererant, electi sunt, Gregorius Nyssenus, Eusebius Samosatenus, Gregorius Nazianzenus, atque Meletius Antiochenus; qui ad ruinas ecclesiæ restaurandas profecti, amotis Arianis, catholicos vbique locorum substituerunt. Plura de legationibus eorumdem vide apud Gregorium Nyssenum de peregrin. Hieron. Theodor. lib. 5. cap. 4. & in hist. sanct. patrum cap. 3. Gregor. Nazianz. carm. de episc. &c. Baron. ann. 374. num. 35. vsque ad 55.

Anno Christi 374.

Qua ratione schisma Antiochenæ ecclesiæ sublatum fuerit.

Theodoretus hoc Concilio gestas falso congerit.

Fidei regula in hac Synodo.

ANNO CHRISTI 381.



Η ΑΓΙΑ ΠΡΩΤΗ
ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ
ΣΥΝΟΔΟΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΔΕΥΤΕΡΑ.

CONCILIVM PRIMVM
CONSTANTINOPOLITANVM
GENERALE SECVNDVM.

HISTORIA CONCILII CONSTANTINOPOLITANI PRIMI.

QVARTO *post Sardicensem Synodum anno, Constante* [a] *imperatore, cuius principatus orthodoxis pastoribus asylum semper ac murus fuerat aduersus Arianos furores & incursus, in Galliis Magnentii dolis extincto, Constantius fratris siue beneuolentia, siue metu tamquam repagulis solutus, & ad ingenium reuersus, quidquid contra ecclesiam irarum velut aquarum æstuoso gurgite collegerat inuitus, non magis sacrilege, quam impudenter effudit. Quod nihil attinet aliis explicare verbis, quam Hilarii* [b] *Pictauiensis episcopi, qui eius temporis colluuionem vt fortissime pertulit, ita & infectatus est acerrime. Proclamo, inquit, tibi Constanti, quod Neroni locuturus fuissem, quod ex me Decius & Maximianus audirent: contra Deum pugnas, contra ecclesiam sæuis, sanctos persequeris, prædicatores Christi odis, religionem tollis, tyrannus non iam humanorum, sed diuinorum. Hæc tibi a me atque illis socia atque communia sunt: at vero nunc propria tua accipe. Christianum te mentiris, Christi nouus*

[a] Socrat. lib. 2. cap. 20. & 21. Theod. lib. 2. c. 13. Sozom. lib. 4. ca. 1. & 2.

[b] Hilar. in lib. contra Constan.

hostis es: antichristum præuenis, & arcanorum mysteria eius operaris. Condis fidem, contra fidem viuens: doctor profanorum es, indoctus piorum: episcopatus tuis donas, bonos malis demutas; sacerdotes custodiæ mandas; exercitus tuos ad terrorem ecclesiæ disponis; Synodos contrahis, & occidentalium fidem ad impietatem compellis: conclusos vrbe vna minis terres, fame debilitas, hieme conficis, dissimulatione deprauas: orientales autem dissensiones artifex nutris, blandos elicis, fautores instigas, veterum turbator es, profanus nouorum es: omnia sæuissima sine inuidia glorioſarum mortium peragis. Nouo inauditoque ingenii triumpho de diabolo vincis, & sine martyrio persequeris. Plus crudelitati vestræ Nero, Deci, Maximiane debemus: diabolum enim per vos vicimus. Sanctus vbique beatorum martyrum sanguis exceptus est: dum in his dæmones rugiunt, dum ægritudines depelluntur, dum admirationum opera cernuntur, eleuari sine laqueis corpora, & suspensis pede feminis vestes non defluere in faciem, vri sine ignibus spiritus, confiteri sine interrogantis incremento fidei. At tu omnium crudelitatum crudelissime damno maiore in nos, & venia minore desæuis. Subrepis nomine, blandimento occidis, specie religionis impietatem peragis, Christi fidem Christi mendax prædicator extinguis. Non relinquis saltem miseris excusationes, vt æterno iudici suo pœnas, & aliquas laniatorum corporum præferant cicatrices, vt infirmitas defendat necessitatem. Sceleſtissime mortalium, omnia persecutionis mala ita temperas, vt excludas & in peccato veniam, & in confessione martyrium. Sed hæc ille patertuus artifex humanarum mortium docuit, vincere sine contumacia, iugulare sine gladio, persequi sine infamia, odire sine suspicione, mentiri sine intelligentia, profiteri sine fide, blandiri sine bonitate, agere quod velis, nec manifestare quæ velis. hæc Hilarius. Sic itaque sæuiente Constantio, ex Arianæ sectæ stipite, quam vt Babylonicam arborem Nicæna ac Sardicensis securis succidisse videbatur, complures rami, tres potissimum pullularunt. Quorum primus Macedonius fuit, quem, eiecto [c] *Paulo Alexandri successore, Constantinopolitanæ ecclesiæ præfecerat Constantius. Is primum nihil aliud quam Arium sapiebat. Verum in episcopatu administrando non modo apud catholicos, quos tunc ab Homousio Homousianos cognominabant, ob summam in eos* [d] *crudelitatem, sed etiam apud Arianos episcopos, præsertim Acacium & Eudoxium, ob immania scelera magnam sibi constauit inuidiam, ipsi etiam inuisus Con-*

Anno Christi 381.

Dan. 4.

[c] Socrat. lib. 2. ca. 10. 12. & 22. Sozom. lib. 3. c. 6. & 8. & lib. 4. c. 2. Theod. lib. 4. hæret. fab. c. de Macedon.

[d] Socrat. lib. 2. c. 22. 30. & 34. Sozom. lib. 4. c. 23. & 25.

ANNO CHRISTI 381.

stantio, quod eo inscio Constantini patris ossa in ecclesiam Acacii martyris transtulisset, idque tanta populi seditione, vt occisorum ciuium sanguine templi vestibulum redundarit. Cum vero Eudoxius [c] *Constantinopolitanæ ecclesiæ oculos adiecisset, imperatoris abusus indignatione, Acacianis ipsis adiuuantibus, Macedonio episcopalem adimit dignitatem, ademptam arroganter inuadit. Macedonius rem indigne ferens, ab* [f] *Acacianis ad Semiarianos conuersus, vt ab eis iniret gratiam,* [g] *Homœousii vocem cœpit vsurpare, cum ad eam vsque diem in altera Arianorum factione constitisset, quæ Filium Patri non ὁμοιούσιον, hoc est similis cum illo substantiæ, sed ὅμοιον dumtaxat, id est similem, Acacio duce contendebat: cuius rei causam* [h] *percunctantibus orthodoxis, Macedoniani per Sophronium Pompeiopolis Paphlagoniæ episcopum ita responderunt: Homousion respuimus, ne Patris & Filii hypostases cum Sabellio confundamus: detestamur & eos qui inter Patrem & Filium substantiæ dissimilitudinem prædicant: nam plus nimio vnum ab altero diuellunt ac distrahunt. Inter hos extreme dissidentes mediam nos viam tenemus, Filiumque Patri credimus similis esse substantiæ. Hæc illi. Verum elato ac turgido vir ingenio Macedonius, parum ducens aliena inuenta sequi, nisi sectæ alicuius principatum obtineret, nouam hæresim exorsus, in* [i] *Spiritum sanctum furere cœpit, eumque contendebat nihil ad Patris ac Filii diuinitatem & gloriam pertinere: ex quo Macedoniani tum Pneumatomachi, hoc est, Spiritus sancti oppugnatores, tum etiam Semiariani dicti sunt. At non longe post, cum Valens* [k] *imperator nec Homœousion pati posset; Macedoniani ab eo plus quam credidissent vexati, ad Romanam communionem confugere, & per legatos coram Liberio pontifice iurarunt in Homousion: tametsi postea cum Gratianus* [l] *Augustus sub sui principatus initium, liberam fidem populis concessisset, velut lutulentæ sues, ac rabidæ canes, ad lutum & vomitum rediere: nam impunitatis occasione arrepta episcopi Macedoniani, Antiochiæ Cariæ cõgregati, Filium non Homousion sed Homœousion pronuntiarut. Aliqui* [m] *tamen eorum recte de Filio sentiebant, quamuis Spiritus sancti diuinitatem omnes impugnarent. Atque hoc primum, tamquam lolium, ex Ariana segete proseminatum est.*

Alterum fuit Aetius, qui ob insignem [n] *impietatem ἄθεος dictus est, diaconatu initiatus a Georgio* [o] *Arianorum & Meletianorum episcopo. De huius autem ruditate atque inscitia ita*

[c] Socrat. lib. 2. c. 34. Theodor. lib. 2. cap. 27. Sozom. lib. 4. cap. 25.

[f] Nicetas Choniat. mss. lib. 6. Thesauri.

[g] Socrat. lib. 2. cap. 35. Sozom. lib. 4. cap. 26. Theod. lib. 4. hæret. fabul. cap. de Macedonian. etsi male apud Socrat. ὁμοούσιον legitur, pro ὁμοιούσιον.

[h] Socr. lib. 3. ca. 8.

[i] Socrat. Sozo. Theodor. vbi supra.

[k] Socrat. l. 4. c. 11. & seqq. Sozom. lib. 6. c. 10.

[l] Socrat. lib. 5. cap. 4. Sozom. lib. 7. cap. 2.

[m] Epiphan. hæresi 74. August. hæresi 52. Nazianz. orat. 44.

[n] Sozom. lib. 4. c. 28. Socrat. lib. 2. c. 28.

[o] Epiphan. hære. 76.

ANNO CHRISTI 381.

scribit Epiphanius: Hic Aetius etiam secundum mundanam doctrinam ineruditus erat usque ad perfectam suam ætatem, velut fama refert. Ceterum digressus in Alexandriam, operam dedit Aristotelico cuidam philosopho ac sophistæ: & cum sane dialecticas argutias ex illo didicisset, nihil aliud cogitauit, quam quomodo effingeret de Deo Verbo expositionem: & hanc rem attentius aggrediebatur, a summo mane & perpetuo usq; ad vesperã in hoc desidens. dico autem in hoc, vt per geometriam quamdam & figuras de Deo diceret ac decerneret, docens ac degens velut summus Arianus. Et cum Arii furiosam doctrinã haberet, amplior pernicies euasit per illorum conuersationem, & contra Filiũ Dei, & contra Spiritum sanctum linguam suam quotidie exacuit. hæc Epiphanius. Eamdem vero sophisticam captiosamque argumentandi artẽ tradidit Eunomio auditori suo: qui cum magistro esset audacior, & ad loquendum proiectior, causam dedit, vt eorum secta Eunomiana cognominaretur. Hi vero [p] *non modo Homousion, sed Homœousion etiam respuebant: itaque Heterousion induxere, hoc est, Patri Filium alterius esse substantiæ docuerunt. Eunomius adhuc clarius, inquit Theodoretus, Filium primam & eximiam Patris creaturam esse dicebat: Spiritum autem sanctum ante alias creaturas esse a Filio fabricatum. Tametsi de baptismo etiam delirabat: nam illos tantum admittebat, qui iterum baptismo initiarentur, quem non iuxta formulam apostolis a Christo traditam, in Patris & Filii & Spiritus sancti nomen, sed in Christi mortem conferebat: aliaque id genus effutiit. Ab ea* [q] *vero, quam profitebantur, dissimilitudine inter Patrem & Filium, Aetius, Eunomius, eorumque sectatores, Anomiani, seu Anomœi dicti sunt. Atque hoc secundum prodiit ex Arianismo portentum.*

[p] Socrat. lib. 2. c. 28. Theod. lib. 2. c. 27. & 28. & lib. 4. fab. hæret. c. de Aetio & Eunomio. Sozom. lib. 6. c. 26. & 27. lib. 7. c. 6. & Epiphan. vbi supra. *Matth. 28.*

[q] Sozom. lib. 6. c. 26. Epiphan. vbi supra.

Tertium vero ex Ariminensi [r] *Conuentu Valentis & Vrsacii fraudibus erupit. qui cum Filium Deum ex Deo, & Patri similem, nec creaturam, vt sunt ceteræ creaturæ, conclamassent, catholicos episcopos fefellere. Sonabant (inquit* [r] *Hieronymus) verba pietatem, & inter tanta illa præconia nemo venenum insertum putabat. De Vsiæ vero nomine abiiciendo verisimilis ratio præbebatur: Quia in Scripturis, aiebant, non inuenitur, & multos simpliciores nouitate sua scandalizat, placuit auferri. non erat curæ episcopis de vocabulo, cum sensus esset in tuto. Hæc Hieronymus. Hausit eam pestem* [s] *Constantius, & mordicus retinuit. Itaque, inquit Theodoretus, legem tulit, quæ prohibebat, vt*

[r] Socrat. lib. 2. c. 29. Theod. lib. 2. c. 18. & seqq. Sozo. lib. 4. c. 16. & seqq.

[r] In dial. aduersus Luciferian. τόμος.

[s] Theod. lib. 2. cap. 27. & lib. 4. hæret. fab. c. de Eunom. & Aetio. Hilar. ad Constant. & de Synod Athanas. epist. ad solit. vit. agen. Sozom. lib. 6. c. 26.

neque

ANNO CHRISTI 381. *neque Homousion, neque Heterousion auderet aliquis dicere Filium Dei. non enim fas esse dicebat, Dei substantiam scrutari: in omnibus autem eum Patri similem iussit dicere. Neque vero in hac similitudine asserenda cum Macedonianis conueniebat. Hi namque aiebant, Filium similem esse Dei substantiæ: ille vero nequaquam similem substantiæ Dei, vel Deo, sed Patri: inter quæ quantum interfit, quidam huius sectæ non ignarus Hilario* [u] *percunctanti explicuit his verbis: Dico Filium dissimilem Deo esse, similem Patri posse intelligi, quia Pater voluisset creaturam istiusmodi creare, quæ similia sui vellet: & idcirco similem Patri esse, quia voluntatis esset potius Filius, quam diuinitatis: dissimilem autem Deo esse, quia neque Deus esset, neque ex Deo, id est de substantia Dei, natus esset. Qua insania dum fureret Constantius, ferre non poterat eos, qui vllo modo Vsiæ nomen vsurparent. Ac primum in Homousianos draco iste vsqueadeo desæuiit, vt persecutionis cauda tertiam stellarum partem traxerit. Deinde nec Heterousion passus, illius inuentores* [x] *Aetium & Eunomium abegit in solitudinem, vnum quidem Phrygiæ, alterum Pamphyliæ: idem facturus & Eudoxio, qui a multis credebatur re vera primus monstrum istud peperisse, nisi veritus ille iram Constantii, Heterousii originem in Aetium reiecisset.*

[u] Hilar. lib. contra Constant. *Apoc.* 8.

[x] Theod. lib. 2. cap. 27. & lib. 4. hæret. fab. c. de Aetio & Eunom. Sozom. lib. 6. cap. 26. & 27.

Hæ tres igitur hæreses, velut emissæ ab vna cauea feræ, imperante Constantio, vineam Domini demoliri ac perdere non desinebant: vt interea sileatur de [y] *Photino, quem cum Paulo Samosatensi & Sabellio sentientem Sirmiensis Synodus condemnauit: &* [z] *de Apollinari, qui Christo Domino carnem affingebat e cælo atque ex sinu Patris decerptam, & quidem mentis ac rationis expertem. nam mentis vices ac partes Dei Verbum expleuisse, & diuinitatẽ in triduo mortuam iacuisse iactabat. item de Lucifero Calaritano episcopo, qui exilium fortiter tulit pro Nicæna fide; sed mox catholicis quibusdam episcopis ita succensuit, vt ab ecclesia recesserit. tanti viri casum pie defleuit* [a] *Hieronymus. & tandem de aliis, qui tam pugnantibus inter se placitis, & per breuia interstitia facile variantibus, inconsutilem Christi tunicam lacerabant, vt auctore* [b] *Hilario, facta fuerit fides temporum, non euangeliorum. Atque hæ variorum dogmatum pestes sub Constantio, aut paulo post eius excessum coortæ, ad Theodosii vsque principatum longe lateque peruagatæ sunt. Nam* [c] *Iulianus, quamuis episcopos a Constantio relegatos ad*

[y] Socrat. lib. 2. cap. 24. Sozom. lib. 4. cap. 5.

[z] Gregor. Nazian. epist. ad Nectar. Socrat. lib. 2. cap. 36. Sozom. lib. 6. cap. 25. & 27.

[a] In dial. aduerf. Luciferian.

[b] In lib. ad Constant. Auguft.

[c] Hieron. in dial. contra Lucifer. Socra. lib. 3. ca. 1. Theod. li. 3. ca. 4. Sozom. li. 5. ca. 5.

ANNO CHRISTI 380.

ſuas eccleſias redire iuſſerit, vt populorum iniret gratiam: de vera tamen religione, quæ tot laborabat modis, non conſtabilienda, ſed euertenda potius cogitabat. Iouianus[d] *orthodoxam pietatem colere potius ipſe potuit, quam ſeptimeſtri imperio a tot procellis ac fluctibus vindicare. Valentinianus*[e] *& ipſe Homouſii fidem incenſis ſtudiis in occidente tutatus eſt: ſed occidentali imperio, & gerendo cum Sauromatis bello diſtentus, orientis gubernacula Valenti fratri Ariano credidit, cuius plusquam barbaram feritatem Gregorius Nazianzenus, eorum temporum calamitatem cum Baſilio conſtantiſſime perpeſſus, breuiter perſtringit his*[f] *verbis: Cum illuſtria fuerint prima Valentis facinora, tum vero illuſtriora ea certamina extiterunt, quæ poſtrema aduerſum nos habuit. Quænam autem prima dico? Exilia, fugæ, bonorum proſcriptiones, inſidiæ tam apertæ, quam obſcuræ; verborum illecebræ, vbi offerebatur occaſio; vis, vbi verborum blanditiis efficere nihil poterat. Alii ab eccleſiis exturbabantur, quicumque ſcilicet fidem orthodoxam ac noſtratem profitebantur: alii introducebantur, nempe qui peſtiferam perditamque imperatoris religionem tenebant, qui impietatis chirographa exigebant, qui his etiam atrociora ſcribebant. Adde preſbyteros in mari deflagrantes: adde impios & nefarios belli duces, non Perſas ſuperantes, non Scythas in ditionem redigentes, non aliam quamdam barbaram gentem repurgantes; ſed eccleſiis bellum inferentes, in altaribus ſaltitantes, & incruenta ſacrificia hominum & victimarum cruore fœdantes, ac virginum pudorem per ſummam contumeliam violantes. hæc Gregorius.*

Verum poſtquam Valens victus a Gothis[g] *& combuſtus, meritas ſacrilegiorum ſuorum pœnas luit, Gratianus Auguſtus Theodoſium, quo duce patrui cædem vltus, Gothos ad internecionem profligarat, imperii collegam*[h] *adſciuit, totique præfecit orienti. Is Homouſianæ fidei religioſiſſimus cultor, Theſſalonicæ*[i] *baptizatus, publico cauit*[k] *edicto, vt vniuerſæ gentes in eam fidem, quam de Patris & Filii & Spiritus ſancti vna diuinitate ab apoſtolo Petro Romanis traditam, Damaſus pontifex prædicabat, ſublatis diſſidiis, & quæ in foro haberi ſolebant ea de re diſceptationibus, conuenirent. Mox Conſtantinopolim profectus, vt œcumenici*[l] *Concilii præſidio damnatis hæreſibus, in vnam rectamque fidem conſociaret eccleſias, centum & quinquaginta*[m] *catholicæ communionis epiſcopos, Eucherio & Syagrio coſſ. euocauit, non ſine Damaſi ſummi pontificis auctoritate: quod*

[d] Socr. li. 3. c. 20. & ſeq. Theod. lib. 4. ca. 2. 3. & 4. Sozom. li. 6. ca. 3. & ſeq.

[e] Socr. li. 4. ca. 1. Theod. li. 4. ca. 5. 11. & 12. Sozom. lib. 6. ca. 6. & 36.

[f] Oratione 20. in laudem Baſilii, circa med.

[g] Hieron. in chron. Socrat. lib. 4. cap. 30. Theod. lib. 4. cap. 31. Sozom. lib. 6. cap. 4.

[h] Socrat. l. 5. c. 2. Theod. li. 5. ca. 5. & 6. Sozom. lib. 7. cap. 2.

[i] Sozom. lib. 7. c. 4. & 6. Socrat. lib. 5. cap. 6.

[k] lib. 1. C. de ſum. Trin. & fid. cat.

[l] Socr. li. 5. cap. 8. Sozom. li. 7. c. 5. & 7. Theod. lib. 5. cap. 8.

[m] Socr. vbi ſupr. Soz. lib. 7. cap. 7. Theod. li. 5. ca. 7. Marcellin. Comes in chron.

ANNO CHRISTI 381.

tum ex antiquis Romanæ ecclesiæ monumentis colligere licet, tum ex his quæ in Concilio Calchedonensi actione prima contra Dioscorum obiecta fuerunt his verbis: Synodum ausus est facere sine auctoritate sedis apostolicæ, quod nunquam licuit, nunquam factum est: tum etiam, quod ipsemet Damasus [n] testatur nullius esse momenti decreta eius Synodi, cui ipse assensum non præbuisset; cum ecclesiasticus [o] Canon prohiberet, ne absque Romani pontificis auctoritate ecclesiis decreta sancirentur. Inter multos vero eximiæ probitatis viros, qui huic Synodo interfuerunt, numerantur in primis Helladius [p] Cæsariensis episcopus, Basilii magni successor: Pelagius [q] Laodicensis, quem ob Nicænam fidem Valens in Arabiæ saltus [r] relegarat: Amphilochius [s] Iconii in Lycaonia episcopus, qui annos non paucos in solitudine transegerat, Basilii & Gregorii [t] socius: Martyrius [u] episcopus Marcianopolitanus, Cyrillus [x] Hierosolymitanus, qui multis conflictatus ærumnis ob Homousii fidem, egregias cum Arianis obierat dimicationes: Gelasius [y] Cæsareæ Palæstinæ episcopus, morum scientiæque fama clarissimus: Acholius [z] Thessalonicensis, qui Theodosium per baptismi gratiam Christo regenerauit: vtque Isidorum [a] Cyrensem, Eulogium [b] Edessenum, aliosque imperiali sanctione [c] commendatos prætereamus, tres claruere præceteris: vnus fuit Gregorius [d] Nyssenus, magni Basilii frater, eidemque non magis consanguinitate, quam eximiæ pietatis doctrinæque laude coniunctus: alter fuit [e] Meletius Antiochenus, admirabili virsanctitate, quæ sub Valentis tyrannide ærumnis, exilio, variis etiam catholicorum contentionibus, crebrisque miraculis illustrata resplenduit. Illum Theodosius adhuc priuatus cum vidisset in somnis, paludamento & corona, insignibus imperii, ab eo donari visus est. Itaque cum ex specie, quam animo retinebat, eum agnouisset in Concilio, mirifice recreatus, honorifico sanctissimi viri complexu vix expleri posse videbatur. tertius fuit sanctus Gregorius Nazianzenus, clarissimum ecclesiæ lumen, qui [f] cum Constantinopolitanam ecclesiam a Macedonio, Eudoxio, Demophilo, Arianis episcopis, quorum vnus alteri successerat, quadraginta circiter annis labefactatam, variisque errorum fluctibus æstuantem cerneret, orthodoxorum episcoporum studiis ac suffragiis incitatus, ad eam regendam ac densissimis frutetis & vepribus, quæ apostolicam sementem pene oppresserant, expurgandam accessit. Docebat tunc Gregorius in ecclesia [g] perexigua, ad quam postea impp. pietatis studio accensi amplis-

[n] Theod. lib. 2. cap. 22.
[o] Socr. lib. 2. c. 5. & 13. Sozom. lib. 3. cap. 9.
[p] Theod. l. 5. c. 8. Socrat. li. 5. ca. 8. Soz. lib. 7. ca. 9.
[q] Idem vbi supr.
[r] Theod. lib. 4. cap. 12.
[s] Theod. lib. 5. cap. 8. Socr. & Sozo. vbi supr.
[t] Gregorius Nazian. epist. 12. & 13.
[u] Sozom. ibid.
[x] Socr. lib. 5. c. 8. Theod. lib. 5. c. 8.
[y] Theod. ibid.
[z] Socrat. lib. 5. cap. 6. & 8.
[a] Theod. ibid.
[b] Theod. ibid.
[c] l. 3. lib. 1. 6. tit. I. C. Theod.
[d] Theod. & Socrat. lib. 5. cap. 8. Sozom. l. 7. c. 9.
[e] Theod. lib. 5. ca. 6. & 7. Socr. lib. 5. cap. 8. & 9. Sozom. li. 7. c. 8. & 10. Gregor. Nazian. in carm. de vita sua.
[f] Greg. Nazian. ibid. Greg. presbyt. in vita Gregorii Nazianz. Socr. lib. 4. c. 21. & lib. 5. cap. 5. & 7. Sozom. lib. 6. cap. 17. & lib. 7. cap. 5. Theod. lib. 5. cap. 8.
[g] Socrat. l. 5. c. 7. & Soz. lib. 7. c. 5.

ANNO CHRISTI 381.

simum templum, Anastasiam nomine, adiecerunt, quod eo in loco Nicæni Concilii fides hominum improbitate collapsa, reuixerit. Diuturnis autem laboribus exantlatis, multos passus Arianorum conflictus, tandem ne catholicorum quidem effugit inuidiam. Ægyptii [h] *namque episcopi Maximum philosophum Cynicum, postea Apollinaris præstigiis excæcatum, cuius fuerant corrupti pecuniis, in illius locum tumultuariis suffragiis suffecerunt. Cessisset statim Gregorius, & in optatissimam quietem lubenti animo rediisset, nisi piorum precibus fere inuitus detentus fuisset. Quin etiam non multo post Meletius, ceterique episcopi, qui ad generale Concilium hanc etiam ob causam conuocati fuerant, vt Constantinopolitanæ ecclesiæ, sedatis tumultibus, pacem conciliarent, cum probe nossent, quam legitime Gregorius eam ecclesiam regendam suscepisset, & quam salutaribus præceptis atque institutis informasset regiam ciuitatem inter tot hæreticorum procellas fluctuantem, Maximo* [i] *Cynico e sacris ædibus exturbato, eiusque actis omnibus abrogatis, illum in suscepto regimine confirmarunt. Sed paulo post mortuo Meletio, &* [k] *a Gregorio Nysseno funebri oratione laudato, cum videret Gregorius furere magis in dies Ægyptios, habita oratione ad centum quinquaginta patres, sponte dimissionis libellum petiit, & se* [l] *episcopali munere abdicauit. Substitutus in eius locum fuit tam imperatoris studio, quam vniuersæ Synodi sententia, Nectarius Tarsensis, illustri loco natus, senatorii ordinis, tunc etiam prætor, ætate grauis, & honestissimis moribus. In eam vero electionem tam concordibus animis itum est ab episcopis, qui grauiter antea dissidebant, vt eum locum, in quo rebus pax reddita fuit, Concordiam nominarint. Maximo itaque eiecto, mox Concilii patres ad ecclesiam variis hæreseon laqueis extricandam, animum adiecere. Aduocauerat autem in Synodum Theodosius episcopos etiam Macedonianos* [m] *numero triginta sex, duce Eleusio Cyziceno, quod futurum speraret, vt pro ea, quam cum Liberio societatem inierant, in Homousion conuenirent: quod cum illi nunquam se admissuros professi palam essent, e Synodo recessere. Patres vero post legitimas de orthodoxis dogmatibus disputationes, Eudoxianis,* [n] *Eunomianis, Macedonianis, Pneumatomachis, Sabellianis, Marcellianis, Photinianis, Apollinaristis anathema dixerunt: editaque fidei formula, quam Gregorius* [o] *Nyssenus Synodi auctoritate conscripsit, non solum Patris & Filii, sed & Spiritus sancti gloriam vnam, maiestatem*

[h] Greg. Nazian. Socr. Theod. Sozom. & Greg. presb. vbi supra.

[i] Concil. Constant. Can. 6. Sozom. l. 7. c. 9.

[k] In funere Meletii.

[l] Soc. & Theod. l. 5. c. 8. Sozom. lib. 7. c. 8.

[m] Damascen. li. 3. de imagin.

[n] Socr. lib. 5. c. 8. Sozom. l. 7. c. 7.

[o] Can. 1.

ANNO CHRISTI 381. parem, indiuiſam ſanxere ſubſtantiam. Qua fide ſanctiſſime explicata, & nonnullis [p] decretis quæ ad eccleſiæ pacem & epiſcoporum concordiam ſpectare videbantur, adiectis, domum rediere. Imperator [q] autem ſeueriſſimis cauit legibus, vt quicumque a Nicæno, Conſtantinopolitanoque ſymbolo diſſentirent, epiſcopatibus ſpoliarentur; nec modo non proueherentur ad alios, ſed ab eccleſiis, ab vrbium mœnibus, ab hominum conſortio pellerentur. Qua [r] de cauſa cum per ciuitates tumultuarentur hæretici, apertiſque odiis ac ſeditionibus omnia permiſcerent, Theodoſius in eccleſiæ pacem reſarciendam intentiſſimus, acceptis a Damaſo literis, quibus orientales epiſcopos ad Romanam Synodum ex toto orbe terrarum cogendam [s] inuitabat, ſuæ ditionis epiſcopos, cuiuſcumque religionis ac ſectæ forent, iterum Conſtantinopolim conuenire iuſſit. V bi conuenere, ex Nectarii [t] conſilio interrogat Arianos, Eunomianos, Macedonianos, velintne acquieſcere ſanctis eccleſiæ doctoribus, qui antequam eorum hæreſes erumperent, de recta in Deum fide diſputarant. Collaudant aliqui imperatoris conſilium ac mentem: improbant alii, non tam veterum doctrina patrum, quam dialecticorum captionibus laqueiſque conſiſi: dumque inter ſe litigant atque altercantur, imperat Theodoſius ſectarum principibus, vt ſuam ſinguli fidem referant in libellos: quibus ſtata die acceptis ac perlectis, diuinæ ſapientiæ lucem in re tam ardua ſuppliciter implorat: reliquis tandem damnatis, ac palam concerptis libellis, Homouſianam fidem, vt optimam atque apoſtolicam, comprobat. Conſternati diſcedunt hæretici, a ſuis etiam exagitati clientibus ob mutuam inter ſeipſos diſſenſionem, quæ eorum cauſam deſpicabilem fecerat, & malæ ſuſpicionis.

Hic Romanam profectionem ex Damaſi [u] præſcripto epiſcopis denuntiat imperator. Illi, cum greges ſuos, præſertim quos ab Arianis tenebris & voragine nuperrime liberarant, inter tot hæreticorum turbas atque inſidias deſerendos eſſe non putarent, tres epiſcopos, Cyriacum, Euſebium, Priſcianum legatos Damaſo miſerunt cum ſynodicis literis, quibus & cauſas, cur ad Vrbem vocati non adiiſſent, explicarunt, & œcumenicæ Synodi, quam anno ſuperiore Conſtantinopoli celebrarant, acta Romano pontifici recognoſcenda obtulere: quæ [x] ab eo confirmata ſunt. Quo ex tempore ea tamquam per apoſtolicam ſedem approbata, ſummæ ſemper venerationi fuere. Itaque in Concilio Calchedonenſi act. iiij Paſchaſinus, Lucentius & Bonifacius

[p] Niceph. li. 12. cap. 13.

[q] Theod. lib. 5. cap. 8.

[r] C. Theod. lib. 16. tit. 1. lib. 3. & tit. 5. l. 6. & 14.

[s] Soct. l. 5. c. 10. Sozom. lib. 7. c. 12. Theod. lib. 5. c. 8. & 9.

[t] Theod. ibid. Socr. l. 5. c. 10. Sozo. li. 7. c. 12.

[u] Theod. lib. 5. cap. 9.

[x] Photius epiſt. ad Michael. Bulg. de ſeptem Synod. c. 2.

ANNO CHRISTI 381.

apostolici legati nomine Leonis papæ, regulam fidei a Nicænis & Constantinopolitanis & Ephesinis patribus expositam, palam profitentur: quibus & tota Synodus assensit. Item in act. V. sic habetur: Definimus igitur, ordinem & omnes formulas custodientes, quæ de fide sunt constitutæ, & nos a Synodo quondam in Epheso facta, cuius præsides fuerunt sanctissimæ memoriæ Cælestinus Romanorum, & Cyrillus Alexandrinorum, præfulgere quidem rectæ & immaculatæ fidei expositionem sanctorum & beatissimorum trecentorum decem & octo patrum, qui in Nicæa temporibus piæ memoriæ Constantini imper. congregati sunt; seruari autem & ea, quæ apud Constantinopolim a sanctis centum quinquaginta patribus decreta sunt, ad expellendas quidem omnes germinantes hæreses, & ad confirmationem eiusdem catholicæ & apostolicæ nostræ fidei. Atque hæ duæ actiones Calchedonenses referuntur & approbantur in Synodo V. Constantinopolitana, collatione VI. vbi & bis symbolum decantatur, semel iuxta formulam Nicænam, iterum iuxta Constantinopolitanam explicationem. Ad hæc in Lateranensi Concilio sub Martino primo, consult. IV. Constantinopolitanum symbolum principio recitatur, tamquam fidei fundamentum: qui mos acritus ad posteriores Synodos manauit. Sed & Concilium Toletanum III. Canone II. Pro reuerentia, inquit, sanctissimæ fidei, & propter corroborandas hominum inualidas mentes, consultu piissimi & glorioſissimi Reccaredi regis, constituit Synodus, vt per omnes ecclesias Hispaniæ & Galleciæ, secundum formam orientalium ecclesiarum, Concilii Constantinopolitani, hoc est, centum quinquaginta episcoporum, symbolum fidei recitetur, & priusquam Dominica dicatur oratio, voce clara populo prædicetur; quo & fides vera manifestum testimonium habeat, & ad Christi corpus & sanguinem prælibandum pectora populorum fide purificata accedant. Romani etiam pontifices in fidei professione inter œcumenicas Synodos Constantinopolitanam secundo loco semper reponunt: quo in genere S. Gregorius[y] ait: Præterea quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, sicut sancti euangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere & venerari me fateor; Nicænum scilicet, in quo peruersum Arii dogma destruitur: Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonii error conuincitur: Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur: Calchedonense vero, in quo Eutychetis,

[y] Lib. 1. epist. 24. *Rom.* 10. v. 10.

ANNO CHRISTI 381. *Dioscorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione custodio; quia in his velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit. Atque hæc de fide & symbolo Constantinopolitano dicta sint. nam Canonum longe alia ratio est. Romana autem ecclesia (inquit sanctus*[z] *Gregorius) eosdem Canones, vel gesta Synodi illius hactenus non habet, nec accepit: in hoc autem eamdem Synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum. Reliquas vero hæreses, quæ illic memoratæ sunt, ab aliis iam patribus damnatas reprobat. Ea vero diuersitas accidit in primis ob quintum Canonem, qui huic Concilio communiter adscribitur, in quo aduersus Nicænam sanctionem Constantinopolitano episcopo secundus a Romano pontifice locus & honor defertur: id quod impugnant acerrime Leo*[a] *primus, Nicolaus*[b] *primus, Leo*[c] *nonus; tametsi postea Canon ille Constantinopolitanus vsu quodam & tacito Romanæ sedis consensu confirmatus, &* ab[d] *Innocentio III. renouatus fuerit in Lateranensi Concilio.*

[z] Lib. 6. epist. 31.

[a] Epist. 31. ad Anatolium. Epist. 52. ad Marcianum. & epist. 53. ad Pulcher.

[b] Epist. ad Michael. imp.

[c] Epist. ad Michael.

[d] c. antiqua. de priuilegiis.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ

SANCTI GREGORII NAZIANZENI

ΣΩΤΑΚΤΗΘΕΙΣΑ ΕΙΣ ΠΛΗΘΟΣ ΕΚΑΤΟΝ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΛΟΓΟΣ ΙΘ.

ORATIO

In præsentia centum quinquaginta episcoporum habita.

ΠΩΣ ὑμῖν τὰ ἡμέτερα, ὦ φίλοι ποιμένες καὶ συμποίμενες; ὧν ὡραῖοι μὲν οἱ πόδες, εὐαγγελιζομένων εἰρήνην καὶ ἀγαθά, μεθ' ὧν ἐληλύθατε· ὡραῖοι δὲ τὰ πρὸς ἡμᾶς, οἷς εἰς καιρὸν ἐληλύθατε· οὐχ ἵνα πρόβατον πλανώμενον ἐπιστρέψητε, ἀλλ' ἵνα ποιμένα ἔκδημον ἐπισκέψησθε. πῶς τὰ τῆς ἐκδημίας ὑμῖν ἔχει τῆς ἡμετέρας; καὶ τίς ὁ παὼν τῆς καρπός, μᾶλλον δὲ τὸ ἐν ἡμῖν πνεῦματος, ᾧ

QVO pacto res nostræ vobis se habere videntur, o cari pastores & collegæ? quorum & specioſi pedes sunt annuntiantium pacem & bona, cum quibus huc venistis; & quantum ad nos attinet, specioſi, vtpote ad quos opportune vos contulistis, non vt errãtem ouem in viam reducatis, verum vt pastorem peregre agentem inuisatis. Quo pacto peregrinatio nostra iudicio vestro se habet? Et quis huius fructus, vel (vt rectius loquar) spiritus in nobis habitan-

tis, quo & ſemper mouemur, & nunc moti ſumus, nihil proprium habere cupientes, nec fortaſſe habentes? Vtrum tandem per voſmet ipſi intelligitis & percipitis, ac benigniores rerum noſtrarum cenſores eſtis? an contra nobis faciendum eſt, vt quemadmodum qui militaris imperii, aut gubernationis popularis, aut pecuniarum adminiſtrationis ratione expoſcuntur, ſic nos quoque eorum quæ a nobis adminiſtrata ſunt, rationes publice vobis reddamus? Nec enim ſubire iudicium erubeſcimus, quandoquidem etiam viciſſim iudicamus: atque vtrumque cum pari caritate. Vetus autem hæc lex eſt. Nam etiam Paulus euangeliũ cum apoſtolis communicabat; non vt ambitioſe ſe oſtentaret (procul enim ab omni gloriæ cupiditate remotus eſt ſpiritus) ſed vt vel confirmaretur quod recte & cũ laude gerebat, vel corrigeretur quod officio deerat (ſi quid tamen huiuſmodi erat in iis quæ ab eo dicebantur, vel agebantur) quemadmodum ipſe oſtendit, cum de ſeipſo ad hunc modum ſcribit: *Quoniam & ſpiritus prophetarum prophetis ſubiiciuntur*, iuxta ſpiritus conſtitutionem, omnia recte diſpenſantis & diuidentis. Quod ſi ille priuatim & apud quoſdam, ego autem publice & apud omnes iudicium ſubeo, ne id vobis mirandum accidat. Nam ego ea, quæ ex libera reprehenſione percipitur, vtilitate magis opus habeo, quam ille, ſi qua in re officii partes deſeruiſſe videar; *ne alioqui fruſtra curram, aut cucurrerim*. Nec vero aliter defenſionis munus recte ſuſcipi poteſt, quam ſi apud eos, quibus adminiſtrationis meæ ratio cognita eſt, ſermo habeatur. Quæ igitur eſt noſtra defenſio? Ac ſiquidem falſa, coarguite: ſi autem ve-

1. Cor. c. 14. v. 32.

κινούμθά τε ἀεὶ, καὶ νῦν κεκινημέθα, μηδὲν ἴδιον ἔχλν ὑπεθυμθοῦντες, μήτ' ἴσως ἔχοντες; ἆρά γε σωιέτε παρ' ὑμῶν αὐτῶν, καὶ καλαμανθανέτε, καὶ λογιεῖ τῷ ἡμετέρων ἐσὲ χρησότεροι; ἢ δεῖ, καθάπερ τοῦ στρατηγίας, ἢ δημαγωγίας, ἢ διοικήσεως χρημάτων λόγον ἀπαιτουμθίους, δημοσίᾳ καὶ αὐτοὺς ὑπέχειν ὑμῖν τὰς εὐθύνας ὧν διώκηκαμθ; οὐ γὰρ αἰσχυνόμθα κρινόμθοι, ὅπ καὶ κρίνομθ· εἰ τῷ μέρει· καὶ μᾶ τῆς αὐτῆς ἀγάπης ἀμφότερα. παλαιὸς δὲ ὁ νόμος. ἐπεὶ καὶ Παῦλος τοῖς ἀποστόλοις ἐκοινοῦτο τὸ εὐαγγέλιον, οὐχ ἵνα φιλοδοξήσηται· πόῤῥω γὰρ τὸ πνεῦμα πάσης φιλοδοξίας· ἀλλ' ἵν' ἡ βεβαιωθῆ τὸ κατορθούμθον, ἢ διορθωθῆ τὸ ὑστερούμθον· εἰ ἄρα τι καὶ πιστὸν ἐῶ εἰ τοῖς ὑπ' ἐκείνου λεγομένοις ἢ πραττομθίοις· ὡς αὐτὸς διαβεβαιοῖ πρὸς ἑαυτὸν γράφων· ὅτι καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται, καὶ πάνυ εὐτάξιά τε πάντα καλῶς οἰκονομοῦντος καὶ διαιροῦντος πνεύματος. εἰ δὲ ἐκεῖνῳ μὲν ἰδία καὶ ἔσιν, ἐγὼ δὲ δημοσίᾳ καὶ πᾶσιν ὑπέχω λόγον, μηδὲν θαυμάσητε. καὶ γὰρ χρήζω μᾶλλον ὠφεληθῆναι τῇ τῶν ἐλέγχων ἐλευθερίᾳ, ἢπερ ἐκεῖνος, εἴ τι φαυλότερον ἐλλείπων τοῦ δέοντος· μήπως εἰς κενὸν πρέχω, ἢ ἔδραμον. καὶ ἐκ ἔσιν ἄλλως ἀπολογήσασθαι, ἢ εἰ εἰδότι τοὺς λόγους ποιούμενον. Τίς οὖν ἡ ἀπολογία; καὶ εἰ μὲ ψευδῆς, ἐλέγξατε· εἰ δὲ ἀλη-

Anno Christi 380.

θὴς,

ANNO CHRISTI 381.

θης, μάρτυρήσατε ὑμεῖς, ὑπὲρ ὧν, καὶ ἐν οἷς ὁ λόγος. ὑμεῖς γάρ μοι καὶ ἀπολογία, καὶ μάρτυρες, καὶ καυχήσεως στέφανος, ἵνα τολμήσω κἀγὼ λαβεῖν τῆς τοῦ ἀποστόλου νεανιεύσασθαι. τοῦτο τὸ ποίμνιον ἰῶ ὅτε μικρόν τε καὶ ἀτελὲς ἰῶ, ὅσον ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς· καὶ οὐδὲ ποίμνιον, ἀλλὰ ποίμνης τι μικρὸν ἴχνος, ἢ λείψανον, ἀσύντακτον, καὶ ἀνεπίσκοπον, καὶ ἀόριστον, μήτε νομὴν ἐλευθέραν ἔχον, μήτε μάνδρᾳ περιεχόμενον, πλανώμενον ἐν ὄρεσι καὶ ἀπλαγίοις καὶ πάσῃς ὀπῇς τῆς γῆς, ἄλλο ἀλλαχοῦ διεσπαρμένον τε καὶ διερριμμένον, ὡς ἕκαστον ἔτυχε, σκεπόμενον ἢ νεμόμενον, καὶ διακλέπτον τὴν ἑαυτῆς σωτηρίαν· οἵῳ δὴ ἐκεῖνο τὸ ποίμνιον, ὃ λέοντες ἔξωσαν, ἢ ζάλη διέλυσεν, ἢ σκοτόμαινα διεσκέδασεν· ὃ θρηνοῦσι μὲν πεφῆται, τοῖς τῆς Ισραὴλ ἀπεικάζοντες πάθεσι πεπραγμένοις τοῖς ἔθνεσιν. ἐθρηνήσαμεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ἐφ' ὅσον θρήνων ἐπεφαπτόμεθα ἄξια. τῷ ὄντι γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐξώσθημεν, καὶ ἀπερρίφημεν, καὶ ὄπῃ πῶν ὄρος καὶ βουνὸν διεσπάρημεν, ὡς ἐν ἐρημίᾳ ποιμένος· καὶ πονηρὸς ἐπὶ χθονὸς κατέσχε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ θῆρες ἄπιστοι ἐπεπτώκασιν, ὃ μηδὲ νῦν, μετ' ἀφέσεως, ἡμῶν φειδόμενοι, ἀλλ' ἀναισχυντοῦντες εἰ καὶ τῷ καιρῷ δυνατώτεροι· καὶ σκυθρωπῆς ἐπὶ τοῖς σκοτόμαινα ἐπέλαβε πάντα, καὶ συνεκάλυψε, πολὺ τῆς σύνεσης τῆς Αἰγυπτίων πληγῆς βαρυτέρα, τῇ ψηλαφητῇ λέγω σκότει, ὑφ' οὗ μικροῦ μηδὲ ἀλλήλοις ἰδεῖν ἠδυνήθημεν. καὶ ἵν' εἴπω τι συμπαθέστερον, ὡς

ra, teſtimonio veſtro confirmate; vos, inquam, quorũ cauſa, & apud quos hęc habetur oratio. Vos enim mihi defenſio eſtis, *& teſtes, & gloriæ corona*. liceat enim mihi quoque ex Apoſtoli verbis aliquid audacter vſurpare. Hic grex exiguus quondam erat & imperfectus, quãtum quidem oculorum ſenſu iudicari poterat; ac ne grex quidem, ſed paruum quoddam & tenue gregis veſtigium, aut reliquiæ; incompoſitus, paſtore carens, nullis terminis incluſus, nec paſcui liberi ius habens, nec caula cinctus, oberrans in montibus, in ſpeluncis & cauernis terræ, huc illuc diſperſus atque diſiectus, eoque redactus, vt qua quamque ouem fors tuliſſet, tegeretur ac pabularetur; præclareque ſecum agi duceret, ſi ſalutem ſuam ſubriperet: non ſecus videlicet ac grex ille, quem leones expulerunt, aut tempeſtas diſſoluit, aut caligo diſſipauit, quem & prophetæ lugent, populi Iſraelitici gentibus traditi calamitatẽ adumbrantes: & nos etiam luximus, quamdiu in luctuoſo ſtatu res noſtræ fuerunt. nam ipſi quoque re vera expulſi & proiecti fuimus, atque in montes omnes & colles ob paſtoris inopiam diſperſi; ac dira quædam tempeſtas eccleſiam inuaſit, & horrendæ belluæ in nos impetum fecerunt, quę ne nunc quidem reddita ſerenitate nobis parcunt; verum (qua ſunt impudentia) potentiores eſſe temporis etiam conditione nituntur: atque triſtis quædam caligo cuncta occupauit & contexit, multo ſane nona illa Ægyptiorum plaga, hoc eſt palpabilibus tenebris grauior, præ qua pene nec alii alios videre potuimus. Atque vt aliquid, quod maiorem commiſerationẽ redoleat, dicam,

1. Theſſ. c. 2. v. 10. & 19.

Hebr. v. 11. v. 38.

Ierem. c. 50. v. 17.

Exod. c. 10. v. 22.

ANNO CHRISTI 380.

eo ſcilicet, qui nos afflixit, tãquam parente, fretus; Abraham non cognouit nos, nec Iſrael nos agnouit: at tu pater noſter es; in te oculos coniicimus; præter te alium non nouimus; nomẽn vnum tuum inuocamus. *Propterea cauſam dicam*, inquit Ieremias, *ceterum iudicia loquar ad te. Facti ſumus vt a principio, cum non imperares nobis;* & oblitus es teſtamẽti ſancti tui, ac miſericordias tuas nobis occuluiſti. Propterea opprobriũ facti ſumus dilecto tuo, nos inquam, trinitatis adoratores, perfecti perfectæ diuinitatis clientes & ſupplices, nec eo audaciæ prorumpentes, vt quidquam eorum quæ ſupra nos ſunt, ad nos detrahamus & deiiciamus; nec ita ſuperbi & arrogantes, vt (quod impiæ linguæ, ac deitatis hoſtes faciunt) Dominum in ſeruilem ordinem nobiſcum redigamus: ſed ſcilicet propter alia ſcelera noſtra, & quia non, vt mandatis tuis dignum erat, vitæ noſtræ rationes inſtituimus, verum poſt prauam noſtram mentem & cogitationem ambulauimus (quænam enim alia cauſa proferri poteſt?) hominibus iniquiſſimis, atque omnium quos terra fert, ſceleratiſſimis dediti ſumus. Primus Nabuchodonoſor nos obtriuit, ille inquam, qui ſecutus Chriſtum, aduerſus Chriſtum furore flagrauit; atque ob eam cauſam Chriſtum inuiſum habuit, quia per eum ſalutem conſecutus fuerat; ac ſacros libros cum impiis ſacrificiis commutauit. Deuorauit me, in partes diſtraxit me: contexerunt me tenebræ tenues (vt ne lugens quidem a verbis ſcripturæ recedam:) *Niſi quia Dominus adiuuit me*, atque ipſum (qualia Dei iudicia ſunt!) in Perſidem eiectum, iniquorum manibus, vt mereba-

Iſai. c. 63. v. 16.

Ierem. c. 12.

Iſai. c. 63. v. 19.

Pſalm. 78. v. 4.

Iulianus imp.

Ierem. c. 51. v. 34.

Pſalm. 54. v. 6.

Pſalm. 93. v. 17.

πατρὶ τῷ παραδεδωκότι θυρρήσας· Ἀβραὰμ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς, καὶ Ισραὴλ οὐκ ἐπέγνω ἡμᾶς· ἀλλὰ σὺ πατὴρ ἡμῶν εἶ, καὶ πρὸς σὲ βλέπομεν, ἐκτὸς σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν. διὰ τοῦτο ὁπολογήσομαι, πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σε, φησὶν Ιερεμίας. ἐγγυόμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἦρξας ἡμῶν· καὶ ἐπελάθου διαθήκης ἁγίας σου, καὶ ἀπέκλεισας ἀφ' ἡμῶν τὰ ἐλέη σου. διὰ τοῦτο ἐγενήθημεν ὄνειδος τῷ ἀγαπητῷ σου, οἱ τῆς τελειότητος πρεσκυνηταὶ, οἱ τέλφοι τῆς τελείας θεότητος πρόσφυγες, καὶ μὴ πολμῶντές τι τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς εἰς ἡμᾶς καταγεν, μηδὲ τοσοῦτον ἐπαίρεσθαι, καὶ τὰς ἀθέους γλώσσας καὶ θρομαίους, ὥστε τῷ δεσποτείαν ποιεῖν ὁμόδουλον· ἀλλὰ παρεδόθημεν δηλαδὴ διὰ τὰς ἄλλας ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τὸ μὴ ἀξίως τῶν ἐντολῶν σου ἀναστραφῆναι, ἀλλ' ὀπίσω τῆς διανοίας ἡμῶν τῆς πονηρᾶς πορευθῆναι· διὰ τί γὰρ ἕτερον; ἀνδράσιν ἀδικωτάτοις καὶ πονηροτάτοις πρὸς πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. ὁ πρόπος Ναβουχοδονόσορ ἐξέθλιψεν ἡμᾶς, ὁ μὴ Χριστὸν καὶ Χριστοῦ μανεὶς, καὶ διὰ τοῦτο μισήσας Χριστὸν, ὅτι δι' αὐτοῦ ἐσέσωστο, καὶ τῶν ἱερῶν βίβλων τὰς ἀθέους θυσίας ἀνταλλαξῶν, κατέφαγέ με, ἐμερίσατό με· σκάλυψέ με σκότος λεπτὸν, ἵνα μὴ ὀπτεύω μηδὲ θρηνῶν τῆς γραφῆς· εἰ μὴ ὅτι κύριος ἐβοήθησέ μοι, καὶ χερσὶν ἀνόμων δικαίως αὐτὸν παρέδωκεν, ἐκτοπίσας εἰς Πέρσας· ὅτα

ANNO CHRISTI 431.

τὰ θεοδ κρίματα· ☪ ὑπὲρ αἱμάτων ἀνοσίων αἷμα ἐχύθη δίκαιον, σὺ ταῦθα μόνον οὐδὲ μακροθυμῆσαι ἀναχρῆς τ δίκης, παραβεβλῆ σθαι τῷ ῥώκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου. ὁ δεύτερος οὐδὲν ἐκείνου φιλανθρωπότερος· ὅπ μὴ καὶ βαρύτερος, ὅσῳ τὸ Χριστοδ φέρων ὄνομα, ψευδόχριστος ἦν, καὶ χριστιανοῖς ὀνείδος, οἷς καὶ τὸ ποιεῖν ἄθεον, καὶ τὸ πάσχειν ἄδοξον, τῷ μηδὲ ἀδικεῖσθαι δοκεῖν, μηδὲ τὸ μεγαλοπρεπὲς ὄνομα προσεῖναι, τ μαρτυρίαν· ἀλλὰ καὶ ταῦθα κλέπτεσθαι τ ἁλήθειαν· πάσχοντας ὡς χριστιανοὶς, ὡς ἀσεβεῖς κολάζεσθαι. οἴμοι ὅπ ἐπλυτήσαμεν ἐν τοῖς κακοῖς, ὅπ πῦρ κατέφαγε τὰ ὡραῖα τ οἰκουμένης· τὰ κατάλοιπα τ κάμπης κατέφαγεν ἡ ἀκρὶς, καὶ τὰ κατάλοιπα τ ἀκρίδος κατέφαγεν ἡ ἐρυσίβη· εἶτα ὁ βροῦχος, εἶτα ἐκ οἶδ' ὅ, τι πρὸς τούτοις καὶ ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ κακῷ φυόμενον. τί δῆτα ἐκτραχωδοίην πάντα τὰ τῆς καιροδ κακά, καὶ τ τότε καταδραθεῖσαν ἡμᾶς, εἴ τε εἰς πρᾶξιν χρὴ λέγειν, εἴ τε δοκιμασίαν ☪ πύρωσιν; πλὴν ὅπ διήλθομεν διὰ πυρὸς ☪ ὕδατος, ☪ προήλθομεν εἰς ἀναψυχήν, εὐδοκίᾳ τῆς σώζοντος. ἀλλ' ὅ μοι λέγειν ἀπ' ἀρχῆς ὁ λόγος ὥρμητο, τῆτο τὸ γεώργιον ἦν ὅτε μικρόν τε ☪ πενιχρόν ἦν, καὶ οὐχ ὅπως θεοδ τῆς κόσμου ὅλον γεωργήσαντός τε ☪ γεωργοῦντος τοῖς καλοῖς τῆς εὐσεβείας σπέρμασί τε καὶ δόγμασιν, ἀλλ' οὐδὲ πένητος ἐνὸς τ σπυρίδων καὶ μετρίων, ὡς γε ἐδόκει· ἀλλ' οὐδὲ γεώργιον ὅλως, οὐδὲ ἀποθηκῶν, οὐδὲ ἄλω τυχὸν, οὐδὲ δρεπάνης ἄξιον, οὐδὲ θημώνων, οὐδὲ δράγματα, ἢ δράγματα μικρά τε ☪ ἄωρα,

tur, tradidisset; ac pro nefariis & impiis cruoribus iustus cruor fusus fuisset (hic solum ne longanimitate quidem vti sustinente vi illa vltrice) *propemodum habitasset in inferno anima mea.* Secundus nihilo humanior illo fuit; imo eo etiam acerbior, quod Christi nomen ferens, pseudochristus erat, Christianisque probrum & dedecus, quibus & facere impium, & pati inglorium erat; quod ne iniuriam quidem accipere viderentur, nec illustre martyrii nomen cruciatibus accederet, verum hic quoque fucus veritati fieret, vt qui tamquam Christiani patiebantur, tamquam impii cruciatu afficerentur. Heu me, quia in malis diuites & copiosi extitimus, quia ignis speciosa terræ comedit: *residuum eruca comedit locusta, & residuum locusta comedit rubigo; tum bruchus*, ac postea nescio quod aliud atque aliud malũ subinde exoriens. Quid autem omnia illius temporis mala tragica oratione prosequi attinet, eamque quæ tum nos inuasit, siue pœnam dicere conuenit, siue explorationem ac purgationem? Ceterum *transiuimus per ignem & aquam*; ac benigna Saluatoris voluntate in refrigerium prodiimus. Enimuero (vt eo se, vnde digressa est, oratio referat) hæc seges parua quondam & inops erat, ac non modo Deo, qui pulcris pietatis seminibus & doctrinis totum orbem terrarum excoluit, atque excolit, sed ne paupere quidem ac tenui homunculo digna, vt quidem videbatur; imo nec seges omnino, nec horreis, nec area fortasse, nec falce digna, nec etiam acerui, nec manipuli, aut certe parui & imma-

Ibidem. Valens Imp.

Ioel. c. 1. v. 4.

Psalm. 65. v. 12.

turi, & quales sunt tectorum; nec messoris manum implentes, nec eorum qui pertranseunt, benedictionem illicientes. Talis seges nostra erat, tantilla messis; magna illa quidem & pinguis apud eum qui abscondita intuetur, talique agricola digna, quam animarum recta doctrina excultarum valles multiplicant; at quæ tamen in vulgus minime nota esset, nec in vnum cogeretur, non secus ac stipula in messe, & racemulus in vindemia, cum nullus est botrus. Quin illa quoque, & quidem admodum tempestiue, mihi videor adiecturus: *Vt ficum præmaturam in deserto Israelem inueni*, & vt acinum vnum aut alterum maturum in immaturo botro, benedictionis quidem causa seruatũ, ac primitiis consecratum, adhuc tamen paruum & rarum, nec os comedentis implentem: atque etiam vt signiferum lignum in colle, & malum nauis in monte; aut si quid aliud est singulare, nec vna cum aliis multis conspicuum. Atque hæc quidem pristina nostra paupertas & mœstitia fuit. Ex quo autem tempore Deus, qui pauperem facit & ditat, qui mortificat & viuificat, qui hæc voluntate sola facit atque immutat; qui ex nocte diem facit, ex hieme ver, ex tempestate tranquillitatem, ex siccitate pluuiam, idque plerumque vnius iusti, diuturna persecutione vexati, precibus permotus; qui denique mansuetos in altũ suscipit, ac peccatores vsque ad terram humiliat; illud secum dixit: *Videns vidi afflictionem Israelis*; nec luto, ac conficiendorum laterum labore diutius opprimetur: ac locutus visitauit,

Psalm. 118. *v.* 6.
Psalm. 43. *v.* 22.
Mich. c. 7.
Osee c. 9. *v.* 10.
Isai. c. 65. *v.* 8.
Isai. c. 30. *v.* 17.
1. *Reg. c.* 2. *v.* 6.
3. *Reg. c.* 18.
Psalm. 146. *v.* 6.
Exod. c. 3. *v.* 7.

καὶ οἷα τὰ ἐκ δωμάτων· μήτε χεῖρα πληροῦντα τοῦ θερίζοντος, μήτε τοὺς παριόντων εὐλογίαν. τοιοῦτον ἡμῖν τὸ γεώργιον, τοσοῦτον τὸ ἔρος· μέγα μὲν καὶ οὐσαχοῦ τῶν τῷ θεωρητῇ τὰ κρυπτῶν, καὶ τοιούτου γεωργοῦ πρέπον ἔργον, ὁ πληθύνοισι κοιλάδες ψυχῶν καλῶς τῷ λόγῳ γεωργουμένων· οὐ μὴν γνωριζόμενον τοῖς πολλοῖς, οὐδὲ εἰς σὺ σωαγόμενον, ἀλλὰ καὶ μικρὸν συλλεγόμενον, ὡς καλάμη σὺ ἀμητῷ, καὶ ὡς ὀπφυλλὶς σὺ ξυητῷ, μὴ ὑπάρχοντος βότρυος. προσθεῖναι μοι δοκῶ κἀκεῖνα, καὶ λίαν καιρόν· ὡς σκοπὸν σὺ ἐρήμῳ οὖρον τὸ Ισραὴλ, καὶ ὡς ῥάγα μίαν ἢ δύο πέραν ὥριμον σὺ ἀώρῳ τῷ βότρυϊ, εὐλογίαν μὲν κυρίου τετρημένην, καὶ ἀπαρχὴν καθιερωμένην, πλὴν ὀλίγην ἔτι καὶ σπάνιον, καὶ οὐ πληροῦσαν στόμα ἔδοντος, οὐδὲ ὡς σημαίαν ὄπι βουνοῦ, οὐδὲ ὡς ἰσὸν ἐπ' ὄρους, ἢ εἴ τι ἄλλο τῶν μοναδικῶν τε, καὶ οὐ σὺν πλείοσι θεωρεμένων. παῦται μὲν τὰ τῆς προτέρας πενίας οὐδὲ κατηφείας. ἀφ' οὗ δὲ ὁ πλουτίζων καὶ πλουτίζων θεός, ὁ θανατῶν καὶ ζωογονῶν, ὁ ποιῶν παῦται καὶ μεταστρυφάζων μόνῳ τῷ βουλεύεσθαι· ὁ ποιῶν ἐκ μὲν νυκτὸς ἡμέραν, ἐκ δὲ χειμῶνος ἔαρ, ἐκ δὲ ζάλης γαλήνην, ἐκ δὲ αὐχμοῦ ἐπομβρίαν· καὶ τοῦτο δι' ἑνὸς δικαίου πολλάκις ἐξικνεῖται ὑπὲρ πολὺ διωχθέντος· ὁ ἀναλαμβάνων πραεῖς εἰς ὕψος, καὶ ταπεινῶν ἀνθρώπους ἕως γῆς, ὅπερ ἐκεῖνο πρὸς αὐτὸν εἶπεν· ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ Ισραὴλ, καὶ οὐ μὴν προσῶσιν ἐπὶ τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ ταλαιπωρεῖν· καὶ εἰπών, ἐπεσκέψατο·

Anno Christi 381.

ANNO CHRISTI 381.

καὶ ὑπεσκέλισμένος ἔσωσε, καὶ ἐξήγαγε τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ· ἐν χειρὶ Μωϋσῆ καὶ Ἀαρὼν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ· τί γέγραπται; καὶ τί θαυματουργεῖται; ἃ βίβλοι καὶ μνῆμαι φέρουσιν. ἐκτὸς γὰρ τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν θαυμασίων, καὶ τῆς μεγάλης ἐκείνης βομβήσεως, ἵν' εἴπω τι σωτηριῶδες· Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον εἷς, ἓξ μυριάδες ἑξήκοντα μετ' ὀλίγον ἐξ Αἰγύπτου. τί τούτου θαυμασιώτερον, ἢ μεῖζον τῆς τοῦ θεοῦ μεγαλονοίας τεκμήριον; ὅταν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων θέλῃ πόρον δοῦναι τοῖς πεφθαρμένοις, καὶ γῆν τῆς ἐπαγγελίας κληροδοτεῖται δι' ἑνὸς μισηθέντος· καὶ ὁ πεφευγὼς ἔθνη μεθίστησι, καὶ εἰς ἔθνος καθίσταται μέγα· καὶ ἡ μικρὰ φραγμοὺς ἐκείνη, ἀμπελὼν δύκλημα τοῦτο γίνεται, καὶ τοσαύτη, ὡς ἐπεμβαίνειν μὲν πολλοῖς, ἐκτείνεσθαι δὲ μέχρι θαλάσσης, ἐξ ὠκεανοῦ εἰς ὠκεανὸν πλατυνομένην· καλύπτειν δὲ ὄρη τῷ ὕψει τῆς δόξης, κέδρων δὲ ὑπεραίρεσθαι, καὶ ταῦτα τοῦ τοῦ θεοῦ· ἄλλα δή τοι ὄρη ταῦτα, καὶ αἱ κέδροι ἐκεῖναι τοιαῦται. τοιοῦτον ποτὲ τοῦτο τὸ ποίμνιον, καὶ τοιοῦτον νῦν, οὕτως ἐκτεινόμενον τε καὶ πλατυνόμενον· εἰ δὲ μήπω τελείως, ἀλλ' εἰς τοῦτό γε τῆς κατὰ μέρος ὁδοῦ προκόψαμεν· καὶ προφητεύσω δὲ, ὅπερ καὶ ὁδοῦσον. τοῦτό μοι τὸ πνεῦμα προλέγει τὸ ἅγιον, εἴ τι προφητικὸς ἐγώ, καὶ βλέπων τὰ ἔμπροσθεν. καὶ ἅμα τοῖς προλαβοῦσιν ἔχω θαρρεῖν, καὶ λογισμῷ γινώσκειν, ὡς λόγου σωφρονοῦντος. πολὺ γὰρ παρα-

& visitans salutem attulit; populumque suum eduxit in manu potenti, & brachio excelso, in manu Mosis & Aaron electorũ suorum: quid fit? quæ signa & miracula? nimirum ea, quæ & memoriæ prodita, & literarum monumentis commendata circumferuntur. Nam, vt miracula in via edita, ore, inquam, omnium decantata taceam, ac rem vno verbo complectar; Ioseph vnus in Ægyptum proficiscitur, ac sexcenta hominum millia non multo post ex Ægypto excedunt (quid hoc admirabilius, aut illustrius diuinæ magnificentiæ argumentum, cum ex rebus perditis ac deploratis, iter secundis aperire voluerit?) ac promissionis terra per vnum hominem odio habitum sorte distribuitur, atque is qui venditus fuerat, gentes sedibus pellit, ipseque in gentem magnam constituitur, ac parua illa propago vinea lata & palmitibus abundans efficitur, in eamque magnitudinem euadit, vt & supra fluuios ascendat, & vsque ad mare extendatur, & a finibus in fines porrigatur ac dilatetur, & gloriæ sublimitate montes operiat, & cedrorum magnitudinem superet, & quidem cedros Dei, quicumque tandem montes illi, & quæcumque cedri existimandę sunt. Talis quondam hic grex erat, talisque rursum nunc, tamque succulentus, lateque se porrigens; ac si nondum perfectionem assecutus, ad eam tamen quotidianis incrementis progrediens, atque etiam, vt auguror, progressurus. Hoc mihi prædicit Spiritus sanctus, si quid vaticinandi arte valeo, futuraque prospicio. Ac simul ex iis quæ præcesserunt, spem non dubiam concipio, atque ratiocinatione id percipio, vtpote rationis alumnus. Multo enim mirabi-

Psalm. 135. *v.* 12. *Psalm.* 76. *v.* 21. *Psalm.* 135. *Genes. c.* 37. *Exod. c.* 12. *v.* 37. *Psalm.* 77. *v.* 55. *Psalm.* 104. *Psalm.* 79.

lius est quod ex tantillo ad tantam magnitudinem peruenerit, quam vt ex eo statu, quo nunc est, ad summum splendoris gloriæq; gradum prouehatur. Posteaquam enim semel ab eo, qui mortuos ad
Ezech. c.37. vitam reuocat, ossa cum ossibus, & commissuræ cum commissuris iungi cœperunt, ac siccis rebus spiritus vitæ & regenerationis datus est, resurrectionem vtique omnibus suis numeris partibusque perfici atque expleri necesse est. Ac pro-
Psa.65. v.7. inde qui exacerbant, non exaltentur in semetipsis; nec vmbram, aut
Eccle. c.34. v. 2. *Pſ.72.v.20.* somnium exurgentium, aut auram perflantem, aut nauis vestigia aquis impressa tenentes, quidquam se habere existiment. *Vlulet pinus,*
Sapient. c.5. v.10. *quia cecidit cedrus.* Ex aliorum malis documentum sibi capiant, ac discant, pauperem nequaquam in finem vsque obliuioni fore; nec diuinitatem sese diutius cohibitu-
Zach. c.11. v.2. *Pſa.9.v.19.* ram, quin procerum capita, vt Habacuc loquitur, cum stupore dissecet; nimirum ipsa quoque dissecta, & male diuisa in id quod præest, & quod subest: vt sic maxime & deitas contumelia afficiatur in creaturarum ordinem redacta, & res creatæ onerentur, deitati honore adæquatæ. Quin illam quoque eius,
Habac. c.3. v.14. *Psalm. 146. v.3.* qui contritos & oppressos colligit, vocem mihi audire videor: *Dilata adhuc locum funiculorum tuorum;*
Isai. c.54. v.2.7. & c.57. v.17. & c.6.v.10. *extende ad dexteram & ad sinistram: fige, aulæis ne parcas. Ego tradidi te, & ego auxiliabor tibi. In parua ira percussi te; in sempiterna autem misericordia glorificabo te.* Maior est mensura benignitatis, quam mensura correptionis. Priora illa propter flagitia, hæc propter trinitatem quæ adoratur. Illa ob purgationem, hæc ob gloriam meam, qui
1. Reg. c.2. v.30. glorifico glorificantes me, & ad

δοξότερον ὀξ ἐκείνου τοσούτῳ γε- ANNO CHRISTI 381.
νέσθαι, ἢ τ νῦν οὖσαν εἰς ἄκρον προ-
ελθεῖν λαμπρότητος. ὀξ ὃ γὰ σω-
άζειν ἦρξαλο πρὸ τ ζωοποιοῦν-
τος σὺν νεκροὶς, ὀστᾶ, πρὸς ὀστᾶ, καὶ
ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν, κὴ τοῖς ξη-
ροῖς ἐδόθη πνεῦμα ζωῆς κὴ παλιγ-
γενεσίας, πᾶσαν ὃν οἶδα πληροῦν
δεῖ τ φύσασιν. ὥστε μὴ ὑψοῦσθαι
ἐν ἑαυτοῖς οἱ πρὸ πικραίνοντες, μη-
δὲ σκιὰν κραζοῦντες, ἢ ἐνύπνιον ὀξε-
γόρμενον, ἢ αὔρας διαπνεούσας, ἢ
νηὸς ἴχνη καθ' ὕδατος, ἐκὰν τι νομ-
ίζέπωσαν. ὀλολυζέτω πίτυς, ὅτι πέ-
πτωκε κέδρος. τοῖς γὰ ἄλλων κα-
κοῖς παιδευέσθωσαν, κ μανθανέτω-
σαν, ὅτι ἐκ εἰς τέλος ὀπληθίσεται
ὁ πλοῦτος, οὐδὲ αὐέξεται μὴ σὺν ὀκ-
τάσι διακόψαι κεφαλὰς δωα-
στῶν, ὡς ὁ Ἀμβακούμ φησιν, ἢ διακ-
οπομένην θεότητα καὶ διαρουμένην
κακῶς εἴς τε τὸ ἄρχον κὴ τὸ ἀρχόμε-
νον, ὡς δὴ μάλιστα κὴ θεότης ὑβρι-
σθεῖσα καταγομένη, κὴ βαρυθεῖσα κλί-
σις ὁμοιομοίρα θεότητος. δοκῶ μοι κἀ-
κείνης ἀκούειν τ φωνῆς πρὸ τ σω-
άζοντος σὺν σωτετριμμένους, κὴ
σὺν πεπεσμένους εἰσδεχομένου·
πλάτυνον τὰ γοινίσματά σου ἔπ,
ἐκπέτασον εἰς τὰ δεξιὰ κὴ εἰς τὰ ἀ-
ριστερά· πῆξον, τ αὐλαιῶν μὴ φεί-
σῃ. ἐγὼ πρὸ δέδωκά σε, κὴ ἐγὼ βοη-
θήσω σοι. ἐν θυμῷ μικρῷ ἐπάταξά
σε, κ ἐν ἐλέῳ αἰωνίῳ δοξάσω σε.
μεῖζον τὸ μέγον τ φιλανθρωπίας,
ὑπὲρ τὸ μέγον τ παιδαγωγίας. ἐκεῖ-
να διὰ τ πονηρείαν, ταῦτα διὰ τὴν
τελάδα προσκυνουμένην· ἐκεῖνα
διὰ τ κάθαρσιν, ταῦτα διὰ τ ἐμὴν
δόξαν, ὃς δοξάζω σὺν δοξάζοντας,

ANNO CHRISTI 381.

καὶ παραζηλῶ σὺν προσηλωτὰς. ἰδοὺ ταῦτα ἐσφράγισται πρ' ἐμοί, καὶ οὗτος ἄλυτος νόμος ἀνταμοιβῆσεως. σὺ δέ μοι περιέχου τὸ τεῖχος καὶ τῶν πλακῶν, καὶ τὸ κεκομψευμένης ψηφίδος, καὶ τῶν μακρῶν δρόμων καὶ περιδρόμων, καὶ χρυσῷ καὶ τελάμπου καὶ περιλάμπου, * (α) μὲν ὡς ὕδωρ ἔσπειρες, (β) δὲ ὡς ἄμμον ἐπισκύζεις· ἀγνοῶν ὅτι κρείσσων ὑπάρχει πίστις πολυτελὴς ἀσεβείας, καὶ πλείοις θεῷ τρεῖς συνηγμένοι ἐν ὀνόματι κυρίου, πολλῶν μυριάδων ἀρνουμένων θεότητα. ἢ καὶ σὺν Χαναναίοις ἅπαντας προτιμήσῃς ἑνὸς τοῦ Ἀβραάμ; ἢ καὶ σὺν Σοδομίταις ἑνὸς τοῦ Λώτ; ἢ καὶ Μαδιαναίοις Μωσέως, τῶν παροίκων καὶ ξένων; τί δὲ σὺν μὴ Γεδεὼν τριακοσίους σὺν λάψαντας, τῶν ἀποσφαγισῶν χιλιάδων; ἢ δὲ σὺν οἰκογενεῖς Ἀβραάμ, σὺν μικρὸν ὑπὲρ τούτοις τῷ ἀριθμῷ, τῶν πολλῶν βασιλέων, καὶ τῶν τοῦ σφατοῦ μυριάδων, οἳ καὶ πρὸ ὀντες ὀλίγοι κατεδίωξαν καὶ ἐτρέψαντο; ἐκεῖνο δὲ πῶς νοεῖς· ὅτι ἐὰν γένηται ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ισραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται; τί δὲ τὸ κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῷ Βάαλ; οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν. οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν εὐδόκησεν ὁ θεός. σὺ μὲν ἀριθμεῖς τὰς μυριάδας, ὁ θεὸς δὲ τοὺς σῳζομένους. καὶ σὺ μὲν τὸ ἀμέτρητον χέεις, ἐγὼ δὲ τὰ σκεύη τῆς ἐκλογῆς. οὐδὲν γὰρ οὕτω θεῷ μεγαλοπρεπὲς, ὡς λόγος κεκαθαρμένος, καὶ ψυχὴ τελεία τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασιν. ἄξιον μὲν δὲ

iram prouoco prouocantes me. Ecce hæc signata sunt apud me, atque hæc remunerationis inuiolabilis lex est. At tu parietes & tabulas crustasque artissime tenebas, & scite atque eleganter cæsas tessellas, & longos cursus & ambitus, atque auro fulgebas & collucebas, & partim quidem quasi aquam seminabas, partim vero quasi arenam thesaurizabas: nimirum ignorans, præstantiorem esse fidem sub dio degentem, quam copiosam & magnificam impietatem; ac tres in nomine Domini congregatos, plures apud Deum censeri, quam multas myriadas diuinitatem abnegantes. An tu vniuersos etiam Chananæos Abrahamo vni antepones? an Sodomitas vni Lot? an Madianitas Mosi? peregrinis inquam his & hospitibus? Quid? an trecentos illos viros, qui cum Gedeone lamberunt, tot hominum millibus pedem referentibus inferiores esse contendes? An Abrahæ vernaculos numero his haud multo plures, multis illis regibus, & numerosissimis copiis, quas ipsi, quamuis pauci essent, persecuti tamen sunt, atque in fugam verterunt? Illud autem quomodo intelligendum esse censes: *Si fuerit numerus filiorum Israel vt arena maris, reliquiæ saluæ fient?* Quo item modo illud: *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non flexerunt genu ante Baal?* Non est ita, non inquam ita est. Non in pluribus beneplacitum est Deo. Tu quidem multa millia numeras; at Deus eos qui salutē consequuntur. Tu infinitum puluerem; ego electionis vasa. Nihil enim apud Deum ita amplum & magnificum est, vt doctrina perpurgata, & anima veritatis dogmatibus instructa atque perfecta. Etenim Deo qui-

*(α) καὶ μὲν ὡς ὕδωρ ἔσπειρες,

Deut. c. 32. v. 21. 34.

Matt. c. 18. v. 20.

Genes. c. 19.

Exod. c. 2.

Iudic. c. 7. v. 7.

Genes. c. 14. v. 14.

Isai. c. 10. v. 22. & Rom. c. 9. v. 27.

3. Reg. c. 19. v. 18. & Rom. c. 11. v. 4.

1. Cor. c. 10. v. 5.

dem, qui omnia creauit, & a quo omnia, & in quem omnia, nullum satis dignum munus offerri potest, non modo si vnius hominis opus & diuitiæ in eam rem impendantur, sed neque si omnibus omnium hominum operibus & facultatibus in vnum cumulatis, eum quispiam honore afficere velit. *Nonne cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?* Et; *Qualem domum ædificabitis mihi? aut quis locus requietis meæ?* Quoniam autem infra mei dignitatem vobis necessario subsistendum est, quod secundum est, pietatem a vobis postulo, communes inquam omnibus diuitias, & apud me æquales, quibus eum etiam qui admodum clarus & splendidus est, fortasse superabit qui graui inopia premitur, si animi magnitudine præstet. Voluntatis enim est hæc liberalitas & munificentia, non opum & copiarum. Accipiam quidem hæc quoque (ne dubitetis) de manibus vestris. *Calcare aulam meam non adiicietis:* sed calcabunt eam pedes mansuetorum, qui recte atque sincere me agnouerunt, Verbumque meum vnigenitum, & Spiritum sanctum. Quousq; montem sanctum meum hereditate possidebitis? Quousque arca apud alienigenas Philistæos? Nunc autem aliquantum adhuc in alienis luxuriate, ac libidinem vestram explete. Quemadmodum enim me repellendi consilium cepistis, sic ego quoque vos repellam, dicit Dominus omnipotens. Hæc & loquentem audire, & facientem sentire mihi videbar, atque insuper ad populum clamantem; ad hunc, inquam, ex paruo magnum iam & copiosum, & ex disperso satis iam coniunctum, & ex miserabili fortassis inuidiosum: *Incedite per portas*

Ierem. c. 23. v. 24.

Isai. c. 66.

Isai. c. 26. v. 6.

Isai. c. 62. v. 10.

ANNO CHRISTI 381.

οὐδέν ἐστι τῶν τὰ πάντα πεποιηκότος, καὶ ὧν οὗ τὰ πάντα, καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα, δωρᾶσθαι δεῖ καὶ προσενεγκεῖν, μὴ ὅλης μιᾶς χρὸς ἔργον ἢ περιουσίας, ἀλλ' οὐδὲ εἰ πᾶσαι αἱ τῶν ἀνθρώπων δυνάμεις καὶ χεῖρες εἰς σὺν συνενεγκὼν εἰμῆσαι τελήσφερ. οὐκ ὀρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει κύριος; καὶ, ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι; ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; ἐπεὶ δὲ τὴν ἀξίαν διαμαρτεῖν ἀναγκαῖον, ὃ δεύτερόν ἐστιν, αἰτῶ παρ' ὑμῶν, τὴν εὐσεβῆ, κοινὸν πλοῦτον ἐμοὶ καὶ ὁμοῖον, οὐ ᾧ τυχὸν ὑπερβαλεῖται καὶ λίαν λαμπρὸν ὁ πάνυ πένης, ἂν ᾖ μεγαλόψυχος προαιρέσεως δὲ, ἐκ εὐπορίας ἡ τοιαύτη φιλοτιμία. λήψομαι μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἐκ τῆς χειρὸς ὑμῶν, οὗ ἴστε· πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε, ἀλλὰ πατήσουσιν αὐτὴν πόδες πραέων τῶν ἐπεγνωκότων ἐμὲ, καὶ μου τὸν λόγον, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, υἱικῶς καὶ γνησίως. μέχρι τίνος κληρονομήσετε τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου; μέχρι τίνος ἡ κιβωτὸς παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις; νῦν δὲ μικρὸν ἔτι συστρέφησθε τοῖς ἀλλοτρίοις, καὶ τὴν βούλεσθαι ἀπολαύσατε· ὅτι ὃν τρόπον ἐβουλεύσασθε τὴν ἀπώσασθαί με, κἀγὼ ἀπώσομαι ὑμᾶς, λέγει κύριος παντοκράτωρ. ταῦτα καὶ ἀκούειν λέγοντος ἐδόκουν, καὶ ποιοῦντος αἰσθάνεσθαι, καὶ ἔτι πρὸς τούτοις πρὸς μὲν τὸν λαὸν βοῶντος ὡς ὀλίγου πολὺν ὄντα, καὶ συγκείμενον ἱκανῶς ἐκ διεσπαρμένου, καὶ ὡς ἐλεουμένου τυχὸν καὶ ἐπίφθονον· πορεύεσθε διὰ τῶν πυλῶν

μου

ANNO CHRISTI 381.

μου, καὶ πλατυνέσθε. μὴ διὰ παντὸς δεῖ καμνειν ὑμᾶς ἐν σκιωραῖς κατοικοῦντας, καὶ τοῦ θλίβοντας ὑμᾶς ὑπερθυμαίνεσθαι; πρὸς δὲ τοῦτο ἐφεσῶτας ἀγγέλοις· πείθομαι γὰρ ἄλλοις ἄλλης προστατεῖν ἐκκλησίας, ὡς Ιωάννης διδάσκει με διὰ τῆς ἀποκαλύψεως· ὁδοποιήσατε τῷ λαῷ μου, καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαρρίψατε· ἵνα μηδὲν ᾖ σκῶλον, μηδὲ κώλυμα τῷ λαῷ τῆς θείας ὁδοῦ καὶ εἰσόδου, νῦν μὲν ἐπὶ τὰ χειροποίητα, μικρὸν δὲ ὕστερον ἐπὶ τὸν ἄνω Ιερουσαλὴμ, καὶ τὰ ἐκεῖσε ἅγια τῶν ἁγίων· ἃ τέλος οἶδα τῆς σὺν ταῦτα κακοπαθείας καὶ σωφροσύνης τοῖς καλῶς ὁδεύουσιν. ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς κλητοὶ ἅγιοι, λαὸς περιούσιος, βασίλειον ἱεράτευμα, βρύσματος κρεῖττον τὸ κράτιστον, ὑπὸ σταγόνος ποταμὸς ὅλος, ὑπὸ ἀστιγμῆς λαμπὰς οὐράνιος, ὑπὸ κόκκου σινάπεως δένδρον πλειῶν ἀνάπαυμα. τούτοις δωροφορούμεν ὑμῖν, ὦ φίλοι ποιμένες καὶ συμποίμνιοι, τούτοις προσάγομεν, τούτοις δεξιούμεθα τοὺς ἡμετέρους φίλους καὶ ξένους καὶ συνεκδήμους. τούτων οὐδὲν κάλλιον προσενεγκεῖν εἴχομεν ὑμῖν, οὐδὲ λαμπρότερον, ὧν ἔχομεν τὸ μεῖζον ἐπιζητήσαντες· ἵν' εἰδῆτε καὶ ξένους ὄντας ἡμᾶς καὶ ὀκ ἐνδεεῖς, ἀλλὰ πτωχοὺς μέν, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντας. ταῦτα εἰ μέν μικρὰ καὶ οὐδενὸς λόγου ἄξια, παθεῖν βούλομαι, ἵνα τὰ μείζω καὶ λόγου πλείονος· εἰ γὰρ τὸ πόλιν τῆς οἰκουμένης ὀφθαλμὸν, γῆς καὶ θαλάσσης ὄντα κράτιστον, ἑῴας τε καὶ ἑσπερίου λήξεως οἷον

meas, & dilatamini. An vos in perpetua ærumna versari oportet, in tentoriis commorantes; eosque qui vos opprimunt, immodica lætitia efferri? Tum etiam ad angelos, quibus huius vrbis cura commissa est, his verbis vtentem (nec enim mihi dubium est, quin alii aliarum ecclesiarum præsides ac patroni sint, quemadmodum in apocalypsi Ioannes me docet:) Sternite viam populo meo, lapidesque e via proiicite, ne quod offendiculum aut impedimentum existat, quod diuinum populi mei iter atque ingressum remoretur, nunc quidem ad manufacta templa, paulo post autem ad supernam Ierusalem, atque illa sancta sanctorum, quæ ærumnarum huius vitæ, contentionisque animi finem esse scio iis, qui rectum iter tenent. Quo in numero vos quoque estis, vocati sancti, *populus eximius, regale sacerdotium,* funiculus Domini fortissimus, a gutta fluuius integer, a scintilla flamma sublimis & in cælum tendens, a sinapis grano arbor, auium requies. Hos vobis largimur, cari pastores & collegæ, hos offerimus; his amicos nostros & hospites ac peregrinationis socios excipimus. His nihil pulcrius & illustrius habebamus, quod vobis offerremus, cum id quod in bonis nostris præstantissimum est, exquisiissemus: vt intelligatis, nos, licet externos ac peregrinos, inopia tamen minime laborare; verum paupe-res quidem esse, sed multos locupletare. Quæ si parua, nulloque in precio habenda sunt, lubens sane audierim, quænam maiora sint, atque amplioris precii. Etenim si ciuitatem orbis oculum, terra marique potentissimam, orientalis atque occiduæ oræ velut

Apoc. c. 2. & 3.

1. Petr. c. 2. v. 9.

Mich. c. 2. v. 12.

1. Cor. c. 6.

nodum & vinculum; ad quam extremi totius terræ fines concurrunt, & a qua, velut a communi fidei emporio incipiunt; si hanc, inquam, ciuitatem salutifera doctrina fulciisse ac firmasse haud magnũ atque amplum censeri debet, idque cum tot linguis omni ex parte agitaretur; quo tandẽ modo quidquam aliud magnum, ac studio dignum videri queat? Si autem præclarum ac laudabile existimandum est (liceat mihi quoque per vos nonnihil hoc nomine gloriari,) aliquam ipsi quoque partem his quæ videtis, contulimus. Tolle per circuitum oculos tuos, & vide quisquis es qui sermonum meorum censuram facis: vide textam hanc gloriæ coronam pro mercenariis Ephraim, & corona contumeliæ. vide presbyterorum concilium, canicie & prudentia ornatũ, diaconorum modestiam, non procul ab eodem spiritu remotorum; lectorum concinnitatem, plebis discendi studiũ, tam in viris, quam in feminis, virtutis honore paribus: ac rursus virorum tam in philosophis, quam in simplicioribus, omnibus diuinarum rerum sapientia præditis, tam in præfectis, quam in subditis, hic videlicet omnibus recte subiectis; tam in militibus, quam in nobilibus, ac studiosis & literatis, omnibus Dei militibus, cetera quidem placidis & mansuetis, pro spiritu autem bellicosis; omnibus supernum senatum honore afficientibus (ad quem non humilis & abiecta litera, sed viuificans spiritus aditum aperit) omnibus vere doctis & eruditis, ac veri Verbi cultoribus: tum etiam in feminis, tam quę in matrimonii iugo Deo magis quam carni adstrictæ sunt, quam quæ nuptiarũ expertes

Isai. c. 28. v. 1. & 5.

2. Cor. c. 3. v. 6.

σωδεσμῷ, εἰς ὃν τὰ πανταχόθεν ἄκρα συντρέχει, καὶ ὅθεν ἄρχεται ὡς ἐμπορείου κοινοῦ τῆς πίστεως· εἰ τοῦτον συνέξει τε καὶ θεμελιῶσαι τοῖς ὑγιαίνουσι λόγοις, οὐ μεγάλων· καὶ ταῦτα τοσαύταις δονουμένου γλώσσαις, καὶ οὕτω παντοδαπόθεν· σχολῇ γ' ἂν ἄλλο τι φανείη μέγα καὶ σπουδῆς ἄξιον. εἰ δὲ τῷ ἐπαινουμένων καὶ ἐμωμημένων, δότε με καὶ ἡμῖν τῆς ὑπὲρ ὑμῶν φιλοτιμίας, καὶ αὐτοὶ μικρόν τινα τοῖς ὀφθαλμοῖς τούτοις συνεισωτέγκαμεν. ἆρον κύκλῳ σὸν ὀφθαλμόν, καὶ ἴδε πᾶς ὁ ἡμῶν ἐμῶν λόγων ὀξετής. ἴδε στέφανον πλακέντα τῆς δόξης αὐτῆς μισθωτῶν Ἐφραΐμ, καὶ τὸν στεφάνου τῆς ὕβρεως. ἴδε πρεσβυτέρων σύνεδρον πολιᾷ καὶ σύνεσι τετιμημένων, διακόνων εὐταξίαν, οὐ πόρρω τοῦ αὐτοῦ πνεύματος· ἀναγνωστῶν εὐκοσμίαν, λαοῦ φιλομάθειαν, ὅσον ἐν ἀνδράσιν, ὅσον ἐν γυναιξί, πολὺ ἀρετῇ ὁμοπαθοῦς· καὶ ἀνδρῶν, ὅσον ἐν φιλοσόφοις, ὅσον ἐν ἁπλουστέροις, πᾶσι θεοῦ τὰ θεῖα· ὅσον ἐν ἄρχουσιν, ὅσον ἐν ἀρχομένοις, εὐπαθῆ πᾶσι καλῶς ἀρχομένοις· ὅσον ἐν στρατιώταις, ὅσον ἐν εὐγενέσιν, ὅσον ἐν λόγοις καὶ θεοῦ λόγοις, πᾶσι θεοῦ στρατιώταις, ἡμέροις τ' ἄλλα, πολεμικοῖς ὑπὲρ πνεύματος· πᾶσι τ' ἀνωτάτω συγκλητον· εἰς ὃν οὐ τὸ γράμμα εἰσάγει τὸ πεζόν, ἀλλὰ τὸ ζωοποιοῦν πνεῦμα· ἅπασι λογίοις ὡς ἀληθῶς, καὶ τῶν ὄντως λόγου στραπτώτας· καὶ γυναικῶν ὅσον ὑπὸ ζυγὸν, θεῷ μᾶλλον ἢ σαρκὶ συνδεδεμένων· ὅσον ἄζυγον

Anno Christi 380.

ANNO CHRISTI 431.

καὶ ἐλεύθερον, θεῷ τὸ πᾶν καθιερωμένων. ὅσον σὺ νέοις, ὅσον σὺ γέρουσιν· ὧν τὸ μὲν ὑπὲρ γῆρας καλῶς ὀδεύει, τὸ δὲ βιάζεται μεῖναι ἀθανάτου, ταῖς κρείττοσι τῶν ἐλπίδων ἀνακαινούμενον. τούτου τὸ στέφανου· ὁ λαλῶ, οὐκ ἐγὼ κύριῳ λαλῶ, λαλήσω δὲ ὅμως· καὶ γὰρ ἐγὼ συνεβαλλόμην τοῖς πλέουσι. τούτων εἷς καὶ τῶν ἐμῶν λόγων ἔργων, οὐχ οἷς ἐρρίψαμεν, ἀλλ' οἷς ἠγαπήσαμεν· οὐδὲ τῶν πορνικῶν, ὡς εἷς ἔφη διασύρων ἡμᾶς, τῶν πόρνων καὶ λόγων καὶ ἤθους· ἀλλὰ καὶ λίαν σωφρόνων. τούτων εἷς καὶ τὸ ἐμὸν πνεύματος γύνημα καὶ καρπός, ὡς γυνὴ οἶδε πνεῦμα σοῦ ἐπανισαμένους σώματος. μαρτυρήσουσιν οἱ οἶσθ' ὅτι καὶ ὑμῶν οἱ δυσχεράνοντες, ἢ καὶ πάντες, ἐπεὶ καὶ πάντες ἐγεωργήσαμεν. καὶ μισθὸς ἡ ὁμολογία μόνη· οὐ γὰρ ἄλλο τι ὑπεζητοῦμεν ἢ ἐζητήσαμεν. ἄμισθος γὰρ ἡ ἀρετή, ἵνα καὶ ἀρετὴ μείνῃ, πρὸς τὸ καλὸν μόνον βλέπουσα. βούλεσθε προσθῶμέν τι καὶ νεανικώτερον; ὁρᾶτε τὰς σκαιὰς γλώσσας ἡμερουμένας, καὶ σοὶ θεόθεν πολεμοῦντας, ἡμῖν ἡσυχάζοντας; καὶ τοῦτο τοῦ πνεύματος, καὶ τοῦτο τῆς γεωργίας τῆς ἡμετέρας. οὐ γὰρ ἀπαιδεύτως παιδεύομεν, οὐδὲ ταῖς ὕβρεσι βαλλόμεθα· ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοί, μὴ τῷ λόγῳ μαχόμενοι, τοῖς δὲ λέξεσι, καὶ πλὴν ἀσθενοῦσιν ἔστιν ὅτε τῶν λογισμῶν ταῖς ὕβρεσι συγκαλύπτοντες, ὥσπερ τὰς σηπίας λόγος ἐμεῖν τὸ μέλαν πρὸ ἑαυτῶν.

& liberæ Deo sua omnia consecrarunt: ac denique tam in iuuenibus, quam in senibus; quorum alteri ad senectutem præclare contendunt, alteri immortalitatem per vim sibi comparãt, vt qui per meliores spes renouentur. Huius coronæ textoribus (quod loquor, non secundum Dominum loquor, sed tamen loquar) nonnihil ipse quoque adiumenti attuli. Horum quispiam, sermonum quoque nostrorũ opus est, non eorum quos proiecimus, sed quos amore complexi sumus; nec meretriciorũ (vt quidam nos proscindens dixit, homo & sermonibus & moribus meretriciis) verum admodum etiam grauium & pudicorum. Horum quispiam mei quoque spiritus fetus ac fructus est, quemadmodum spiritus eos, qui animum supra corporea tollunt, gignere consueuit. Huius rei non dubito quin candidissimos & æquissimos quosque vestrum testes habiturus sim, aut etiam omnes, quandoquidem omnes laborauimus. Ac nauatæ operæ merces, sola confessio est. non enim aliud quidquam quærimus, aut quæsiuimus. Virtutem enim non mercenariam esse oportet, vt virtus maneat, nihil sibi præter bonum ipsum & honestum proponens. Vultis iuuenilius aliquid adiiciamus? Videte aduersarias linguas mitescentes, atque eos qui diuinitati bellum indixerunt, nihil iam turbarum nobis facessentes? Id quoque spiritus, id quoque agriculturæ nostræ est. Non enim imperite docemus, nec aduersarios contumeliis & conuiciis incessimus, quemadmodum plerique faciunt, non cum sermone, sed cum loquente confligentes, ac rationum & argumentorum infirmitatem maledictis interdum obtegentes, non aliter ac sepias atramentum ante se vomere

aiunt, vt piſcatores effugiant, aut latendo aliquid ipſæ capiant. Verum nos pro Chriſto bellum gerere, hoc argumento planum facimus, quod ſecundum Chriſtum, qui mitis ac pacatus eſt, atque infirmitates noſtras portauit, dimicamus. nec in veræ doctrinæ detrimentum paci ſtudemus, nonnihil de animorum contentione remittentes, vt facilitatis ac manſuetudinis famam colligamus (non enim quod bonum eſt, male aucupamur) & rurſum pacem colimus legitime pugnantes, atque intra limites noſtros, ſpirituſque regulam noſmet continentes. Ac de his quidem ita ſentio, cunctiſque animarum diſpenſatoribus, verbique diuini adminiſtratoribus legem ſtatuo; vt nec per duritiam hominũ animos exaſperent, nec per ſubmiſſionem elatos & inſolentes efficiant; ſed prudenter & conſulte in dicendo ſe gerant, nec in alterutro horum mediocritatem excedant. Sed iam fortaſſe operæ precium eſt ipſius quoque fidei doctrinam, quænam illa ſit, cupientibus vobis indicare. nam & ipſe per commemorationis aſſiduitatem ſanctitate afficiar, & populus hic vtilitatem conſequetur, ex huiuſmodi ſermonibus, ſi qua alia in re, mirificam voluptatem capiens; & vos denique agnoſcetis, an non fruſtra nobis inuideatur, dum ob veritatis manifeſtationem aliorum ſtudia æquamus, aliorum etiam anteuertimus. Quemadmodum enim ſubterraneæ aquæ partim in imo prorſus occultantur, partim in anguſtias redactæ ebulliunt, atque eruptionem iam iam quidem auribus pollicentur, ceterum adhuc morantur; partim denique in altum erumpunt: ad eumdem modũ, eorum qui de Deo philoſophantur (vt eos qui omnino improbi ac perfidi ſunt, miſſos fa-

Iſai. c. 53. 1. Petr. c. 2.

ἡμῶν, ἵνα σὺν προβάντας διαφύγωσιν, ἢ τῷ λανθάνειν προέσωσιν. ἀλλὰ τὸ περὶ Χριστοῦ πολεμεῖν δείκνυμεν σὺν τῷ μάχεσθαι καὶ Χριστὸν εἰρηνικόν τε καὶ πρᾶον, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βαστάσαντα· οὔτε εἰρηνεύομεν, καὶ τὸ λόγου τῆς ἀληθείας ὑφιέντες τι, διὰ δόξαν ὑποφείας· οὐ γὰρ κακῶς τὸ καλὸν προβύομεν· καὶ εἰρηνεύομεν σὺν νόμῳ μαχόμενοι, καὶ ἔσω τῶν ἡμετέρων ὅρων καὶ κανόνων τοῦ πνεύματος. περὶ μὲν οὖν τούτων οὕτω γινώσκω, καὶ νόμον τίθημι πᾶσι τοῖς ψυχῶν οἰκονόμοις, καὶ τοῦ λόγου ταμίαις· μήτε τῷ σκληρῷ πρᾳχύνειν, μήτε τῷ ὑποτελμένῳ κατεπαίρειν, ἀλλ' εὐλόγοις εἶναι περὶ τὸν λόγον, μηδέτερα τὸ μέτρον ὑπερβαίνοντας. δεῖ δὲ ἴσως παραδοῦναι ὑμῖν καὶ τὸν τῆς πίστεως αὐτῆς ὑποδείξασθαι λόγον, ἥτις ποτέ ἐστιν ἡ καθ' ἡμᾶς. ἐγώ τε γὰρ ἀγιασθήσομαι τῷ συνεχεῖ τῆς μνήμης, ὅ, τε λαὸς οὗτος ὀνήσεται, χαίρων, εἴπερ ἄλλῳ τινί, τοῖς τοιούτοις λόγοις· καὶ ὑμεῖς ὑπιγνώσεσθε, εἰ μὴ μάτην φθονούμεθα, τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας τοῖς μὲν ἀμελλώμενοι, σὺν δὲ φθάνοντες. ὥσπερ γὰρ τῶν βρυχίων ὑδάτων τὰ μὲν σὺν βάθει κρύπτεται παντελῶς, τὰ δὲ παφλάζει στενοχωρούμενα, καὶ τῷ ἔκρηξιν ὑπιγνεῖται μὲν ταῖς ἀκοαῖς, μέλλει δὲ ἔτι, τὰ δὲ καὶ αἰωρήνυται· οὕτω καὶ τῶν φιλοσοφούντων περὶ θεοῦ· ἵνα μὴ λέγω σὺν παντελῶς ἀγνώμονας·

Anno Christi 381.

denique in altum erumpunt: ad eumdem modũ, eorum qui de Deo philoſophantur (vt eos qui omnino improbi ac perfidi ſunt, miſſos fa-

ANNO CHRISTI 381.

ciam) alii abditam omnino atque occultam sibiipsis pietatẽ habent: alii a partus doloribus non longe abſunt;ii nimirum,qui impietatem quidem fugiunt,ſed pietatem libero atque intrepido animo minime prædicant; ſiue conſilio quodam ac diſpenſatione in fidei doctrina vtentes,ſiue ob metum atque ignauiam eo confugientes: verum & mente quidẽ & ſententia ſani ſunt, vt affirmant,ceterum plebis ſanitati minime conſulunt; perinde atque ipſi ſeſe, non alios ſuæ curæ ac fidei commiſſos habeant. alii vero theſaurum quoque in medium proferunt, pietatis fetum parturientium inſtar retinere nequeuntes, nec quod ſoli ipſi ſalutem conſequantur, ſalutem exiſtimantes,niſi in alios quoque bonum hoc redundet. Quo in numero vtinam ipſe collocer, ac ſi qui mecum laudabili audacia præditi, piam doctrinam profiteri non verentur. Atque vnum quidem, idque breue, doctrinæ noſtræ argumentum, ac velut in columna inſculptum, omnibuſque notum, eſt hic populus, adeo verus ac ſincerus Trinitatis adorator, vt ab hac potius vita diuelli ſe quiſque paſſurus ſit,quam vt trium aliquid a diuinitate diſiungat: eadem omnes fidei ſententia præditi, eodem zelo flagrantes, vna & eadem fidei doctrina & inter ſe, & nobiſcum, & cum Trinitate coniuncti atque connexi. Vt autem breui ſingula percurrã, quod principii expers eſt, & principium, & id quod cum principio eſt, vnus eſt Deus. Nec vero principio carere, eius quod principio caret, natura eſt; aut etiam ingenitum eſſe (nullius enim rei natura ex eo declaratur,quod dicamus quid non ſit, ſed quid ſit. eſt enim eius,quod eſt, poſitio; non autem eius, quod non eſt, ſublatio:) nec principium eo quod principium eſt, ab eo

Eccle. c. 17. v. 12.

quod principio caret, dirimitur. non enim principium ipsi natura est, quemadmodum nec illi quod principii expers sit. circa naturam enim hæc considerantur, non autem natura ipsa sunt. Eodem modo id quod cum principii experte, & cum principio est, nihil omnino est aliud, quam quod illa. Nomen autem principii experti, Pater; principio, Filius; ei autem, quod cum principio est, Spiritus sanctus. vna autem his tribus natura est, Deus. Vnio vero est Pater, ex quo, & ad quem ea quæ deinceps sequuntur, referuntur: non vt confundantur ac permisceantur, sed vt cohæreant, nimirum nec tempore ea secernente atque distinguente, nec voluntate, nec potentia. hæc enim vt nos multa simus effecerunt, singulis nempe & secum & cum aliis dissidentibus. At quibus & simplex natura, & eadem essentia est, his proprie vt vnum dicantur conuenit. Ac contentiosas quidem & pertinaces fidei in alterutram partem deflexiones & compensationes valere sinamus, nec per vnum, Sabellii more, tria conuellentes, & per nefariam contractionem, distinctionem tollentes: nec rursus per tria, Arii instar, vnũ oppugnantes, ac per improbam diuisionem vnum euertentes. Neque enim id a nobis quæritur, vt malum malo permutemus, sed vt a bono minime aberremus. Nam profecto diaboli ludi hæc sunt, pernicioſe res nostras ponderantis. Nos vero media & regia via incedentes, in qua virtutes quoque, vt harum peritis placet, sitæ sunt, credimus in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, eiusdem substantiæ & gloriæ. In quibus & baptismus suam perfectionẽ habet, tam in nominibus, quam in rebus (scis hæc,

Arist. lib. 2. Eth. c. 6.

Matt. c. 28. v. 19.

ἀναρχου διείργεται· οὐ γὰρ φύσις αὐτῷ ἡ ἀρχή, ὥσπερ οὐδὲ ἐκείνῳ τὸ ἀνάρχῳ· οὐδὲ γὰρ τὼ φύσιν, οὐ ταῦτα φύσις. καὶ τὸ μὴ τῆς ἀναρχου καὶ τῆς ἀρχῆς, ἑκ ἄλλο τι, ἢ ὅπερ ἐκεῖνα. ὄνομα δὲ, τῷ μὲν ἀναρχῳ, πατήρ· τῇ δὲ ἀρχῇ, υἱός· τῷ δὲ μὴ τῆς ἀρχῆς, πνεῦμα ἅγιον. φύσις δὲ τοῖς τρισὶ μία, θεός. ἕνωσις δὲ, ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ καὶ πρὸς ὃν ἀνάγεται τὰ ἑξῆς, οὐχ ὡς συναλείφεσθαι, ἀλλ' ὡς ἔχεσθαι· μήτε χρόνου διείργοντος, μήτε θελήματος, μήτε δυνάμεως· ταῦτα γὰρ ἡμᾶς πολλὰ εἶναι πεποίηκεν, αὐτῆς τε ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸν καὶ πρὸς τὸ ἕτερον στασιάζοντος. οἷς δὲ ἁπλῆ ἡ φύσις, καὶ τὸ εἷς ταυτὸν, τούτοις καὶ τὸ ἓν κύριον. τὰς μὲν οὖν φιλονείκους ὑπὲρ θάτερα μεταklίσεις τοῦ λόγου καὶ ἀνίσωσιν χαίρειν ἐάσωμεν· οὔτε τῷ εἰς σαβελλίζοντες κατὰ τὸν τρισὶν, καὶ σφαιρόσε κακῇ τινὶ διαίρεσιν λύοντες· οὔτε τοῖς τρισὶν ἀρειανίζοντες κατὰ τοῦ ἑνὸς, μὴ πονηρᾷ διαιρέσει τὸ ἓν διατρέποντες. οὐ γὰρ κακῷ κακὸν ἀλλάξασθαι τὸ ζητούμενον, ἀλλὰ τοῦ καλοῦ τὸ μὴ διαμαρτεῖν. ὡς ταῦτά γε τοῦ πονηροῦ παίγνια, κακῶς τὰ ἡμέτερα σαλαντεύοντος. αὐτοὶ δὲ τῷ μέσῳ βαδίζοντες καὶ βασιλικῷ, ᾧ καὶ τὸ τρισὶν ἀρετῆς ἔσηκεν, ὡς δοκεῖ τοῖς ταῦτα σφόδρα, πιστεύομεν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον, ὁμοουσίᾳ τε καὶ ὁμοδοξίᾳ· ᾧ οἷς καὶ τὸ βάπτισμα τὴν τελείωσιν ἔχει, ἔν τε ὀνόμασι καὶ πράγμασιν· οἶδας ὁ

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 381.

μυηθεὶς· ἄρνησις ὂν ἀθεΐας, καὶ ὁμολογία θεότητος· καὶ οὕτω καταρτιζόμθα, τὸ μὲν ἐν τῇ οὐσίᾳ γινώσκοντες ἢ τῷ ἀμερίστῳ τῆς θεοσκιωπήσεως, τὰ δὲ τρία ταῖς ὑποστάσεσιν εἴτ' οὖν προσώποις, ὅ, ὅσοι φίλοι. μηδὲ γὰρ περὶ ταῦτα ζυγομαχοῦντες ἀχρηστείτωσαν, ὥσπερ ἐν ὀνόμασι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' ἐκ ἐν πράγμασι. τί γὰρ φατε, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις εἰσφέροντες; μὴ τρεῖς οὐσίας ὑπολαμβάνοντες, τοῦτο λέγετε; μέγα μὲν οἶδεν ὅπι βοήσετε κατ' ἐμοῦ οὕτως ὑπερηφόνως· μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν τῆς τριῶν δοξάζετε. τί δὲ οἱ τὰ πρόσωπα, μὴ σύ, οἷόν τι συνθετὸν ἀναπλάσαντες, καὶ τερατόσωπον ἢ ἀνθρωπόμορφον ὅλως; ἄπαγε· καὶ ὑμεῖς ἀνάβοήσετε, μηδὲ πρόσωπον ὅ, τί ποτέ ἐστιν ἴδοι θεοῦ, ὃς οὕτως ἔχει. τί οὖν ὑμῖν αἱ ὑποστάσεις βούλονται, ἢ ὑμῖν τὰ πρόσωπα; πρόσεστι γάρ. τὰ τρία ἓν τὰ διαιρούμενα, οὐ φύσεσιν, ἀλλ' ἰδιότησιν. ὑπέρβαλε. πῶς ἂν ἧττον συμφωνοῖεν μᾶλλον, καὶ τὸ αὐτὸ λέγοιεν, ἢ οὕτως ἔχοντες, κἂν ταῖς συλλαβαῖς διαφέρωσιν; ὁρᾶτε οἵῳ ἐγὼ διαλλακτὴς ὑμῖν πρὸς νοῦν ἄγων ἀπὸ τῶν γραμμάτων, ὥσπερ τὴν παλαιὰν καὶ τὴν νέαν; ἀλλ' ἐπανιτέον μοι πάλιν πρὸς αὐτὸν λόγον. τὸ μὲν οὖν ἀγέννητον, καὶ τὸ γέννητον, καὶ τὸ ἐκπορευτόν, λεγέσθω τε καὶ νοείσθω, εἴ τῳ φίλον δημιουργεῖν ὀνόματα. οὐ γὰρ δείσομεν, μή ποτε νοῶσι σωματικῶς τὰ ἀσώματα· ὅπερ δοκεῖ τοῖς ἐπηρεα-

quisquis eo initiatus es) quippe qui impietatis abiuratio, & diuinitatis confessio sit: atque ita perficimur, vnum quidem quo ad essentiam, ac diuisionis omnis expertem adorationē, credentes; tria autem quantum ad hypostases, siue personas, vt nonnulli malunt. Desinant enim qui de his inter se contendunt, ineptire; perinde ac si fidei nostræ pietas in nominibus, non in rebus consistat. Quid enim dicitis, qui tres hypostases affertis? An hoc eo dicitis, quod tres essentias existimetis? Non est apud me dubium, quin aduersus eos qui ita existimant, ingentem clamorem excitaturi sitis. Vnam enim & eamdem horum trium essentiam profitemini. Quid vos, qui personas dicitis? num vnum velut quiddam compositum animo fingitis, ac tres facies, aut humanam omnino formam habens? Absit: ipsi quoque inclamabitis, nec videat quæ sit Dei facies, qui ita sentit. Quid igitur, vt interrogare pergam, vobis hypostases volunt, aut vobis personæ? Nimirum tria esse, quæ distinguantur, non naturis, sed proprietatibus. Optime. An fieri potest, vt quidam magis inter se concordent, atque idem dicant, quam cum ita sentiunt, tametsi alioqui syllabis discrepent? Videte qualem vobis pacificatorem me præbeam, a litera ad mentē traducens; quemadmodum si quis vetus testamentum & nouum componat & conciliet. Sed eo, vnde digressi sumus, redeundum est. Ingenitus quidem, & genitus, & procedens, dicantur sane & intelligantur, si cui nomina fingere libeat. non enim verebimur, ne ea quæ corpore carent, corporeo modo intelligantur; quemadmodum iis placet, qui deitati ca-

lumniã inferunt. At creatura, Dei quidem dicatur (nam id quoque nobis amplum & honorificum est) Deus autem nequaquam. Alioqui tum Deum creaturam esse admittam, cum ipse quoq; proprie Deus fuero. Sic enim res se habet: Si Deus est, creatura non est. creatura enim nobiscum est, qui dii non sumus. Si autem creatura est, vtique Deus non est. temporis enim ratione ortum habuit. quod autem ortum habuit, aliquando non erat. Quod vero eiusmodi est, vt non fuisse, eo antiquius sit; hoc certe proprie non est. Quod autem proprie non est, quo tandem modo Deus esse queat? Ergo nec quidquam horum trium creatura est, nec (quod eo esset deterius) propter me creatum est. alioqui non modo creatura esset, sed etiam nobis abiectior atque contemptior. Nam si ego ad Dei gloriam conditus sum, hoc autem propter me; forceps vtique propter currum efficitur, aut serra propter ianuam: sequitur profecto, vt causæ respectu sim superior. Quanto enim Deus rebus creatis est sublimior, tanto id quod mea causa creatum est, me, qui propter Deum effectus sum, vilius atque ignobilius est.

Deut. c. 23. v. 3. Aduersus hæc Moabitis quidem & Ammonitis nec aditus ad ecclesiã Dei pateat, hoc est, dialecticis & male curiosis sermonibus, qui Dei generationem ac processionẽ, quæ nullis verbis explicari potest, inquirentes, aduersus diuinitatem temere insurgunt: perinde scilicet ac si ea, quæ vim omnem & facultatẽ verborum superant, ab ipsis solis percipi posse oporteat; vel omnino ea non esse, quia ipsi ea intellectu non sint assecuti. Nos autem scripturæ diuinæ vestigiis hærentes, atque offendicula ea, quæ cæcutientibus molestiam exhibent, submouentes, salutem retinebimus, priusque in omnem audaciam prorumpemus, quam vt aduersus Deum temere atque arroganter

ANNO CHRISTI 381.

ἄλλοις

ANNO CHRISTI 381.

ἄλλοις παρήσομεν, πολλοῖς τε λοιπὸν γραφείσας ἤδη πολλάκις, καὶ ἡμῖν οὐ παρέργως. καὶ ἅμα λίαν αἰσχρὸν ἐμοὶ γοῦν, νῦν τὰς πίστεις συλλέγειν τῶν πάλαι πεπιστευμένων. τάξις γὰρ ἐκ ἀρίστη, διδάσκειν πρότερον, εἶτα μανθάνειν, μὴ ὅπου τὰ θεῖα καὶ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλο τι τῶν μικρῶν καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίων. καὶ τὰ ἐκ τῶν γραφῶν προσκόμματα λύειν καὶ διαφθοῦν, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ, ἀσυδήλης δὲ τελειοτέρας καὶ μείζονος, ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν τῆς ὑποθέσεως. ὁ μὲν οὖν λόγος ἡμῶν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ προειλαβεῖν, ἔστιν οὕτως. καὶ ταῦτα δῆλον, οὐχ ἵν' ἀγωνίσωμαι πρὸς σοῦ αἰτήσεως· πολλάκις γὰρ ἤδη διηγωνισάμεθα, εἰ καὶ μετρίως· ἀλλ' ἵν' ὑμῖν ἐπιδείξω τὴν χαρακτῆρα τῶν ἐμῶν διδαγμάτων, εἰ μὴ τῶν ὑμετέρων ἐγὼ σωφρονιστής, * καὶ τῶν αὐτῶν καὶ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἰσάμενος. οὕτως ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, ὁ τῆς ἐμῆς ἀπολογίας προοίμιος· εἰ μὲν ἐπαινετῶς ἔχων, τῷ θεῷ χάρις καὶ ὑμῖν τοῖς καλέσασιν· εἰ δὲ τῆς ἐλπίδος σφαλερότερον, καὶ οὕτω χάρις· οὐ γὰρ πάντη ψεκτῶς, ὃ οἶδα, καὶ ὑμῖν ἐκ ἀπιστῶ λέγουσιν. μή τι λαὸν τοῦτον ἐπλεονεκτήσαμεν; μή τι τῶν ἡμετέρων ὠκονομήσαμεν, ὃ σοὶ πολλοῖς ὁρῶ πάσχοντας; μή τι τὴν ἐκκλησίαν προελυπήσαμεν; ἄλλοις μὲν ἴσως, οἷς ἐρήμῳ ἡμᾶς ἡρηκέναι νομίζοισι, ἡμέτερον

aliquid aggrediamur. Et quidem Scripturę teſtimonia aliis relinquemus, cum a multis iam ſæpe literis mandata, tum etiam a nobis haud perfunctorie & negligenter. Ac ſimul, mea quidem ſententia, turpe admodum fuerit, nunc earum rerum confirmationes colligere, quę iam pridem perſuaſiſſimæ ſunt. Neque enim optimus ordo eſt, prius docere, ac poſtea diſcere, non dicam diuina, & vſqueadeo magna & ſublimia, ſed ne aliud quidem quidquam paruum & contemnendum. Atque offendicula e Scripturis obiecta ſoluere & explicare non eſt præſentis temporis, ſed maioris & perfectioris ſtudii atque operæ, quam pro præſenti inſtituto. Ac fidei quidem noſtræ doctrina, vt ſummatim complectar, talis eſt. Atque etiam hæc ipſa non eo commemoraui, vt cum aduerſariis confligerem (iam enim ſæpe conflximus, etſi leuiter, ac minus perfecte) verum vt doctrinæ meæ formam vobis oſtenderem, an non veſtrorũ dogmatum propugnator ego ſim, atque aduerſus eoſdem, & pro iiſdem in acie ſtem. Habetis, o viri, noſtri in hanc vrbem aduentus apologiam; quæ ſi laudem mereatur, Deo & vobis, quorũ accitu huc veni, gratiam habeo: ſin autem ſpei veſtræ minus reſpondi, ſic quoque gratiam habeo. Non enim omnino vituperanda eſt, vt mihi perſuadeo; ac vobis id affirmantibus fidẽ haud abrogo. Numquid populum hunc per auaritiã circumuenimus? Numquid priuatis vtilitatibus conſuluimus, quemadmodum multos facere video? Numquid eccleſiam moleſtia affecimus? Alios quidem fortaſſe, quibus, cum ſe quaſi deſerta cauſa, victoriam aduerſum nos obtinuiſſe arbitrarentur, ſermonem

nostrum oppositum: at vos nihil profecto, quantum quidem mihi conscius sum. *Non bouem vestrum accepi*, ait magnus Samuel, cum Israele propter regem contendens; non animarũ vestrarum piaculum (testis inter vos Deus) non hoc, atque aliud, plura commemorans (ne singulis enumerandis longius orationem producam) sed purum, minimeque adulterinũ sacerdotium custodiui. Quod si principatus, aut sublimium thronorum studio ductus sum, aut imperatorum aulas calcare appetii, nunquam aliud quidquam splendoris consequi mihi contingat; aut consecutus, proiiciam. Quid igitur est, quod dico? Non enim in eum virtutis gradum perueni, vt virtutem absque mercede colam. Laborum præmium mihi date. Quod tandem? Non quod nonnulli fortasse ex iis, qui ad quiduis suspicandum facile adducuntur, existimarint; sed quod mihi tuto postulare licet. Diuturnis laboribus nos leuate, ac recreate. Moueat vos hæc canicies, sit apud vos honori nostra peregrinatio. Alium subrogate, qui pro vobis vexetur, qui puris sit manibus, qui voce non inerudita, qui omnibus in rebus vobis obsequi, curasque ecclesiasticas simul perferre possit: quandoquidem tales præsertim hoc tempus flagitat. At mihi cernitis quomodo corpus etiam hoc se habeat, nimirum & tempore, & morbo, & labore confectum. Quid vobis timido & ignauo sene opus est, atque in dies singulos, vt ita loquar, non corpore tantum, sed etiam curis moriente? qui vix hæc quoque ad vos loquor. Ne magistri voci fidem denegetis: neque enim vnquam denegastis. Lassus sum, dum mihi toties mansuetudo

1. *Reg.* c. 12. v. 3.

ἀντεπήσαμεν λόγον· ὑμᾶς δὲ οὐδέν, ὅσα ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι· οὐ βοῦν ὑμῶν εἴληφα, φησὶ Σαμουὴλ ὁ μέγας, πρὸς Ⓦ Ισραὴλ ὑπὲρ τῆς βασιλέως διαφερόμενος· οὐ ψυχῶν ὑμῶν ἐξίλασμα· μάρτυς κύριος ἐν ὑμῖν· οὐ γὰρ, καὶ τὰ, πλείονα λέγων, ἵνα μὴ αὐτὸς ἀπαριθμῶμαι καθ' ἕκαστον· ἀλλὰ καθαρὰν καὶ ἀκίβδηλον τὴν ἱερωσύνην ἐφύλαξα. εἰ δὲ δυναστείαν ἠγάπησα, ἢ θρόνων ὕψος, ἢ βασιλέων πατρῶν αὐλάς, μηδὲν ἄλλο τι λαμπρὸν ἔχοιμι, ἢ ῥίψαιμι κεκτημένος. τί οὖν ἐστιν, ὃ φημι; οὐ γὰρ ἄμισθος ἐγὼ τῆς ἀρετῆς ἐργάτης, οὐδὲ εἰς τοσοῦτον ἀρετῆς ἀφικόμην. δότε μοι τὴν πόνων μισθόν. ἵνα τέως; οὐχ ὃν αἱ ἡλικες εὐπορώτερον τὴν πάντα ῥᾳδίων, ἀλλ' ὃν ἐμοὶ ζητεῖν ἀσφαλές. ἀναπαύσατε τὸν μακρὸν πόνων ἡμᾶς, ἀγάθητε τὴν πολιὰν ταύτην, τιμήσατε τὴν ξενιτείαν· ἄλλον ἀντεισαγάγετε, Ⓜ ὑπὲρ ὑμῶν διωκόμενον, ὅστις καθαρὰς χεῖρας, ὅστις φωνὴν οὐκ ἀσυνέτου, ὅστις ἱκανὸς τὰ πάντα ὑμῖν χαρίζεσθαι, καὶ συνδιαφέρειν τὰς ἐκκλησιαστικὰς φροντίδας· ἐπειδὴ πάντων μάλιστα νῦν ὁ καιρός. ἐμοὶ δὲ ὁρᾶτε καὶ τὸ σῶμα ὡς ἔχει τοῦτο, καὶ λιθάνῳ καὶ νόσῳ καὶ πόνῳ δαπανώμενον. τί δεῖ γέροντος ὑμῖν ἀγαθοῦ καὶ ἀνδρὸς, καὶ καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ἀποθνήσκοντος τῇ ἡμέρᾳ, οὐ τῷ σώματι μόνῳ Ⓜ, ἀλλὰ καὶ ταῖς φροντίσιν; ὃς μόλις καὶ ταῦτα ὑμῖν διαλέγομαι. μὴ ἀπίστησητε φωνῇ διδασκάλου· καὶ γὰρ οὐδὲ ἠπιστήσατε πώποτε. κέκμηκα, τὴν ἀπείκειαν

ANNO CHRISTI 381.

ἐγκαλούμθ, κέκμηκα καὶ λόγῳ καὶ φθόνῳ μαχόμθ, καὶ πολεμίοις, καὶ ἡμετέροις. ⓐ μὲν τὰ στέρνα παίοισι, καὶ ἧπαρ ὀπτυχαίνοισι· τὸ γὰρ ἀφανῶς ἐχθρὸν, ἀφύλακτον· ⓐ δὲ τὰ νῶτα προδοσι, καὶ μᾶλλον εἰσι λυπροί. τὸ γὰρ ἀνύποπτον, καιριώτερον. εἰ δὲ καὶ κυβερνήτης ὢν, καὶ τὴν λίαν ὀπισημόνων, εἶτα πολλὴ μὲν ὢν ἀφ' ἡμᾶς ἡ θάλασσα, καὶ ἀφ' τὸν ναῦν ζέουσα· πολλὴ δὲ τὴν ἐμπλεόντων ἡ στάσις, ἄλλων ἀφ' ἄλλου ζυγομαχούντων καὶ ἀντικυπτούντων ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς κύμασι, πόσον αὐτέχον αὖ ὀπὶ τὴν οἰάκων καθήμθ, ὥστε καὶ θαλάσσῃ καὶ τοῖς πλέουσι μάχεσθαι, καὶ διασώζειν ἀκινδύνως τὸν ναῦν ἐκ διπλοῦ τῦ κλύδωνος; ὧν γὰρ παντὶ τρόπῳ σωζομένων, χαλεπὸν ὢν τὸ τῆς σωτηρίας· τούτων πῶς οἷόν τε αὐταγωνιζομένων μὴ καταδύεσθαι; τί πάλαι δεῖ λέγειν; ἀλλὰ πῶς οἷσω ⓐ ἱερὸν τῦτον πόλεμον; λεχθήτω γὰρ ὡς καὶ πόλεμος ἱερὸς, ὥσπερ καὶ βαρβαρικός. πῶς σώσω καὶ εἰς ἓν ἀγάγω τῦ ἀντικαθεζομένους τούτοις καὶ διὰ ποιμαίνοντας, καὶ ⓐ συναπερρωγότα τούτοις λαὸν καὶ διάθεσιν· ὥσπερ ἐν τοῖς χάσμασι τὴν σφαλῶν τὰ γειτνιῶντα καὶ πλησιάζοντα, ἢ ταῖς λοιμικαῖς νόσοις τῦ θεραπεύτας καὶ οἰκείους, ἄλλοις ἀπ' ἄλλων διαδιδομένης εὐκόλως τῆς ἀῤῥωστίας· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς οἰκουμένης τμήματα, συμπεπονθότα τοῖς στασιάζουσιν,

crimini vertitur. Lassus sum, dum & cum sermone disputantium atque inuidia, & cum hostibus, & cum nostris pugno. Illi pectora feriunt, & minus quod cupiunt assequuntur: nam qui apertas inimicitias gerit, facile caueri potest: hi autem terga obseruant, & magis molesti sunt. nam qui minime suspectus est, lethalius vulnus infert. Quod si etiam nauclerus, & quidem peritissimus essem, atque hinc effusum mare in nos sæuiret, ac circum nauem æstuaret; hinc graui seditione vectores laborarent, atque alii de alia re contenderent, ac sibiipsis mutuo & fluctibus obstreperent; quamdiu tandem ipse obluctari possem ad gubernacula sedens, vt simul & cum mari & cum vectoribus pugnarem, atque ex duplici tempestate nauem sine periculo eriperem? Quibus etenim omni ratione connitentibus & adiuuantibus, salutem tamen consequi difficile esset; iisdem dissidentibus & confligentibus, qui tandem fieri posset, vt nauis pessum non iret? Quid alia commemorare attinet? Quo tandē modo sacrum hoc bellum feram? (dicatur enim etiam quoddam bellum sacrum, quemadmodum & barbaricum) quomodo hos aduersis thronis insidentes, atque aduersas in pascendo grege partes fouentes connectam, atque in vnum adducam, populumque simul cum ipsis abruptum, studiisque contrariis distractum (quemadmodum in his hiatibus, qui ex terræ motibus accidunt, vicinæ & propinquæ partes diuelli solent; aut in pestiferis morbis famuli ac domestici simul inficiuntur, morbo nimirum ab aliis ad alios facile dimanante) nec populum solum, sed etiam orbis terræ segmenta eodem cum dissidentibus affectu dis-

iuncta; ita vt iam in duas contrarias partes oriens & occidens secreti atque diuisi sint, nec iam minus animorum & voluntatum, quam finium segmenta esse videantur? Quousque enim hæc audientur, Meus & tuus, antiquus & nouus, doctior & facundior, aut spiritualior, nobilior aut ignobilior, multitudine opulentior, aut tenuior? Senectutis me pudet, cum aliorum nomine censeor, qui a Christo salutem accepi. Non fero circos vestros & theatra, atque æmulum hunc tam in sumptibus, quam in animorum studiis, furorem. Equos transiungimus, contra iungimus, certatim exultantes fremimus, propemodum etiam aerem ipsum verberamus, vt illi, puluereмque in cælum tamquam insani iacimus, ac sub alienis personis contentiones nostras explemus; malique ambitionis & magnificentiæ arbitri efficimur, atque iniqui & absurdi rerum iudices. Iidem enim homines hodie eiusdem nobiscum throni, fideique sententię sunt, si ita nos duces & antistites nostri tulerint: cras contrariæ sedis & sententiæ, si spiritus reflauerit. Odium atque amicitiam nomina comitantur: nec (quod grauissimum est) apud eosdem auditores contraria loqui erubescimus: nec nobisipsis constamus, subinde nos immutante contentione. dicas euripos quosdam esse, marisque æstus nunc exundantes, nunc reciproco fluctu subsidentes. Quemadmodum igitur si adolescentuli in medio foro lusitarent, turpe admodum esset, nobisque indignum, relictis nostris studiis & occupationibus, cum illis ludere (neque enim puerorum ludi senectutẽ decent) eodem modo nec, aliis mutuo sese versantibus

ὥστε καὶ εἰς ἀνύπαυλον μοῖραν ὑποκριθῶμεν τό, τε ἐῷον καὶ τὸ ἑσπέριον, καὶ κινδυνεύειν τὴν γνώμης οὐχ ἥσσον, ἢ τὴν περάτων ταῦτα θεάτρων τιμήματα; μέχρι γὰρ ὁ ἐμὸς καὶ ὁ σὸς, καὶ ὁ παλαιὸς καὶ ὁ νέος, ὁ λογιώτερος ἢ ὁ πνευματικώτερος, ὁ εὐχερέστερος ἢ ὁ δυσχερέστερος, ὁ τῷ πλήθει πλουσιώτερος ἢ ὁ πενέστερος; αἰσχύνομαι τὸ γῆρας, ἄλλων καλούμενος, ὑπὸ Χριστοῦ σεσωσμένος. οὐ φέρω σοῦ ἱππικοὺς ὑμῶν καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὸν ἀνιπόρροπον τούτων μανίαν ἔν τε δαπανήμασι καὶ ταραχαῖς. μεθιζόμεθα, ἀνιζόμεθα, ἀνιφρυασόμεθα, μικροῦ καὶ ἀέρα παίομεν, ὥσπερ ἐκεῖνοι, καὶ βάλλομεν κόνιν εἰς οὐρανὸν, ὥσπερ ἐξεστηκότες, καὶ ὑπὲρ ἄλλοις προσώποις τὰς ἡμετέρας ἐκπληροῦμεν φιλονεικίας. καὶ γινόμεθα τῆς φιλοπρωτίας διαιτηταὶ, καὶ κριταὶ τῶν θεαμάτων ἀγνώμονες. σήμερον σὺν θεῷνοι καὶ ὁμόδοξοι, αὖ οὕτω φέρουσιν ἡμᾶς ἄρτι ἄνοντες· αὔριον ἀνυπέρθεσνοι καὶ ἀνυπόδοξοι, ἐὰν ἀνύπνευσῃ τὸ πνεῦμα. μὴ τῆς ἔριδος καὶ τῆς φιλίας, καὶ τὰ ὀνόματα· καὶ τὸ δεινότατον, ὑπ' αἰσχυνόμεθα τοῖς αὐτοῖς χρώμενοι πρὸς ἐναντίων ἀκροατάς· οὐδὲ ὑπὸ τῶν αὐτῶν βεβήκαμεν, ἄλλοτε ἄλλοις ποιούσης ἡμᾶς τῆς φιλονεικίας· θυέστου μεταβολαί τινες ἢ ἀμπώπηξες. ὥσπερ οὖν εἰ μειρακίων ἐν ἀγορᾷ παιζόντων ἐν μέσῳ δὲ παιζομένων, αἰσχρὸν ἂν λιλαίαν καὶ οὐχ ἡμῖν, καταλιπόντας τὰς οἰκείας διατριβὰς ἐκείνοις συμφέρεσθαι· οὐ γὰρ ὡραῖον ἦν ἐφ' παίδων ἀθύρματα· οὕτως ἴσως εἰ φε-

ANNO CHRISTI 380.

ANNO CHRISTI 381.

ρόντων καὶ Φερομένων, αὐτός τε βέλτιον τῶν πολλῶν γινώσκων δεξαίμην ἂν ἐκείνων εἶς εἶναι μᾶλλον, ἢ ὅπερ εἰμὶ, μετὰ τῆς ἀφανίας ἐλευθέρου. πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις πάσχω τε καὶ τοῦτον. οὐ τὰ πολλὰ συμφέρομαι τοῖς πολλοῖς, οὐδὲ πῃ αὐτῷ βαδίζειν ἀνέχομαι· θρασέως μὲν ἴσως καὶ ἀμαθῶς, πάσχω δ' οὖν ὅμως. αἰνιᾶ με τὰ τῶν ἄλλων τρυφερὰ, καὶ τρέπομαι τοῖς ἑτέρων αἰνιγμοῖς. ὥστε ἐκ ἂν θαυμάσαιμι οὐδὲ τοῦτο, εἰ καὶ δεδεῖσθαι ὡς δύσχρηστος, μὴ ἀνοπτάνειν δόξαιμι τοῖς πολλοῖς· ὅ, ὡς λέγεταί τῶν παρ' Ἕλλησι Φιλοσοφησάντων παθεῖν, ἐγκληθεὶς ὡς μανίᾳ πῃ σωφρονοῦντι, ὅτι διεγέλα τὰ πάντα, γέλωτος ὄντα ἄξια τὰ τοῖς πολλοῖς σπουδαζόμενα· ἢ καὶ γλαύκοις νομισθεῖσι εἶναι μεστὸς, ὡς ὕστερον οἱ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ, τῷ λαλεῖν γλώσσαις, ἀγνοηθέντες ὅτι πνεύματος δυνάμει τινὲς, οὐ φρενῶν ἔκστασις. σκοπεῖτε δὲ καὶ ἡμῶν τὰ ἐγκλήματα. Τοσοῦτος χρόνος, φασὶν, ἐξ οὗ πῃ ἐκκλησίαν ἄγεις μετὰ τῆς τοῦ καιροῦ ῥοπῆς, καὶ τῆς τοῦ κρατοῦντος ὁρμῆς, τοσούτου πράγματος. τί τῆς μεταβολῆς ἡμῖν ἐπεσήμανε; πόσοι καθ' ἡμῶν ἐκινήθησαν γεγόνασιν ὕβρεσι; τί δεινὸν οὐ πεπόνθαμεν; οὐχ ὕβρεις; οὐκ ἀπήλας; οὐ φυγάς; οὐ χρημάτων ἁρπαγάς; οὐ δημεύσεις; οὐ πρεσβυτέρων ἐμπρησμοὺς θαλασσίους; οὐ ναοὺς βεβηλωμένους ἁγίων αἵμασι, καὶ γλυφομένους ἀπὸ ναῶν πολυανδρία; οὐ πρεσβυτέρων, ἐπισκόπων, οἰκειότερον

atque iactantibus, melius quiddam ipse, quam vulgus, sentiens, vnus eorum esse malim, quam, vt sum, cum obscuritate liber. Nam præter alia illud etiam mihi peculiare est, vt non admodum mihi cum vulgo conueniat, nec eamdē viam ingredi sustineam: audacius id quidem fortasse, atque imperitius; sed tamen ita sum. Ea quæ aliis voluptatē gignunt, mihi molesta sunt: quæ autem aliis tristia & iniucunda videntur, ea animum meum oblectant. Quocirca ne hoc quidem mihi mirū fuerit, si vinculis etiam adstringar, vt incommodus & morosus, ac plerisque desipere videar: quemadmodum ethnico cuidam philosopho accidit, cui prudentia quasi insania vitio vertebatur, quoniam omnia irridebat, risu videlicet ea digna esse perspiciens, quæ a multis summo studio expetuntur & coluntur: aut etiam musto plenus esse censear, vt postea Christi discipuli, cum linguis loquerentur; ignorante scilicet multitudine id Spiritus vi & facultate fieri, non mentis aberratione. Iam crimina quoque nostra quæso expendite. Tanto iam tempore, inquiunt, ecclesiæ præes, temporis ope & auxilio fultus, atque imperatoris voluntate, tanta re, ac tanti momenti: & quod mutationis signum nobis affulsit? Quot homines contumeliis nos prius affecerunt? Quid non acerbitatis passi sumus? An non iniurias? an non minas? an non exilia? an non pecuniarum direptiones? an non bonorum proscriptiones ac publicationes? an non presbyteros in mari combustos? an non templa sanctorum cruore contaminata, & ex templis in sepulcra immutata? an non publicas presbyterorum, episcoporum, aut (vt aptiore verbo

Democritus Abderites.

Actor. c. 2.

vtar) patriarcharum cædes? an non illud, vt piis ſolis inuius omnis locus eſſet? an non denique quidquid calamitatis vllis verbis quiſpiã conſequi poſſit? Quorum quidnam iis, qui hoc fecerunt, rependimus? quandoquidem verſis, vt par erat, rerum vicibus, rependendi poteſtas nobis facta eſt; atque eos, a quibus per ſummam contumeliam vexati fueramus, caſtigari oportebat. Et vt omiſſis aliis, noſtra, ne dicam tua, commemoremus; nonne perſecutionẽ paſſi ſumus? nonne contumeliis omnibus affecti? nonne eccleſiis, domibus, & (quod acerbiſſimũ eſt) ſolitudinibus ipſis pulſi ſumus? nonne furentem populum tulimus? contumelioſos præfectos? imperatores ſimul cum edictis ſuis contumelioſe ſpretos? Quid poſtea? Fortiores extitimus: & perſecutores noſtri pœnam effugerunt. Ita ſane eſt, inquam. Mihi enim aduerſus eos qui iniuriam intulerunt, ſatis pœnarum eſt, par pari referendi poteſtas. at iſtis aliter videtur: perquam enim exacti ac iuſti ſunt ad vlciſcendum; atque idcirco ea quæ temporis ſunt, exigunt. Quis præfectus multatus eſt, inquiunt? quis populus caſtigatus? qui plebis inflammatores? quem noſtri terrorem aduerſariis ſaltem in poſterum iniecimus? Quin hæc quoque fortaſſe nobis exprobrauerint (iam enim exprobrarunt) quod nec menſa lauta & opipara, nec magnifica venerandaque veſte vtimur, nec ſplendide in publicum prodimus, nec ad eos, a quibus conuenimur, grauitatem adhibemus. Neſciebã ſcilicet nobis cum conſulibus & præfectis, clariſſimiſque belli ducibus, qui tot opibus copiiſque circumfluunt, vt, quo ſua proiiciant, non habeant, certamen eſſe: illudque oportere, vt pauperum bonis ad luxum & delicias aburen-

δὲ πατριαρχῶν εἰπεῖν, σφαγὰς δημοσίας; οὐ γὰρ, πάντα τόπον ἄβατον εἶ τοῖς ὑσεβέσι μόνοις; οὐχ ὅ, τι δὴ εἰποιμες τῶν δεινῶν; ὧν τί τοῖς πεποινκόσιν δυπεδώκαμεν; ὅπως γὰρ ὀζέναι ποιεῖν, δι' ποιοῦ αὐπεραφη, κ) παιδύειν ἔδει τοῦ ὑβεισας. ἐῶ τἄλλα, τὰ δὲ ἡμέτερα, ἵνα μὴ τὰ σὰ λέγωμεν, οὐ δεδιώγμεθα; οὐχ ὑβείσμεθα; ἐκ ἀπελιλάμεθα ἐκκλησιῶν, οἰκιῶν, ἐρημιῶν αὐπῶν, γὰ δεινόπατον; ἐκ ἠνέγκαμεν δῆμον μαινόμενον; ὑπάρχους ὑβειζοντας; βασιλέας ὑβειζομένους καὶ μετὰ τῶν προσαγμάτων; ἔπα τί; γεγόναμεν ἰσχυρόπεροι, καὶ διαπεφύγασιν ⓐ διώκοντες. τῶτο γὰρ αὐτάρκης ἐμοὶ τιμωρία κατὰ τῶν ἀδικούντων, ἡ τὲ αὐπεδραν ὀζουσία. τοῖς δὲ οὐχ οὕπω δοκεῖ. λίαν γάρ εἰσιν ἐντελεῖς καὶ δίκαιοι πρὸς τὴν αὐπόδοσιν, καὶ διὰ τῶτο ἀπαιτῶσι τὰ τῦ καιροῦ. τίς ὕπαρχος, φασὶν, ἐζημίωται; τίς δῆμος σεσωφρόνισται; τίνες δήμων αἰχμάλωται; τίνα φόβον ἡμῶν αὐτοῖς, κἂν πρὸς τὸ μέλλον, ἐχαρισάμεθα; τάχα δ' ἂν καὶ ταῦτα ἡμῖν ὠνείδισαν· καὶ γὰρ ὠνειδίκασι· τὸ δὲ τῆς τραπέζης φιλότιμον, τὸ δὲ τῆς ἐσθῆτος αἰδέσιμον; αἱ δὲ πρόοδοι, τὸ δὲ σεμνὸν πρὸς τῦ συντυχάνοντας; ἠγνόουν γὰρ ὅτι πρὸς ὑπατικοὺς ἡμῖν καὶ ὑπάρχους ἡ ἁμιλλα, καὶ τραπηζῶν τῦ δοκιμωτάτους, οἳ μὴ ἔχουσιν ὅπου τὰ ἑαυτῶν ῥίψωσι. καὶ δεῖ πρὸς τέλλειν μὴ ἡμῖν πλὴ γαστέρα κα-

Anno Christi 381.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 381.

ζαπρυφῶσι τὴν πλωχικῶν, ὡς δὲ εἰς τὰ περιττὰ κεχρῆσθαι τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ τὴν θυσιαστηρίων καθερύγεσθαι· ἵππους δὲ φέρεσθαι πτηνοφόροις, καὶ διφρον ὑπαίρεσθαι περιλάμπροφος, περιπομπεύεσθαί τε καὶ περιπαρέλκεσθαι, καὶ πάντας ὑποχωρεῖν ἡμῖν ὥσπερ θηρίοις, καὶ περιλείπεσθαι, ἢ καὶ πόρρωθεν εἶναι δήλοις ἐπερχομένοις. εἰ ταῦτα δεινὰ γέγονε, παρελήλυθε· χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην. ἄλλον προσήσασθε τὸν *ἀρέσκοντα τοῖς πολλοῖς, ἐμοὶ δὲ τὴν ἐρημίαν, καὶ τὴν ἀγροικίαν, καὶ Θεὸν, ᾧ μόνῳ καὶ διὰ τῆς θυτελείας ἀρέσομεν. δεινόν, εἰ σεμνοῦμεθα λόγων καὶ συλλόγων, καὶ πανηγύρεων, καὶ τῶν κρότων τούτων, ὑφ' ὧν πτεροῦμεθα, καὶ οἰκείων, καὶ φίλων, καὶ ζωμῶν, καὶ καλλους πόλεως, καὶ μεγέθους, καὶ τῆς παντοθὲν περιλαμπούσης ἀχραπῆς σοῦ τοὺς αὐτὰ βλέποντας, ἀλλὰ μὴ ἔσω συννενθυκότας. ἀλλ' οὔπω τοσοῦτον, ὅσον εἰ θορυβηθήσομαι καὶ χραυθήσομαι τοῖς ἐν μέσῳ ταράχοις καὶ θεάσμασι, καὶ ταῖς τοὺς σοὺς πολλοὺς μεταπλάσεσιν. οὐ γὰρ ζητοῦσιν ἱερεῖς, ἀλλὰ ῥήτορας· οὐδὲ ψυχῶν οἰκονόμους, ἀλλὰ χρημάτων φύλακας· οὐδὲ θύτας καθαροὺς, ἀλλὰ προστάτας ἰσχυροὺς. ἀπολογήσομαί τι πρὸς αὐτῶν· οὕτως ἡμεῖς αὐτοὺς ἐπαιδεύσαμεν, οἳ πᾶσι πάντα γινόμεθα, ἐκ οἶδα πότερον ἵνα σώσωμεν πάντας, ἢ ἀπολέσωμεν. τί φατε; πείθομεν ὑμᾶς τοῖς λόγοις τούτοις, καὶ νενικήκαμεν; ἢ δεῖ καὶ σκληρότερον λόγον

*al. ἀμπνίσα

tibus venter nobis comprimatur, & neceſſaria in res ſuperfluas effundantur, atque altaria ipſa ructibus noſtris contaminentur. Neſciebam nos equis inſignibus & laſciuis ferri, ſelliſque & curribus magnifice attolli, ac cum pompa deduci, velutque blanda manu demulceri oportere; atque omnes nobis, perinde ac belluis, de via decedere, & in vtramque viæ partem diſcindi ac diſtrahi, aut etiam tantam præeuntium turbam eſſe, vt procul conſpicuus inceſſus noſter ſit. Si hæc grauia vobis & acerba fuerunt, præterierunt: hanc iniuriam mihi condonate. Antiſtitem aliũ, qui multitudini placeat, create & præficite: mihi autem ſolitudinem & ruſticitatem date, ac Deum, cui ſoli etiam per tenuem victum cultumque placebimus. At graue eſt priuari concionibus, & cœtibus, & publicis conuentibus, & plauſibus his, à quibus quaſi pennis in ſublimè ferimur, & familiaribus, & amicis, & honoribus, & vrbis pulcritudine ac magnitudine, & hoc denique fulgore, qui eos qui hæc intuentur, nec oculorum aciem intro collectam habent, vndique circumfundit & illuminat. At hoc mihi minus graue fuerit, quam ſi diutius in tumultu verſer, ac ciuilis vitæ turbis & feruoribus commaculer, atque ad vulgi mores meipſum inflectere neceſſe habeam. Non enim ſacerdotes, ſed rhetores quærunt: nec animarum diſpenſatores, ſed pecuniarum cuſtodes: nec puros ſacrificos, ſed fortes ac robuſtos defenſores. Nõ nihil eos excuſabo: ſic eos erudiuimus, qui omnibus omnia efficimur, haud ſcio vtrum vt omnes ſaluos faciamus, an vt perdamus. Quid dicitis? Num vos his verbis permouemus, ac victoriam obtinuimus? An potius ad veſtros ani-

1. Cor. c. 9. v. 22.

mos inflectendos validior nobis est adhibenda oratio ? Vos ergo per Trinitatem ipsam, quam nos colimus, & vos colitis; per communem nostram spem, atque huius populi coagmentationem, obtestor; hoc mihi beneficium date, cum benedictionibus nos dimittite: hoc mihi sit dimicationis præconiũ. Missionis libellum mihi date, quemadmodum imperatores militibus solent: ac, si quidem vestra voluntas tulerit, cum fausto & præclaro elogio ac testimonio, vt honori meo consulatur: sin minus, vtcumque vobis collibuerit: nihil de ea re altercabor, donec ipse Deus de rebus nostris cognoscat vt se habeãt. Quem igitur tibi substituemus? dicet aliquis. Prouidebit sibi Dominus pastorem ad præfecturam, quemadmodum ouem prouidit ad
Genes. c. 22. holocaustum. Hoc vnum requiro, vt ex eorum numero sit, qui aliis inuidiæ sunt, non miserationi; qui non in omnibus rebus cunctis obsequuntur, sed qui in quibusdam etiam ob recti studium in hominũ offensionem incurrunt. alterum enim in præsens iucundissimum est: alterum in posterum vtilissimum. Ac vos quidem orationes discessui meo congruentes parate: ego autem his verbis extremum vos salutabo: Vale Anastasia, nomen a pietate habens. Tu enim nobis fidei doctrinam, quę adhuc contemptui
Iosue c. 18. v. 1. erat, excitasti. Vale inquam, communis victoriæ sedes, noua Silo, in qua primum arcam fiximus, quadraginta annis in deserto circumactam, incertisque sedibus vagantem. Tuque o magnum hoc templum & nobile, noua hereditas, quod magnitudinem quam nunc habes, ab orthodoxa doctrina susceperis; quodque nos, cum prius Iebus esses, Ieruſalem effecimus. Vosque etiam aliæ ædes sacræ, huic

ΔΙΘΥΣ

γων ἡμῖν πρὸς τὸ πείθεσθαι; καὶ, πρὸς τῆς τελετῆς αὐτῆς, ἣν πρεσβεύομεν, καὶ πρεσβεύετε· πρὸς τῆς κοινῆς ἡμῶν ἐλπίδος, καὶ τῆς τοῦ λαοῦ τοῦδε συμπήξεως, δότε μοι τοῦτο χάριν παύτην, μὴ διδόντες ἡμᾶς ἀποπέμψατε· αὐτὰ γοῦν ἐάσω μοι τῆς ἀθλήσεως ἡ διάρρησις. δότε μοι τὸ γράμμα τῆς ἀφέσεως, ὥσπερ τοῖς στρατιώταις οἱ βασιλεῖς· καὶ εἰ βούλεσθε, μὴ δεξιᾶς τῆς μαρτυρίας, ἵν' ἔχω τὸ ἐπίλημπτον· εἰ δὲ μή, ὅπως βούλεσθε· οὐδὲν πρὸς τοῦτο διοίσομαι, ἕως ἂν θεὸς ἴδῃ τὰ ἡμέτερα, ὅπως αὐτῷ ἔχει. ἵνα οὖν αὐτεισάξομαι; ὁ φίλος ἑαυτῷ κύριος ποιμνίου εἰς προστασίαν, ὡς πρόβατον εἶδεν εἰς ὀλοκάρπωσιν. ἓν τοῦτο ἐπιζητῶ μόνον· τῶν φθονουμένων ἔστω τις, μὴ τῶν ἐλεημένων, μὴ τῶν παύτα πᾶσι χαριζομένων, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ προσκρούειν εἰδότων ὑπὲρ τοῦ βελτίονος. τὸ μὲν γάρ, οὐ ταῦτα ἥδιστον· τὸ δέ, ὠφέλιμον λυσιτελέστατον. ὑμεῖς μὲν οὖν τὸν προπεμπτηρίους ἡμῖν μελετήσατε λόγους, ἐγὼ δὲ ὑμῖν ἀποδώσω (N) σωτήριον. χαίροις Ἀναστασία μοι, τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμε· σὺ γὰρ (N) λόγον ἡμῖν ἐξανέστησας ἐπικαθαρούμενον, τὸ τῆς κοινῆς νίκης χωρίον, ἡ νέα Σηλώμ, οὗ ἡ πρώτην τὴν σκηνὴν ἐπήξαμεν, τεσσαρακονταέτη πρὸς περιφερομένην ἐν τῇ ἐρήμῳ. σύ τε ὁ μέγας ναὸς οὗτος καὶ πρόσοδος, ἡ νέα κληρονομία, τὸ νῦν μέγας εἶ πρὸς τῆς τοῦ λόγου λαβών· ὃν Ἰεβοῦς πρότερον (N) ὄντα, Ἱερουσαλὴμ πεποιήκαμεν. ὑμεῖς τε ὅσοι μὴ τὸν

ANNO CHRISTI 381.

βύθυς τοῖς κάλλεσιν, ἄλλῳ ἄλλο τι τῆς πόλεως μέρος διειληφότες, ὥσπερ σωδέσμοι τινες, καὶ τὸ χθονοῦν οἰκειούμενοι· οἷς μὴ τῆς ἀσθενείας ταύτης, οὐχ ἡμεῖς, ἡ χάρις δὲ σὺν ἡμῖν ἐπλήρωσε τοῖς ἀπεγνωσμένοις. χαίρετε ἀπόστολοι, ἡ καλὴ μετοικία, οἱ ἐμοὶ διδάσκαλοι τῆς ἀθλήσεως· εἰ καὶ μὴ πολλάκις ὑμῖν ἐπανηγύεισα, ἴσως ⟨ἡ⟩ τοῦ ὑμετέρου Παύλου σαταν* ⟨ἀ⟩φείρομαι τῷ σώματι ⟨τοῦ⟩ τὸ συμφέρον, δι' ὃν νῦν ὑμᾶς ἀποικίζομαι. χαῖρέ μοι ὦ καθέδρα, τὸ ἐπιφθονον ὕψος τοῦτο καὶ ἐπικίνδυνον, ἀρχιερέων σωέδριον, ἱερέων αἰδοῖ ⟨τε⟩ χρόνῳ τετιμημένων, ὅσον τε ἄλλο παρὰ τὴν ἱερὰν τράπεζαν λειτουργικὸν θεοῦ, ⟨τε⟩ ἐγγίζον θεῷ τῷ ἐγγίζοντι. χαίρετε Ναζωραίων χοροστασίαι, ψαλμῳδιῶν ἁρμονίαι, στάσεις παννυχοι, παρθένων σεμνότης, γυναικῶν εὐκοσμία, χηρῶν, ὀρφανῶν συνήμαλα, πτωχῶν ὀφθαλμοὶ πρὸς θεὸν καὶ πρὸς ἡμᾶς βλέποντες. χαίρετε οἶκοι φιλόξενοι καὶ φιλόχριστοι, καὶ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας εὐπλήπλορες. χαίρετε τῆς ἐμῆς λόγων ἔρασαι, καὶ δρόμοι, ⟨τε⟩ σωδρομαὶ, καὶ χαφίδες φανεραὶ καὶ λελωβαν̣ίσαι· καὶ ἡ βιαζομένη κιγκλὶς αὕτη τοῖς περὶ ⟨τὸν⟩ λόγον ὠθιζομένοις. χαίρετε ὦ βασιλεῖς καὶ βασίλεια, ὅσον τε περὶ ⟨τὸν⟩ βασιλέα θεραπευτικὸν, καὶ οἰκεῖον· εἰ μὲν καὶ βασιλεῖ πιστὸν, οὐκ οἶδα· θεῷ δὲ τὸ πλεῖον ἄπιστον. κροτήσατε χεῖρας, ὀξὺ βοήσατε, ἄρατε εἰς ὕψος ⟨τὸ⟩ ῥήτορα ὑμῶν. σεσίγηκεν ὑμῖν ἡ πονηρὰ γλῶσσα καὶ λάλος, οὐ μικρὸν σιγήσεται·

dignitate & ornamentis proximæ, alia aliam quamdam vrbis partem complectentes, quasi vincula quædam & compages, ac propinqua loca complectentes; quas cum hac infirmitate, non nos, sed Dei gratia nobiscum, qui pro perditis ac desperatis habebamur, impleuit. Valete apostoli, præclara colonia, certaminis mei magistri: etsi minus sæpe in vobis conuentus celebraui, fortasse Pauli vestri satanam ad vtilitatem meam in corpore circumferens; ob quem nunc a vobis abscedo. Vale cathedra, inuidiosum hoc & periculosum fastigium, pontificum Concilium, sacerdotum non minus reuerentia & maiestate, quam ætate ornatorum; & quicumque tandem alii circa sacrosanctam mensam Deo ministratis, atque ad appropinquantem Deum appropinquatis. Valete Nazaræorum chori, psalmodiarum concentus, nocturnæ stationes, virginum sanctimonia, mulierum modestia, viduarum & orphanorum cœtus, pauperum oculi in Deum & in nos intuentes. Valete domus hospitales, peregrinorum & Christi amantes, infirmitatisque meæ adiutrices. Valete sermonum meorum amatores, & cursus & concursiones, & calami, tam perspicui, quam occulti; atque huius suggesti cancelli a multitudine compressi hominum audiendi studio sese mutuo protrudentium. Valete imperatores, & palatia, atque omnes imperatoris famuli & cubicularii: siquidem imperatori fideles, haudquaquã certum habeo; Deo autem magna ex parte infidi: manibus plaudite, acute clamate, rhetorem vestrum in sublime tollite. siluit vobis improba & loquax lingua: nec tamen si-

1. Cor. c. 15. v. 10.

2. Cor. c. 12. v. 7.

* σκεύρομαι ὑ τ

lebit: pugnabit enim manu & atramento. ceterum in præsentia conticuimus. Vale magna ciuitas, & Christi amore prædita (vera enim testabor) etsi non secundum scientiam hic zelus est. Benigniores nos
Rom. c. 10. v. 2. disiunctio reddidit. Ad veritatem accedite; ad meliorem frugem tandem aliquando vos conuertite; Deum amplius quam consueuistis, colite. Non turpe est sententiam mutare: sed in malo pese uerare, funestum & exitiosum. Vale oriens & occidens, pro quibus & a quibus oppugnamur. Testis ille est, qui pacatos nos reddet, si nonnulli secessionem meam imitentur. Non enim Dei quoque iacturam facient, qui thronis cesserint: sed supernam cathedram habebunt his multo sublimiorem & tutiorem. Ad hæc omnia, & ante omnia clamabo: Valete angeli, huius ecclesiæ præsi-
profectionis. des, meæque præsentiæ ac * peregrinationis: si modo in manu Dei res nostræ sunt. Vale Trinitas, meditatio mea, & decus meum. His velim seruieris, & hos serues, meum hunc populum (meus enim est, etiã si aliter de nobis decernatur,) atque audiam te quotidie tum sermone, tum vita & moribus augeri,
2. Tim. c. 1. v. 14. & in sublime attolli. Filioli, depositum quæso custodite: memento-
Rom. c. 16. v. 24. te lapidationum mearum. Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.

μαχήσεται γὰρ διὰ χειρὸς καὶ μέλανος. τὰ δ' οὖν παρὸν σεσιγήκαμεν. χαῖρε ὦ μεγαλόπολις καὶ φιλόχριστε· μαρτυρήσω γὰρ ταλησῖν· καὶ εἰ μὴ κατ' ἐπίγνωσιν ὁ ζῆλος· πεποίηκε χρηστοτέρους ἡμᾶς ἡ διάζευξις. σπεύσατε τῇ ἀληθείᾳ, μεταπυθάζεσθε ὀψὲ σοφῶ, ἡμῖν ἀεὶ θεὸν πλέον τῆς συνηθείας. οὐχ ἡ μετάθεσις τὸ αἰσχρὸν ἔχει, ἀλλ' ἡ τῆ κακοῦ πήρωσις πλὴ ἀπώλειαν. χαίρουσι ἀνατολὴ, καὶ δύσις, ὑπὲρ ὧν καὶ ὑφ' ὧν πολεμούμεθα. μάρτυς ὁ ἐρημώσων ἡμᾶς, καὶ ὀλίγοι μιμήσωνται τὴν ἐμὴν ὑποχώρησιν. οἱ γὰρ τὸν θεὸν ἀπολοῦσιν οἱ τοὺς θρόνους παραχωρήσαντες, ἀλλ' ἕξουσι πλὴν αἰῶνα καθέδραν, ἢ πολὺ τούτων ὑψηλοτέραν τε καὶ ἀσφαλεστέραν. ἐπὶ πᾶσι, καὶ πρὸ πάντων βοήσομαι· χαίρετε ἄγγελοι τῆσδε τῆς ἐκκλησίας ἔφοροι, καὶ τῆς ἐμῆς προστασίας καὶ ἐπιμελείας, εἴπερ εὐχαρεῖ θεοῦ τὰ ἡμέτερα. χαῖρέ μοι ὦ τέκνον, τὸ ἐμὸν μέλημα καὶ καλλώπισμα, καὶ σώζου τοῖσδε, καὶ σώζοις τοῖσδε, τὸν ἐμὸν λαόν· ἐμὸς γὰρ, κἂν ἄλλως οἰκονομώμεθα· καὶ ἀγγέλλοιό μοι διαπαντὸς ὑψουμένη καὶ αὐξομένη, καὶ λόγῳ καὶ πολιτείᾳ. τεκνία φυλάσσετέ μοι πλὴν τῶν παρακαθημένων, μεμνῆσθέ μου τῶν λιθασμῶν. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

Anno Christi 380.

ANNO CHRISTI 381.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΚΑ-
τὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων τῶν
ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων ἐπὶ ὑπατείᾳ Φλαβίου Εὐχε-
ρίου, καὶ Φλαβίου Εὐαγρίου,
τῶν ἐκλαμπροτάτων, τῷ ἑπτὰ
εἰδῶν Ἰουλίων.

CANONES SANCTO-
rum centum quinquaginta patrum, qui Constantinopoli conuenerunt, Flauio Eucherio, & Flauio Euagrio viris clarissimis coss. VII. Idus Iulias.

Προσφωνητικὸς τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὸν εὐλαβέστατον βασιλέα Θεοδόσιον τὸν μέγαν· ᾧ
* ὑπέταξε τοὺς παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντας κανόνας.

Eiusdem sancti Concilii ad piissimum imperatorem Theodosium magnum nuncupatoria: cui adiunxerunt a se statutos Canones.

Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ ἡ ἁγία συνοδος τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν συνελθόντων ἐπὶ Κωνσταντινουπόλει.

Religionis ac pietatis obseruantissimo, Deique amantissimo imperatori Theodosio, sanctum Concilium episcoporum, qui ex diuersis prouinciis Constantinopoli conuenerunt.

ΑΡΧΗ μὲν ἡμῖν τῆς πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν γράμματος, εὐχαριστία πρὸς τὸν θεὸν ἀναδείξαντος τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τὸν βασιλείαν, ὅτι κοινῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης καὶ τῆς ὑγιοῦς πίστεως συνεγνω· ἀποδιδόντες δὲ τῷ θεῷ τὴν ὀφειλομένην εὐχαριστίαν, ἀναγκαίως καὶ τὰ γενόμενα ἐπὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν ἀναφέρομεν· καὶ ὅτι συνελθόντες εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπὶ τὸ γράμμα τῆς σῆς εὐσεβείας, πρῶτον μὲν ἀνενεωσάμεθα τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν· ἔπειτα δὲ καὶ συντόμοις * ὅροις ἐξεφωνήσαμεν, τήν τε τῶν πατέρων πίστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ κυρώσαντες, καὶ τὰς κατ' αὐτῆς ἐκφυείσας αἱρέσεις ἀναθεματίσαντες. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ὑπὲρ τῆς τάξεως τῶν ἐκκλησιῶν

INITIO quidem nostri ad tuam pietatem scripti, gratias agimus Deo, qui tuæ pietatis imperium constituit ad communem pacem ecclesiarum, & sanæ fidei confirmationem: agentes autem Deo debitas gratias, necessario quoque ea quæ acta sunt in sancto Concilio, ad tuam referimus pietatem; nempe quod ex quo tempore iuxta literas tuæ pietatis Constantinopoli conuenimus, primum quidem mutuam inter nos concordiam renouauimus: deinde vero breues etiam pronuntiauimus definitiones, quibus & patrum, qui Nicææ congregati fuerunt, fidem confirmauimus; &, quæ aduersus eam obortæ sunt, peruersas hæreses ac prauas opiniones extrema cum execratione ac detestatione reprobauimus. Præterea etiam ad recte constituendum & ordinandum statum & disciplinam eccle-

siarum, certos Canones statuimus: quæ omnia huic nostro scripto subiecimus. Rogamus igitur tuam clementiam, vt per literas quoque tuæ pietatis ratum habeatur Concilii decretum: vt sicuti literis, quibus nos conuocasti, ecclesiam honore prosecutus es, ita etiam finem eorum quæ decreta sunt, obsignes. Dominus autem imperium tuum in pace & iustitia stabiliat, & producat in multas ętates & generationes, atque ad terrenum imperium cælestis quoque regni gaudiũ & fructum adiiciat. Gratificetur Deus orbi terrarum, vt te, qui re vera pietatis studiosissimus, Deique amantissimus imperator es, valentem, omnibusque præclaris rebus florentem & excellentem videat: id quod sancti etiam ab illo precibus ac votis petunt & orant.

ρησθὺ κανόνας ὡρίσαμεν· ἅπερ ἅπαντα τῷ δε ἡμῶν τῷ γράμματι * ὑπεταξάμεν. δεόμεθα τοίνυν τῆς σῆς ἡμερότητος, γράμματι τῆς σῆς εὐσεβείας ἐπικυρωθῆναι τῆς συνόδου τὸν ψῆφον· ἵν' ὥσπερ τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τὴν ἐκκλησίαν τετίμηκας, οὕτω καὶ τῶν δοξάντων ἐποφραγίσης τὸ τέλος. ὁ δὲ κύριος σπείξῃ σου τὴν βασιλείαν ἐν εἰρήνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ παραπέμψῃ γλυκαῖς γλυκεῖν, καὶ σωσθείη τῷ ἐπιγείῳ κράτει καὶ τῆς βασιλείας τῆς ἐπουρανίου τὴν ἀπόλαυσιν. ἐρρωμένον σε, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς καλοῖς διαπρέποντα ὁ θεὸς χαρίσαιτο τῇ οἰκουμένῃ, δι' χάριν τῶν ἁγίων, ὡς ἀληθῶς εὐσεβέστατον καὶ θεοφιλέστατον βασιλέα.

Hæc decreuerunt ac statuerunt episcopi, qui gratia Dei ex diuersis prouinciis Constantinopoli conuenerunt, vocati a Theodosio piissimo imperatore.

Τάδε ὥρισαν οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει χάριτι θεοῦ συνελθόντες ἐπίσκοποι ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ κλήσιν τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου.

I.

α'.

NON spernendam esse fidem patrum trecentorum decem & octo, qui in Nicæa Bithyniæ conuenerunt; sed manere eam ratam oportet, & anathematizari omnem hæresim, specialiter autem Eunomianorũ, siue Anomœorum; & Arianorum, siue Eudoxianorum; & Semiarianorum, siue Pneumatomachorum, [id est, qui contra Spiritum sanctum pugnant,] & Sabellianorum, & * Macedonianorum, & Photinianorum, & Apollinaristarum.

ΜΗ ἀθετεῖσθαι τὴν πίστιν τῶν πατέρων τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ, τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων· ἀλλὰ μένειν ἐκείνην κυρίαν, καὶ ἀναθεματίζεσθαι πᾶσαν αἵρεσιν· καὶ ἰδικῶς τὴν τῶν Εὐνομιανῶν, εἴτουν ἀνομοίων· καὶ τὴν Ἀρειανῶν, εἴτουν Εὐδοξιανῶν· καὶ τὴν * Ἡμιαρειανῶν, ἤγουν Πνευματομάχων· καὶ τὴν τῶν Σαβελλιανῶν, * Μαρκελλιανῶν, καὶ τὴν τῶν Φωτεινιανῶν, καὶ τὴν * Ἀπολιναριστῶν.

Anno Christi 381. Mense Maio.

* Ἡμιαρειανῶν

* καὶ τῶν Μακεδονιανῶν

* Ἀπολιναριστῶν.

* Marcellianorum,

ANNO CHRISTI 381.

β'.

Τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους, ταῖς ὑπεροείοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιέναι, μηδὲ συγχέειν τὰς ἐκκλησίας· ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας, τὴν μὲν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον τὰ ἐν Αἰγύπτῳ μόνην οἰκονομεῖν· τοὺς δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους τὰ ἀνατολικὰ μόνα διοικεῖν· φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νίκαιαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ· καὶ τοὺς τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπισκόπους τὰ κατὰ τὴν * Ἀσίαν μόνα οἰκονομεῖν· καὶ τοὺς τῆς Ποντικῆς, τὰ τῆς Ποντικῆς μόνον· καὶ τοὺς τῆς Θρᾴκης, τὰ τῆς Θρᾳκικῆς μόνα οἰκονομεῖν.

* Ἀσιανικὰ μόνα

II.

Episcopi, qui extra diœcesim sunt, ad ecclesias quæ extra terminos eorum sunt, non accedant, neq; confundant & permisceant ecclesias: sed secundum regulas constitutas, Alexandriæ quidem episcopus ea quæ sunt in Ægypto, tantum gubernet; orientis autem episcopi solius orientis curam gerant, seruatis honoribus primatus ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ Synodi continentur. Sed & Asianæ diœcesis episcopi ea quæ sunt in Asia, & quæ ad Asianam tantummodo diœcesim pertinent, gubernent: Ponti autem episcopi Ponticæ tantũ diœcesis habeant curam: Thraciæ vero, ipsius tantummodo Thraciæ. 2. Can. 6.

Ἀκλήτους δὲ ἐπισκόπους ὑπὲρ διοίκησιν μὴ ἐπιβαίνειν ἐπὶ χειροτονίαις, ἢ λύσιν ἄλλας οἰκονομίας ἐκκλησιαστικὰς. Φυλαττομένου δὲ τοῦ προγεγραμμένου περὶ τῶν διοικήσεων κανόνος, δῆλον ὡς τὰ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἡ τῆς ἐπαρχίας σύνοδος διοικήσει, τὰ ἐν Νικαίᾳ ὡρισμένα.

Non inuitati episcopi vltra diœcesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, vel quibuscumque disponendis ecclesiasticis causis, seruata regula quæ supra scripta est de vnaquaque diœcesi. Manifestum namque est, quod per singulas quasque prouincias Synodus prouincialis administrare & gubernare omnia debeat, secundum ea quæ sunt in Nicæa definita. 3.

Τὰς δὲ ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἔθνεσι τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας οἰκονομεῖσθαι χρὴ κατὰ τὸν κρατήσαντα * συνήθειαν τῶν πατέρων.

Ecclesias autem Dei, quæ sunt in barbaricis gentibus constitutæ, regere atque administrare oportet secundum consuetudinem, quæ a patribus obtinuisse dignoscitur. Can. 5. 4.

γ'.

Τὸν μὲν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην.

III.

Constantinopolitanę ciuitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum, propterea quod sit noua Roma. 5.

δ'.

Περὶ Μαξίμου τοῦ Κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας τῆς ἐν

IV.

De Maximo Cynico philosopho, propter indisciplinationis e- 6.

ius doctrinam, quæ Constantinopoli orta est, statutum est; vt neque Maximus fuisse aut esse etiam putetur episcopus, neque hi qui ab eo sunt ordinati, qualemcumque gradū clericatus obtineant; omnibus scilicet, quæ circa eum vel ab eo gesta sunt, in irritum reuocatis.

Κωνσταντινουπόλει γνωμένης. ὥστε μήτε (N) Μάξιμον (O) ἐπίσκοπον (P) ἢ γνώσθαι ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας εἰ οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, παύεσθαι καὶ τῆς τοιαύτης αὐτὸν καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ γνωμένων ἀκυρουμένων. Anno Christi 381.

V.

7. Hi tres postremi Canones adiecti sunt ex Balsamone.

De libello occidentalium: etiam eos suscipimus, qui Antiochiæ vnam Patris & Filii & Spiritus sancti deitatem confitentur.

ε'.

Περὶ τοῦ τόμου τῶν δυτικῶν· καὶ τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀποδεξάμεθα τοὺς μίαν ὁμολογοῦντας πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος θεότητα.

VI.

8. Quoniam multi ecclesiasticū ordinem confundere & subuertere volentes, inimice & sycophantice aduersus orthodoxos episcopos, qui ecclesias administrant, accusationes quasdam cōfingunt, nihil aliud quam sacerdotum bonam existimationem contaminare, & in pace degentium populorum tumultus concitare conantes: ea de causa placuit sanctæ Synodo episcoporū qui Constantinopoli conuenerunt, nec sine discussione admittere accusatores, nec omnibus, eorū qui ecclesias administrant, accusationes permittere, nec omnes excludere: sed si quis propriā quidem querelam, id est priuatam, intendat episcopo, vt detrimento aliquo, vel iniuria aliqua ab ipso affectus, in eiusmodi accusationibus nec accusatoris personam, nec religionem examinari. Oportet enim episcopi conscientiam esse omnibus modis liberam, & eum qui sibi iniuriam factam esse dicit, cuiuscumque sit religionis, ius suum consequi. Si autem sit crimen ecclesiasticum,

ϛ'.

Ἐπειδὴ πολλοὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν διάταξιν συγχεῖν καὶ ἀνατρέπειν * βουλόμενοι, φιλέχθρως καὶ * Vide not. m. συκοφαντικῶς αἰτίας ἐπάγουσι κατὰ τῶν οἰκονομούντων τὰς ἐκκλησίας ὀρθοδόξων ἐπισκόπων συμπλάσασιν, οὐδὲν ἕτερον ἢ χραίνειν τὰς τῶν ἱερέων ὑπολήψεις, καὶ ταράττειν τὴν εἰρηνεύοντων λαῶν καταπολεμεῖν ἐπιχειροῦντες· τούτου ἕνεκεν ἤρεσε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνδραμόντων ἐπισκόπων, μὴ ἀνεξετάστως προσίεσθαι τοὺς κατηγόρους, μηδὲ πᾶσιν * ἐπιτρέπεσθαι τὰς κα- * Vide not. n. τηγορίας ποιεῖσθαι κατὰ τῶν οἰκονομούντων τὰς ἐκκλησίας, μηδὲ μὴν πάντας ἀποκλείειν· ἀλλ' εἰ μέν τις οἰκείαν τινὰ μέμψιν, τοῦτ' ἔστιν, ἰδιωτικὴν ἐπαγάγοι τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς πλεονεκτηθείς, ἢ ἄλλο τι παρὰ τὸ δίκαιον παρ' αὐτοῦ πεπονθώς· ἐπὶ τῆς τοιούτων κατηγοριῶν μὴ ἐξετάζεσθαι μήτε πρόσωπον τοῦ κατηγόρου, μήτε τὴν θρησκείαν. χρὴ γὰρ πάντως τὸ, τε συνειδὸς τοῦ ἐπισκόπου ἐλεύθερον εἶναι, καὶ (Q) ἀδικεῖσθαι λέγοντα, οἵας ἂν ᾖ θρησκείας, τῶν δικαίων τυγχάνειν. εἰ δὲ ἐκκλησιαστικὸν εἴη

ANNO CHRISTI 381.

τὸ ἐπιφερόμενον ἔγκλημα τῷ ἐπισκόπῳ, τότε δοκιμάζεσθαι χρὴ τὴν κατηγορούντων τὰ πρόσωπα· ἵνα πρῶτον μὲν αἱρετικοῖς μὴ ἐξῇ κατηγορείας κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων, ὑπὲρ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ποιεῖσθαι. αἱρετικοὺς δὲ λέγομεν, τούς τε πάλαι τῆς ἐκκλησίας ἀποκηρυχθέντας, καὶ οὓς μετὰ ταῦτα ὑφ' ἡμῶν ἀναθεματισθέντας· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ οὓς τὴν πίστιν μὲν τὴν ὑγιῆ προσποιουμένους ὁμολογεῖν, * ἀποφάσαντας δὲ καὶ διὰ πράγματα τοῖς κανονικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις. ἔπειτα δὲ καὶ εἴ τινες * τούτων ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπ' αἰτίας τισὶ προκατεγνωσμένοι εἶεν καὶ ἀποβεβλημένοι, ἢ ἀκοινώνητοι, εἴτε ἀπὸ κλήρου, εἴτε ἀπὸ λαϊκοῦ τάγματος· μηδὲ τούτοις ἐξεῖναι κατηγορεῖν ἐπισκόπου, πρὶν ἂν τὸ οἰκεῖον ἔγκλημα πρότερον ἀποδύσωνται. ὁμοίως δὲ καὶ οὓς ὑπὸ κατηγορείαν προλαβόντας ὄντας, μὴ πρότερον εἰς δέκτους εἰς ἐπισκόπου κατηγορείαν, ἢ ἑτέρων κλητικῶν, πρὶν ἂν ἀθῴους ἑαυτοὺς τῶν ἐπαχθέντων αὐτοῖς ἀποδείξωσιν ἐγκλημάτων. εἰ μέν τινες εἶεν αἱρετικοὶ, μήτε ἀκοινώνητοι εἶεν, μήτε προκατεγνωσμένοι ἢ προκατηγορημένοι ἐπί τισι πλημμελήμασι, λέγειν δὲ ἔχειν τινὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου κατηγορείαν· τούτοις κεκλύσθω ἡ ἁγία συνόδος πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς τῶν ἐπαρχίας πάντων ἐπισκόπων συνίστασθαι τὰς κατηγορείας, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἐλέγχειν τὰ ἐγκλήματα τοῦ συναιτίας πάσιν ἐπισκόπου. εἰ δὲ συμβαίη ἀδυνατῆσαι τοὺς ἐπαρχιώτας πρὸς διόρθωσιν τῶν ἐπιφερομένων ἐγκλημάτων τῷ ἐπισκόπῳ, τότε αὐτοὺς πρεσπέναι μείζονι συνόδῳ τῆς διοικήσεως ἐπισκόπων ἐκείνης, ὑπὲρ τῆς

quod episcopo intenditur; tunc examinari personas accusatorũ: vt primum quidem hęreticis non liceat orthodoxos episcopos pro rebus ecclesiasticis accusare. Hæreticos autem dicimus & qui olim ab ecclesia abdicati sunt, & qui sunt postea a nobis anathematizati. adhæc autem & eos, qui se sanam quidem fidem confiteri prę se ferunt, aulsi autem sunt & abscissi, & aduersus canonicos nostros episcopos congregationem faciunt. Præterea autem & si aliqui eorum ab ecclesia ob aliquas causas prius condemnati, & eiecti vel excommunicati fuerint, siue ex clero, siue ex laicorum ordine, nec eis licere episcopum accusare, priusquam proprium crimen absterserint. Similiter autem & eos, qui prius rei facti accusatique sunt, non prius ad episcopi vel aliorum clericorum accusationẽ admitti, quam se obiectorum sibi criminum insontes ostenderint. Sed si nonnulli nec hæretici, nec excommunicati fuerint, nec prius damnati, vel aliquorum criminum accusati, dicant autem se habere aliquas aduersus episcopum criminationes; eos iubet sancta Synodus primum quidem apud prouinciæ episcopos accusationem persequi, & apud eos probare crimina episcopi, qui aliquarum rerum accusatur. Quod si euenerit, vt prouinciales episcopi crimina, quæ episcopo intentata sunt, corrigere nõ possint, tunc ipsos accedere ad maiorem Synodum diœceseos illius episcoporum, pro hac causa

* Ἀποφάσαντας δὲ καὶ διὰ πράγματα κ.τ.λ.

* Ἐν τούτοις

conuocatorum; & accusationem non prius intendere, quam in scriptis æquale periculum sibi statuant, si quidem in rebus examinandis accusatum episcopum calumniari conuicti fuerint. Si quis autem iis, quæ, vt prius declaratum est, decreta fuerunt, contemptis, ausus fuerit vel imperatoris aures molestia afficere, vel sæcularium principum iudicia, vel vniuersalem Synodum perturbare, neglectis diœcesis episcopis; eum nullo modo esse ad accusationẽ admittendum, vt qui Canonibus iniuriam fecerit, & ecclesiasticum ordinẽ euerterit.

ANNO CHRISTI 381.

αἱρέσεως ταύτης συνκαλουμένων· καὶ μὴ πρότερον σύνισταθαι τὴν κατηγορίαν, πρὶν ἢ ἐξετάσῃ αὐτοῦ τὸν ἔλεγχον αὐτοῖς * ὑποληψόμενος κίνδυνον, εἰ ἐπὶ τῇ τῶν πραγμάτων * τάξει συκοφαντοῦντες τὴν κατηγορουμένου ἐπισκοπον ἐλεγχθεῖεν. εἰ δέ τις καταφρονήσας τῶν καὶ τὰ πρόσθεν ὡρισμένα διδομένων, τολμήσειεν ἢ βασιλικὰς σχολὰς ἀκοὰς, ἢ κοσμικῶν ἀρχόντων δικαστήρια, ἢ οἰκουμενικὴν σύνοδον ταράσσειν, πάντας ἀπομάσας τῆς διοικήσεως ἐπισκόπους· ποιοῦμεν καὶ παράπαν εἰς κατηγορίαν μὴ εἶναι δεκτὸν, ὡς καθυβρίσαντα τοὺς κανόνας, καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν λυμηνάμενον διάταξιν.

* ὑποληψόμενος

* τάξει

VII.

9. Eos qui rectæ fidei adiiciuntur, & parti eorum qui ex hæreticis seruantur, recipimus, secundum subiectam hic consequentiam & consuetudinem. Arianos quidẽ, & Macedonianos, & Sabbatianos, & Nouatianos, qui dicunt seipsos Catharos & Aristeros, [hoc est, mundos, vel sinistros,] & Tessaradecatitas, siue Tetraditas, & Apollinaristas recipimus, dantes quidem libellos, & omnem hæresim anathematizantes, quæ non sentit vt sancta Dei catholica & apostolica ecclesia; & signatos, siue vnctos primum sancto chrismate, & frontem, & oculos, & nares, & os, & aures. Et eos signantes dicimus, Signaculum doni Spiritus sancti. Atqui Eunomianos, qui in vnam demersionem baptizantur; & Montanistas, qui hic dicuntur Phryges, & Sabellianos, qui eumdem esse Patrem & Filium opinantur, vtrumque simul confundentes, & alia gra-

ζ'.

Τοὺς προσιόντας τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ τῇ μερίδι τῶν σωζομένων ἀπὸ αἱρετικῶν, δεχόμεθα κατὰ τὴν ὑποτεταγμένην ἀκολουθίαν καὶ συνήθειαν. Ἀρειανοὺς μὲν καὶ Μακεδονιανοὺς, καὶ Σαββατιανοὺς, καὶ Ναυατιανοὺς, τοὺς λέγοντας ἑαυτοὺς καθαροὺς καὶ Ἀριστεροὺς, καὶ τοὺς Τεσσαρεσκαιδεκατίτας, εἴτουν Τετραδίτας, καὶ Ἀπολλιναριστὰς δεχόμεθα δίδοντας λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζοντας πᾶσαν αἵρεσιν, μὴ φρονοῦσαν ὡς φρονεῖ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία· καὶ σφραγιζομένους, ἤ τοι χριομένους πρῶτον τῷ ἁγίῳ μύρῳ τὸ, τε μέτωπον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰς ῥῖνας, καὶ τὸ στόμα, καὶ τὰ ὦτα. καὶ σφραγίζοντες αὐτοὺς λέγομεν· Σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου. Εὐνομιανοὺς μὲν τοὺς εἰς μίαν καταδύσιν βαπτιζομένους, καὶ Μοντανιστὰς τοὺς ἐνταῦθα λεγομένους Φρύγας, καὶ Σαβελλιανοὺς τοὺς ὑοπατορίαν * διδάσκοντας, καὶ ἕτερά τινα χαλε-

* διδάσκοντας

πὰ

ANNO CHRISTI 381.

πὰ ποιουῶτας. κὴ τὰς ἄλλας πάσας αἱρέσεις, ἐπειδὴ πολλοί εἰσιν ἐντεῦθα, μάλιστα οἱ ἀπὸ τῆς Γαλατῶν χώρας * ἐρχόμενοι, πάντας τοὺς ἀπ' αὐτῶν θέλοντας προσίεσθαι τῇ ὀρθοδοξίᾳ, ὡς ἕλληνας δεχόμθα. κὴ τ πρώτην ἡμέραν ποιοῦμθ αὐτοὺς χριστιανούς, τ δ δευτέραν κατηχουμένους· ἔπα τ τρίτην ἐξορκίζομθ αὐτοὺς μ τὸ ἐμφυσᾶν τρὶς εἰς τὸ πρόσωπον κὴ εἰς τὰ ὦτα αὐτῶν· κὴ οὕτως κατηχοῦμθ αὐτοὺς, κὴ ποιοῦμθ αὐτοὺς χρονίζειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, κὴ ἀκροᾶσθαι τ γραφῶν· κὴ τότε αὐτοὺς βαπτίζομθ.

* ἐρχομένων

uia & indigna faciunt: & alias omnes hæreſes; quoniã hic multi ſunt hæretici, & maxime qui ex Galatarum regione veniunt; quicumque ex his rectæ fidei adſcribi volunt, vt Græcos admittimus: & primo quidem die ipſos Chriſtianos facimus; ſecundo catechumenos; deinde tertio exorcizamus ſiue adiuramus ipſos, ter ſimul in faciem eorum & aures inſufflando. Et ſic eos catechizamus ſiue initiamus, & curamus vt longo tempore verſentur in eccleſia, & audiant ſcripturas; & tunc eos baptizamus.

ΤΟ ΕΚΤΕΘΕΝ ΠΑΡΑ τῆς αὐτῆς συνόδου τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει σύμβολον.

SYMBOLVM EIVSDEM Concilii Conſtantinopolitani.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ κὴ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων κὴ ἀοράτων. κὴ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν Ⓦ υἱὸν τοῦ θεοῦ Ⓦ μονογενῆ, Ⓦ τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τ αἰώνων, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. Ⓦ δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους κὴ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου κὴ Μαρίας τ παρθένου, κὴ ἐνανθρωπήσαντα· σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, κὴ παθόντα, καὶ ταφέντα, Ⓒ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κ τὰς γραφάς· κὴ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, κὴ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, κὴ πάλιν ἐρχόμενον Ⓦ μ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας ἐκ ἔσται τέ-

CREDIMVS in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium conditorem. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum, ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; natum, non factum, homouſion Patri, hoc eſt, eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ; per quem omnia facta ſunt, quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis: & incarnatus eſt ex Spiritu ſancto, ex Maria virgine, & homo factus eſt: Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus ac ſepultus: & tertia die reſurrexit ſecundum Scripturas: aſcendit in cælos, ſedet ad dexteram Patris: inde venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos; cuius regni non erit fi-

nis. Credimus in Spiritum sanctũ, Dominum & viuificantem, ex Patre procedentem, & cum Patre & Filio adorandum & conglorificandum: qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionẽ mortuorum; & vitam futuri sæculi. Amen.

λος. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν. Anno Christi 381.

CANONES CONCILII CONSTANTINOPOLITANI,

Ex interpretatione Dionysii Exigui.

I.

FIDEM non violandam patrum trecentorum decem & octo, qui apud Nicæam Bithyniæ conuenerunt; sed manere eam firmam & stabilem. Anathematizandam omnem hæresim, & specialiter Eunomianorum vel Anomianorum, & Arianorum vel Eudoxianorum, & Macedonianorum vel Spiritui sancto resistentium, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Photinianorum, & Apollinariorum.

II.

Qui sunt super diœcesim episcopi, nequaquam ad ecclesias, quæ sunt extra præfixos sibi terminos, accedant; nec eas hac præsumptione confundant; sed iuxta Canones, Alexandrinus antistes quæ sunt in Ægypto regat solummodo; & orientis episcopi orientem tantum gubernent, seruatis priuilegiis, quæ Nicænis Canonibus ecclesiæ Antiochenæ tributa sunt. Asianæ quoque diœceseos episcopi, ea solum quæ sunt in Asiana diœcesi dispensent:

ANNO CHRISTI 381. necnon & Ponti episcopi ea tantum quæ sunt in Ponto; & Thraciarum, quæ in Thraciis sunt, gubernent.

Non vocati autem episcopi vltra suam diœcesim non accedant propter ordinationes faciendas, vel propter alias dispensationes ecclesiasticas. Seruata vero quæ scripta est de gubernationibus regula, manifestum est, quod illa quæ sunt per vnamquamque prouinciam, ipsius prouinciæ Synodus dispenset, sicut Nicæno constat decretum esse Concilio. Ecclesias autem Dei in barbaricis gentibus constitutas gubernari conuenit iuxta consuetudinem quæ est a patribus obseruata. Can. 5.

Verumtamen Constantinopolitanus episcopus habeat honoris primatum post Romanum episcopum, propterea quod vrbs ipsa sit iunior Roma.

III.

De Maximo Cynico, & eius inordinata constitutione quæ Constantinopoli facta est, placuit, neque Maximum episcopum esse vel fuisse, nec eos qui ab ipso in quolibet gradu * clerici sunt ordinati; cum omnia quæ ab eodem perpetrata sunt, in irritum deducta esse videantur. * cleri

EXPOSITIO FIDEI CENTVM *quinquaginta sanctorum patrum, qui Constantinopoli congregati sunt.*

CREDIMVS in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei, natum ex Patre ante omnia sæcula, Deum verum de Deo vero; natum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & sa-

lutem noſtram, deſcendit de cælis: & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, & humanatus eſt: & crucifixus eſt pro nobis ſub Pontio Pilato, & ſepultus eſt: & reſurrexit tertia die; aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris, iterum venturus cum gloria iudicare viuos & mortuos; cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum, Dominum & viuificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum & conglorificandum: qui locutus eſt per ſanctos prophetas. Et vnam ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam. Confitemur vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Expectamus reſurrectionem mortuorum: & vitam futuri ſæculi. Amen. Anno Christi 380.

Et ſubſcripſerunt epiſcopi centum quinquaginta, qui in eodem Concilio conuenerunt.

Nectarius Conſtãtinopolitanus.

Prouinciæ Aegypti.

Timotheus Alexandrinus.
Dorotheus Oxyrinchites.

Prouinciæ Palæſtinæ.

Cyrillus Hieroſolymitanus.
* Gelaſius * Thalaſſius Cæſarienſis.
Macer Ierichuntinus.
Dionyſius Dioſpolitanus.
Priſcianus Sebaſtenſis.
Saturninus Scythopolitanus.
Rufus Nicopolitanus.
Auxentius Aſcalonitanus.
Ælianus Iamnienſis.

Prouinciæ Phœnices.

Zenon Tyrius.
Paulus Sidonienſis.
Nectabus Ptolemaidenſis.
Philippus Damaſcenus.
Batrachus Paneadenſis.
Timotheus Berytius.
Baſilides Byblenſis.
* Mocimus * Mochimus Aradenſis.
* Arundenſis. Alexander * Arachenſis.

*Prouinciæ Syriæ * Cœles.*

* *Curnæ.* al. *Cana.* Meletius Antiochenus.
* Pegaſius Laodicenſis. * Pelagius
Acacius Beroœenſis.
Ioannes Apameenſis.
Byzus Seleucienſis.
Euſebius Epiphanienſis.
Marcianus * Seleucopolitanus. * Seleucobelorum. al. Selemnalio-rum.
Patrophilus Lariſſenſis.
Seuerus Patrenſis.
Flauianus, & Elpidius preſbyteri Antiocheni.
Euſebius Chalcidenſis.
Domnus Gabalenſis.
Baſilius Raphanenſis.

Prouinciæ Arabiæ.

Agapius.
Bagadius.

Prouinciæ Boſtron.

Elpidius * Dioniſtenſis. * Dionyſiadis.
Vranius * Adranenſis. * Adrianenſis.
Chilon Conſtantienſis.
Seuerus Neapolitanus.

Prouinciæ Oſdroenæ.

Eulogius Edeſſenus.
Vitus Carrenſis.
Abramus * Bathnenſis. * Betnienſis. al. Bethamanenſis.

Prouinciæ Meſopotamiæ.

Mareas Amidenſis.
Bathes Conſtantinianenſis.
Iobianus Imerienſis.

ANNO CHRISTI 381.

*Prouinciæ Augustæ * Euphratesiæ.*

* circa Euphratem.
* Theodorus * Theodotus Hierapolitanus.
Antiochus Samosatenus.
* Cyrrēsis. Isidorus * Surrensis.
* Pennēsis. Iobinus * Pellensis.
Maris Dolichensis.

Prouinciæ Ciliciæ.

Diodorus Tarsensis.
Cyriacus Adanensis.
Hesychius Epiphanensis.
Germanus Corycensis.
Aerius Zephyriensis.
Philomusus Pompeiopolis.
Olympius Mopsuestiensis.
Philomusus Alexandrinus, per Alypium presbyterum prouinciæ Cappadociæ.
Helladius Cæsariensis.
Gregorius Nyssenus.
Epherius Tyanensis.
* Colonensis. Bosphorus * Colonensis.
Olympius Pharnacensis.
Gregorius Nazianzenus.

Prouinciæ Armeniæ minoris.

Oterius Melitinensis.
Oterius Arabissensis.

Prouinciæ Isauriæ.

Symposius Seleucensis.
Philotheus Irenopolis.
Montanus Claudianopolitanus, per Paulum presbyterum.
*Isiſtius * Hipsistius Philadelphius.
Marinus Dalisandensis.
Theodosius Antiochenus.
Artemius Titopolitanus.
Neon Selenuntensis.
Eusebius Olbiensis.
Montanus Diocæsariensis.
Musonius Celenderitanus.

Prouinciæ Cypri.

Iulius Paphensis.
Theopompus Tremithuntis.
Tychon Thamassensis.
* Mnemius Cittiensis. *Meminius

Prouinciæ Pamphyliæ.

Troilus * Geonensis. * Gonensis.
Caius * Lirbensis. * Gyrbensis.
Longinus * Colobrassensis. * Colymbrasensis.
Theodulus * Coracesiensis. * Corocasiensis.
Hesychius * Commacensis. * Catamensis.
Tuesianus Cassonensis. * Panemenensis.
Mydus * Penteneſſensis. * Prynsensis. al. Tychensis.
Heraclides * Tituensis.
Theodulus Siluiensis.
Pammenius Ariassensis.

Prouinciæ Lycaoniæ.

Amphilochius Iconiensis.
Cyrillus Homonadensis.
Aristophanes Sobarensis.
Paulus Lystrensis.
Inzus * Cotnensis. *Coriensis.
Darius Mystiensis.
Leontius Pergensis.
Theodosius * Hydensis. * Sydensis.
Eustathius Cannensis.
Daphnus Derbensis.
Eugenius * Paspanensis. * Palanensis.
Iluarius Isaurensis.
Seuerus Ambladensis.

Prouinciæ Pisidiæ.

Optimius Antiochenus.
Themistius Hadrianopolis.
Attalus Prostamensis.
Ananius Adadensis.
Faustus * Lysinensis. * Liminensis.
Ionius * Sagalessensis. * Salagassensis.
Callinicus Podalensis.
Eustathius Metropolitanus.
Patricius Paralensis.
Lucius Neapolitanus.
Longianus Sozopolis, per Simplicium presbyterum.
Tyrannus presbyter Amorii.
Auxanon presbyter Apameæ.
Helladius presbyter Cōmanensis.
Theosebius Philomelensis, per Bassum presbyterum Lyciæ.

Tatianus Myrenſis.
Pionius Comaſenſis.
Eudemius Patarenſis.
Patricius Oenandenſis.
Lupicinus Lymirenſis.
Macedon Xanthenſis.
Romanus Bibonenſis.
Theantimus Araxenus.

Prouinciæ Phrygiæ Salutaris.

Vitus Primneſienſis.
Auxamanus Eucarpienſis.

Prouinciæ Phrygiæ Pacatianæ.

* Appianẽſis. Nectarius * Apirenſis.
Theodorus Eumenienſis, per Profuturũ preſbyterũ Cęſareę.
Eudoxius Aphrodiſiadis.
Leontius Cyburenſis.

Prouinciæ Bithyniæ.

Euphraſius Nicomedienſis.
Dorotheus Nicænus.
Olympius Neocæſarienſis.
Theodulus Calchedonenſis.
Euſtaſius Pruſenſis.

Prouinciæ Ponti Amaſiæ.

*Pantophilus Iberorum.

Prouinciæ Myſiæ.

Martyrius Marcianopolis.

Prouinciæ Scythiæ.

Gerontius Tomenſis.
Ætherius Terſonitanus.
Sebaſtianus Anchialenſis.

*Prouinciæ * Spaniæ.*

Agrius * Immontinenſis.

Prouinciæ Ponti Polemoniaci.

Atarbius, per Cylum lectorem.

EPISTOLA EPISCOPORUM qui Conſtantinopoli conuenerunt.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΩΝ ΕΝ Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων Ἐπισκόπων.

Ex Theod. lib. 5. cap. 9.

Dominis honoratiſſimis, & cum primis reuerendiſs. fratribus ac collegis, Damaſo, Ambroſio, Brittoni, Valeriano, Acholio vel Aſcholio, Anemio, Baſilio, & ceteris ſanctis epiſcopis in magna vrbe Roma conuocatis, ſanctum Concilium orthodoxorum epiſcoporum in ampla vrbe Conſtantinopoli congregatorum, in Domino ſalutem.

Κυρίοις τιμιωτάτοις, καὶ ὁμολογητοῖς ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς, Δαμάσῳ, Ἀμβροσίῳ, Βρίττωνι, Οὐαλεριανῷ, Ἀχολίῳ, Ἀνεμίῳ, Βασιλείῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἁγίοις Ἐπισκόποις τοῖς συνελθοῦσιν ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει Ῥώμῃ, ἡ ἁγία σύνοδος τῶν ὀρθοδόξων Ἐπισκόπων τῶν συνελθόντων ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει Κωνσταντινουπόλει, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

MVLTITVDINEM calamitatum nobis a dementis ſectæ Arianæ potentia inflictarum, veſtræ reuerentiæ tamquam earumdem ignaris exponere narrareque, erit fortaſſe ſuperuacaneum. Nam neque veſtram pie-

ΤΟ μὲν ὡς ἀγνοοῦσιν τὴν ὑμετέραν ὁλκάδειαν διδάσκειν, καὶ διηγεῖσθαι τῶν * παθῶν τὸ πλῆθος τῶν ἐπαχθέντων ἡμῖν παρὰ τῶν * Ἀρειομανῶν δυναστείας, περιττὸν ἴσως. οὔτε γὰρ οὔπω παρέρχον τὰ καθ' ἡ-

ANNO CHRISTI 381.

μᾶς κρίνειν τὴν ὑμετέραν ἡγούμεθα θεοσέβειαν, ὡς δεῖσθαι τῆς μαθεῖν ταῦτα, οἷς ἐχρῆν συναλγεῖν· οὔτε τοιοῦτοί εἰσιν οἱ πρόσθεν ἡμᾶς χειμῶνες, ὡς λανθάνειν διὰ σμικρότητος. ὅ, τε χρόνος τῶν διωγμῶν νεαρὸς, σύαυλον ἔτι φυλάττων τὴν μνήμην, οὐ τοῖς πεπονθόσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς δι' ἀγάπην τὰ τῶν πεπονθότων οἰκειουμένοις. χθὲς, ὡς εἰπεῖν, ἔτι καὶ πρώην, οἱ μὴν τῶν ἐξορίας λυθέντες δεσμῶν, εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας διὰ μυρίων ἐπανήκασι θλίψεων· τῶν δὲ καὶ τελειωθέντων ἐν ταῖς ἐξορίαις ἐπανεκομίσθη τὰ λείψανα. τινὲς δὲ καὶ μετὰ τὴν τῆς ἐξορίας ἐπάνοδον, ἔτι βεβαζονίῃ τῷ τῶν αἱρετικῶν πρεσβεύοντες θυμῷ, πικρότερα τῶν ὑπὲρ τῆς ἀλλοτρίας, ὑπὲρ τῆς οἰκείας ὑπέμειναν, λίθοις παρ' αὐτῶν τελειωθέντες κατὰ τὸν μακάριον Στέφανον. ἄλλοι διαφόροις καταξανθέντες αἰκίαις, ἔτι τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ καὶ τοὺς μώλωπας ἐν τῷ σώματι περιφέρουσι. χρημάτων δὲ ζημίας καὶ * πρεσβυτικὰς πόλεων, καὶ τὰς τῶν καθ' ἕνα * δημοσιώσεις, καὶ συσκευὰς, καὶ ὕβρεις, καὶ δεσμωτήρια τίς ἂν ἐξαριθμήσασθαι δύναιτο; πᾶσαι γὰρ ὄντως ἐφ' ἡμᾶς αἱ θλίψεις ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμὸν, ἴσως μὲν, ἐπειδὴ δίκας ἁμαρτημάτων ἐπῆμεν· ἴσως δὲ καὶ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ διὰ τοῦ πλήθους τῶν παθημάτων ἡμᾶς γυμνάζοντος. τούτων μὲν οὖν τῷ θεῷ χάρις, ὃς καὶ διὰ τοσούτων θλίψεων τοὺς ἑαυτοῦ δούλους ἐξεπαίδευσε, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν αὐτοῦ πάτατem res noſtras tam paruo æſtimare arbitramur, vt de his docendi ſitis, pro quibus deberetis nobiſcum vna condoleſcere: neque huiuſmodi ſunt tempeſtates illæ, quibus vndique iactati ſumus, vt propter earum paruitatem vos latere queant. Quin etiam tempus perſecutionis adeo nuper præteriit, vt non illi ſolum, qui in eo afflictati erant, verum & eorum amici, qui propter amorem venerant cum illis in ſocietatem doloris, recentem eius memoriam teneant. Nam heri, prope dixerim, & nudiustertius, nonnulli exilii vinculis liberati, & infinita fere afflictionum genera perpeſſi, ad eccleſias ſuas redierunt: aliorum autem in exilio extinctorum reliquiæ in patriam ſunt reportatæ. Quidam poſt reditum ab exilio, in furorem hæreticorum adhuc ſæuientem incidentes, grauiora tormenta in ſua ipſorum, quam in aliena regione tolerarunt; &, ſicut beatus Stephanus, lapidibus obruti occubuerunt. Alii variis verberationibus dilacerati, ſtigmata Chriſti & vibices in corpore adhuc circumferunt. Porro pecuniæ iacturam, multas ciuitatũ, proſcriptiones ſingulorum, inſidias, contumelias, carceres, quis poterit enumerare? Nam afflictionum genera, quibus vexati ſumus, vix numero comprehendi poſſunt; propterea fortaſſe, quod pœnæ peccatis debitæ nobis perſoluendæ erant: fortaſſe autem, quod benignus Deus per ingentem rerum aduerſarum multitudinem nos exercere volebat. Pro quibus Deo certe agendæ ſunt gratiæ, qui per tot cruciatus eruditiuit ſeruos ſuos, & ſecundũ multitudinem miſerationum ſuarum

Actor. c. 7. v. 58.

Pſalm. 50. Pſalm. 65. v. 12.

* ἴσως, φερεμήτις
* δημεύσεις

rursus eduxit nos in refrigerium. Nobis autem diuturno otio, & multo tum tempore, tum labore ad ecclesiarum emendationem opus erat, vt corpus earum, tamquam diuturno morbo vexatum, curationibus pedetentim adhibitis recreantes, tandem ad pristinam pietatis sanitatem reducamus. Nam etsi maxime videmur persecutionis asperitate liberati, & ecclesias diu ab hæreticis occupatas modo recuperare; tamen lupi nobis permultum facessunt molestiæ: ac licet ab ouilibus abacti sint, in siluis tamen greges diripere, conuentus contrarios nobis audacter opponere, populorum seditiones concitare non cessant; denique nihil omnino prætermittunt, quod ecclesiis quidquam afferre possit incommodi. Itaque erat, vt diximus, necessarium, vt in his rebus recte constituendis plus temporis collocaremus. Iam vero, quoniam vos, quo fraternam vestram erga nos caritatem declararetis, Concilio voluntate ac nutu Dei Romæ coacto, nos velut membra propria per Deo amatissimi imperatoris literas accersiuistis: ne cum nos soli iam antea res acerbas subiissemus, nunc imperatoribus de pietate consentientibus, sine nobis vos regnaretis; sed potius, sicut loquitur Apostolus, vt nos vobiscum conregnaremus: est certe nobis omnibus in optatis, si posset fieri, ecclesiis confertim relictis, vestro desiderio, aut necessario potius ecclesiæ negotio inseruire. Quis enim nobis dabit pennas sicut columbæ, & volabimus, & requiescemus apud vos? Verum quoniam hoc modo ecclesiæ nuper renouatæ nudatæ

1. Cor. c. 4. v. 8.

Psalm. 54. v. 7.

λιν ἐξήγαγεν ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. ANNO CHRISTI 381.
ἡμῖν δὲ μακρᾶς μὲν ἔδει σχολῆς, καὶ πολλῆς χρόνου καὶ πόνου πρὸς τὸ τὰς ἐκκλησιὰς ἐπανορθῶσαι, ἵν' ὥσπερ ἐκ μακρᾶς ἀῤῥωστίας τῆς καθ' ὅλου μικρὸν ἐπιμελείας τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας ἐκνοσηλεύοντες, πρὸς τὴν ἀρχαίαν τῆς εὐσεβείας ὑγίειαν ἐπαναγάγωμεν. καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα δοκεῖμεν τῆς διωγμῶν ἀπηλλάχθαι σφοδρότητος, καὶ τὰς ἐκκλησίας χρονίως ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν κατασχεθείσας ὀρθῶς ἀνακομίζεσθαι· πλὴν ἀλλὰ βαρεῖς ἡμῖν λύκοι, καὶ μὴ τὸ τῆς μανδρας ἐξωθεῖν καὶ τὰς νάπας τὰ ποίμνια διαρπάζοντες, ἀντισωμάξεις πολεμοῦντες, δήμων κινοῦντες ἐπανασάσεις, ὀχλοῦντες οὐδὲν εἰς τὴν ἐκκλησιῶν βλάβην. ἵνα μὲν οὖν, ὅπερ εἰρήκαμεν, ἀναγκαῖον, πλείονα ἡμᾶς ἔσεσθαι σχολὴν καὶ χρόνον. ἐπειδὴ μὲν οἱ τὰ ἀδελφικὰ πρὸς ἡμᾶς ἀσπασμὸν ἐπιδεικνύμενοι, συνόδου ἐπὶ τὴν Ῥώμης θεοῦ βουλήσει συγκροτοῦντες, καὶ ἡμᾶς ὡς οἰκεῖα μέλη προσκαλέσασθε διὰ τῆς τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως γραμμάτων· ἵν' ἐπειδὴ τότε τὰς θλίψεις μόνοι κατεδικάσθημεν, νῦν σὺν τῇ τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς τὸν εὐσέβειαν συμφωνίᾳ μὴ χωρὶς ἡμῶν βασιλεύσητε, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ὑμῖν, καὶ τὸν ἀποστολικὸν φωνὸν, συμβασιλεύσωμεν· εὐχὴ μὲν οὖν ἡμῖν, εἰ δυνατὸν, ἅπασιν ἀθρόως καταλιποῦσι τὰς ἐκκλησίας, τῷ πόθῳ ἢ τῇ χρείᾳ χαρίσασθαι. τίς γὰρ ἡμῖν δώσει πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ πετασθησόμεθα, καὶ πρὸς ὑμᾶς καταπαύσομεν; ἐπειδὴ δὲ τοῦτο παντελῶς ἐγύμνου τὰς ἐκκλησίας, ἀπὸ τῆς ἀνανεώσεως ἐξ-

χομένης,

ANNO CHRISTI 381.

χρόνος, καὶ τὸ πρᾶγμα παντάπασιν ἐν τοῖς πολλοῖς ἀδύνατον· σπουδάσαμεν γὰρ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἐκ τῆς πέρυσι χαραγμάτων τῆς πρὸς τῆς ὑμετέρας ἐμμότητος μετὰ τὴν ἐν Ἀκυληίᾳ σύνοδον πρὸς τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα Θεοδόσιον ἀπεσταλέντων, πρὸς μόνον τοῦτον τὸν ἀποδημίαν τὴν μέχρι Κωνσταντινουπόλεως * παρασκευασάμενοι, καὶ πρὸ τούτου μόνης τῆς συνόδου τὴν τῆς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μενάντων ἐπισκόπων συγκατάθεσιν ἐπαγόμενοι· μεῖζον δὲ ἀποδημίας μήτε προσδοκήσαντες χρείαν, μήτε * προσακούσαντες ὅλως, πρὶν εἰς Κωνσταντινούπολιν συνελθεῖν. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τὴν προθεσμίας διὰ στενότητα, μήτε πρὸς πρασκυλὼ μακροτέρας ἀποδημίας ἐνδιδούσης καιρὸν, μήτε πάντας σὺν τοῖς ἐπαρχίας κοινωνικοὺς ἐπισκόπους ὑποσημανθῆναι, καὶ τὰς παρ' αὐτῶν συγκαταθέσεις λαβεῖν. ἐπειδὴ ταῦτα καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις ἕτερα τὴν τῆς πλειόνων ἄφιξιν διεκώλυσεν, ὃ δεύτερον ἦν, εἴς τε τῆς πραγμάτων ἐπανόρθωσιν, καὶ τὴν τῆς ὑμετέρας περὶ ἡμᾶς ἀγάπης ἀπόδειξιν, τοῦτο πεποιήκαμεν, σὺν αἰδεσιμωτάτοις καὶ τιμιωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις, Κυριακὸν, Εὐσέβιον, καὶ Πρεσκιανὸν, προθύμως καμεῖν ἄγειν ὑμῶν δυσωπήσαντες. δι' ὧν καὶ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν εἰρηνικὴν οὖσαν, καὶ σκοπὸν ἑνώσεως ἔχουσαν, ἐπιδείκνυμεν· ἔτι δὲ ζῆλον ἡμῶν ὑπὲρ τῆς ὑγιοῦς πίστεως

* περαιοῦσθαι,

* προσακούσαντες

rentur, & res a pleriſque fieri omnino non queat; nam Conſtantinopolim conueneramus, mandato literarum ſuperiore anno a veſtra reuerentia poſt Concilium Aquileienſe ad Dei amantiſſimũ imperatorem Theodoſium miſſarum, ad iter dumtaxat Conſtantinopolim vſque faciendum præmeditati, atque de hoc vno Concilio celebrando conſenſum epiſcoporum, qui in prouinciis manſerant, vna nobiſcum afferentes: longiore autem itinere opus eſſe nec expectantes, neque omnino ante accipientes, quam Conſtantinopoli in vnum conuentum eſſet. Huc accedit, quod temporis præſtituti anguſtia neque ad longius iter parandum, neque ad epiſcopos in ſingulis prouinciis, qui ſunt eiuſdem nobiſcum communionis, de hac re commonefaciendos, neque ad eorum conſenſus obtinendos ſatis ſpatii dat. Itaque cum & hæ res, & aliæ præterea complures maiori parti epiſcoporum impedimento ſint, quo minus ad vos veniant: idcirco quod ſecundo in loco faciendum erat, tum ad ſtatum rerum eccleſiaſticarũ rite ordinandum, tum ad oſtendendum quanti veſtram erga nos caritatem æſtimemus, illud certe fecimus; quippe orauimus reuerendiſſimos honoratiſſimoſque fratres & collegas noſtros epiſcopos Cyriacum, Euſebium, & Priſcianum, vt laborem ad vos proficiſcendi ſuſcipere non grauarentur. Qui quidem non ſolum vobis exponent, quam noſtra voluntas pacis ſtudioſa ſit, & quo pacto nihil aliud quam eccleſiæ concordiã ſibi proponat; verum etiam quam ardenti ſtudio ad ſanam fidem tuendam accenſi ſimus,

perſpicue ſignificabunt. Nam perſecutionum procellas, cruciatus, minas imperatorias, crudelẽ magiſtratuum violentiam, aliarumque rerum incommodarum tẽtationes, quas ab hæreticis ſuſtinuimus, pro fide euangelica a trecentis decem & octo ſanctis patribus in Nicæa Bithyniæ vrbe confirmata ſuſtinuimus. Etenim iſta fides tum a nobis, tum a vobis, tum ab omnibus qui verbum verę fidei non peruertunt, approbari debet; quippe cum & antiquiſſima ſit, & lauacro baptiſmatis conſentanea, & nos doceat credere in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, hoc eſt, in diuinitatem, potentiam & ſubſtantiam vnam Patris & Filii & Spiritus ſancti, æqualem dignitatem, & coæternum regnum, in tribus perfectiſſimis hypoſtaſibus, ſiue in tribus perfectis perſonis; adeo vt neque quidquam loci detur peſtiferę Sabellii hæreſi, qua confunduntur perſonæ, hoc eſt, proprietates tolluntur; neque blaſphemia Eunomianorum, Arianorum, aut eorum qui Spiritum ſanctum oppugnant, quidquam habeat ponderis, quæ quidem eſſentiam, naturam, ſiue diuinitatem diſcindit, & Trinitati, quæ increata, & conſubſtantialis, & coæterna eſt, naturam poſterius genitam, aut creatam, aut quæ ſit alterius eſſentiæ, inducit. Nos præterea doctrinam Dominicæ incarnationis integram & perfectam tenemus; neque diſpenſationem carnis Chriſti, vel animæ vel mentis expertem, vel imperfectam eſſe aſſerimus: ſed agnoſcimus Verbum Dei ante ſæcula omnino perfectum, & perfectum hominẽ in nouiſſimis diebus pro φανερὸν ποιοῦμεν. ἡμεῖς γὰρ εἴτε διωγμοὺς, εἴτε θλίψεις, εἴτε * βασιλείους ἀπειλὰς, εἴτε τὰς τῶν ἀρχόντων ὠμότητας, εἴτε τινα πειρασμὸν ἕτερον παρὰ τῶν αἱρετικῶν ὑπεμείναμεν, ὑπὲρ τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας πρὸ τ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων θεοφόρων πατέρων κυροθείσης ὑπεστημεν. ταύτην γὰρ καὶ ἡμῖν, καὶ ὑμῖν, καὶ πᾶσι τοῖς μὴ διαστρέφουσι λόγον τ ἀληθοῦς πίστεως, συναρέσκειν * δεῖ ἰῶ μόλις ποτὲ πρεσβυτάτῳ τε οὔσαν, καὶ ἀκόλουθον τῷ βαπτίσματι, καὶ διδάσκουσαν ἡμᾶς πιστεύειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, δηλαδὴ θεότητός τε καὶ δυνάμεως καὶ οὐσίας μιᾶς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πιστευομένης, ὁμοτίμου τε τ ἀξίας, καὶ συναϊδίου τῆς βασιλείας, σὺ τρισὶ τελειοτάταις ὑποστάσεσιν, ἤτοι τρισὶ τελείοις προσώποις· ὡς μήτε τῷ Σαβελλίου νόσον χώραν λαβεῖν, συγχεομένων τ ὑποστάσεων, ἤγουν τ ἰδιοτήτων ἀναιρουμένων· μήτε μὴν τῷ τ Εὐνομιανῶν, καὶ Ἀρειανῶν, καὶ πνευματομάχων βλασφημίαν ἰσχύειν, τῆς οὐσίας, ἢ τ φύσεως, ἢ τ θεότητος τεμνομένης, καὶ τῇ ἀκτίσῳ, καὶ ὁμοουσίῳ, καὶ συναϊδίῳ τελειότητι μεταλλαττούσης τινὸς, ἢ κτίσεως, ἢ ἑτεροουσίου φύσεως ἐπαγομένης. τὸν τῆς ἀνθρωπήσεως δὲ τοῦ κυρίου λόγον ἀδιάστροφον σώζομεν, οὔτε ἄψυχον, οὔτε ἀνόητον ἢ ἀτελῆ τῷ τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν παραδεχόμενοι· ὅλον γὰρ εἰδότες τέλειον μὲν ὄντα πρὸ αἰώνων θεοῦ λόγον, τέλειον δ ἀνθρωπον ἐπ ἐσχάτων τ ἡμερῶν διὰ τὴν

Anno Christi 381.

ANNO CHRISTI 381.

ἡμετέραν σωτηρίαν γεγόμενον. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν πίστιν τὴν παρ' ἡμῶν ἀνυποστόλως κεκηρύγμεθα, ὡς ἐν κεφαλαίῳ τοιαῦτα· περὶ ὧν καὶ ὑπὲρ πλέον ψυχαγωγηθῆναι δυνήσεσθε, τῷ τε ἐν Ἀντιοχείᾳ τόμῳ παρὰ τῆς ἐκεῖ συνελθούσης συνόδου γεγυμνασμένῳ καταξιώσαντες ἐντυχεῖν, καὶ τῷ πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλει ἀρτὰ τῆς οἰκουμενικῆς ἐκτεθέντι συνόδου· ἐν οἷς πλατύτερον τὴν πίστιν ὡμολογήσαμεν, καὶ τὰ ἔναγχος καινοτομηθέντων αἱρέσεων ἀναθεματισμὸν ἐξεφωνήσαμεν. Περὶ δὲ τῆς οἰκονομίας τῶν καθ' μέρος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, παλαιός τε, ὡς ἴστε, θεσμὸς κεκράτηκε, καὶ τὰ ἅγια ἐν Νικαίᾳ πατέρων ὥρισε, καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τοὺς τῆς ἐπαρχίας, καὶ εἴπερ ἐκεῖνοι βούλοιντο, συνιέναι αὐτοῖς τοὺς ὁμόρους πρὸς τὸ συμφέρον ποιεῖσθαι τὰς χειροτονίας. οἷς ἀκολούθως τάς τε λοιπὰς ἐκκλησίας παρ' ἡμῖν οἰκονομεῖσθαι γινώσκετε, καὶ τὰς ὑπὸ σημαίαν ἐκκλησιῶν ἀναδεδέχθαι τοὺς ἱερεῖς. ὅθεν τῆς μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει νεοπαγοῦς, ὡς ἂν εἴποις, ἐκκλησίας, ἣν ὥσπερ ἐκ στόματος λέοντος, τῆς τῶν αἱρετικῶν βλασφημίας ὑπόμνον ἐξηρπάσαμεν διὰ τῆς οἰκείας τοῦ θεοῦ, καὶ ἀγαπητοτάτου καὶ θεοφιλεστάτου Νεκταρίου ὑπάρχου κεχειροτονήκαμεν ὑπὸ τὸν οἰκουμενικὸν σύνοδον, μετὰ κοινῆς ὁμονοίας, ὑπὸ ὄψεσι καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου, παντός τε τοῦ κλήρου, καὶ πάσης ὑπερφιλοτιμουμένης τῆς πόλεως. τῆς δὲ πρεσβυτάτης καὶ ὄντως ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, ἐν ᾗ πρώτῃ τὸ πρῶτον τοῦ χριστιανῶν ἐκλήθη ὄνομα, καὶ ἁγιωτάτου

nostra salute factum esse. Atque ista de fide a nobis libere ingenueque prædicata, summatim disseruimus: de quibus pleniorem delectationem animis poteritis percipere, si libellum in Concilio Antiochiæ conuocato, de fidei decisione editum, & eum etiam qui superiore anno a Constantinopolitano Concilio generali compositus est, legere placuerit: in quibus tum fidem nostram vberius exposuimus, tum hæresibus nuper excogitatis anathema scriptis proditū denuntiauimus. De administrationibus autem singularum ecclesiarum, cum vetus, vti nostis, lex obtinuit, tum sanctorum patrum in Concilio Nicæno decisio; vt videlicet singularum prouinciarum antistites, vna cum finitimis (modo ipsis ita visum fuerit) episcopis, ad ecclesiarum commodum habeant ordinationes. Ex cuius legis & decisionis præscripto scitote tum alias quoque ecclesias apud nos administrari, tum illustrissimarū ecclesiarum sacerdotes delectos. Vnde ecclesiæ Constantinopolitanæ recens, vt ita dicam, ædificatæ, quamque ex hæreticorum blasphemia, tamquam ex ore leonis, per misericordiam Dei nuper eripuimus, reuerendissimū, Deoque dilectissimum Nectarium in Concilio generali, communi omnium consensu, præsente Theodosio imperatore religiosissimo, totius denique cleri, totiusque ciuitatis suffragiis episcopū constituimus. Ecclesiæ autem vetustissimæ, & vere apostolicæ Antiochiæ vrbis Syriæ, in qua prima venerandum Christianorum nomen auditum est, reuerendissi- *Actor. c. 11. v. 26.*

Can. 5.

mum & Deo dilectissimum Flauianum, episcopi illius prouincię, & diœceseos orientalis in vnum conuenientes, tota illa ecclesia, vti Canon postulat, suffragante, & velut vno ore virum illum honorifice collaudante, episcopum ordinarunt: quæ quidem legitima ordinatio communi Concilii cõsensu approbata est. Porro ecclesiæ Hierosolymitanæ, quæ est aliarum omnium mater, reuerendissimum & Deo dilectissimum Cyrillum episcopũ agnoscimus tum ab episcopis prouinciæ, vti Canon vult, iampridem creatum, tum plurima prælia aduersus Arianos variis in locis præliatum. Quibus rebus tamquam legitime & secundum ecclesiæ Canones a nobis constitutis, obsecramus vestram reuerentiam, vt congratuletur, spiritali caritate nos mutuo deuinciente, ac timore Domini omnem humanam affectionem reprimente, ecclesiarumque ædificationem amori illi & beneuolentiæ, qua singuli singulos complectuntur, longe anteponente. Nam fide ad hunc modum communi consensu stabilita, & caritate Christiana in nobis confirmata; posthac desinemus dicere illud quod ab apostolis condemnatum est, nimirum: *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ:* omnes cum ostenderimus esse nos Christi, qui in nobis non est diuisus, corpus ecclesiæ, Dei largiente gratia, integrum conseruabimus, & ad tribunal Domini fidenti animo nosmet sistemus.

1. *Cor.* c. 1. v. 12.

τον κ̀ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Φλαβιανὸν, οἵ τε τῆς ἐπαρχίας καὶ τῆς ἀναπολικῆς διοικήσεως συνδραμόντες, κανονικῶς ἐχειροτόνησαν, πάσης συμψήφου τῆς ἐκκλησίας ὡσπερ διὰ μιᾶς φωνῆς ⓟ ἄνδρα ζμνασάσης ἣν ἔνθεσμον χειροτονίαν ἐδέξατο καὶ τὸ τῆς συνόδου κοινόν. τῆς δὲ μητρὸς ἁπασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις, ⓠ ἀγαπητότατον καὶ θεοφιλέστατον Κύριλλον ⓟ ἐπίσκοπον εἶναι γνωρίζομεν, κανονικῶς τε παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας χειροτονηθέντα πάλαι, καὶ πλεῖστα πρὸς τοὺς Ἀρειανοὶς κὰ διαφόροις τόποις ἀθλήσαντα. οὓς ὡς κὰθέσμως καὶ κανονικῶς παρ' ἡμῖν κεκριμένους, καὶ τὴν ὑμετέραν συνχαίρειν προκαλούμεθα βουλήσεως, τῆς πνευματικῆς μεστουμένης ἀγάπης, καὶ τὸ κυριακὸν φόβου πᾶσαν μὴ καταστέλλοντος δυσφορίαν πρὸς ἀπάθειαν, πρὸς δὲ τὴν ἐκκλησιῶν οἰκοδομὴν προθυμότεραν ποιοῦντος τὸ πρὸς τὸ καθ' ἕνα συμπαθείας ἢ χάριτος. οὕτω γὰρ τῆς τε τῆς πίστεως συμφωνηθέντος λόγου, κὰ τῆς χριστιανικῆς κυρωθείσης εἰς ἡμῶν ἀγάπης, παυσόμεθα λέγοντες τὸ παρὰ τῶν ἀποστόλων κατεγνωσμένον· ἐγὼ μὲν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δ' Ἀπολλῶ, ἐγὼ δ' Κηφᾶ· πάντες δ' Χριστοῦ φανέντες, ὃς εἰς ἡμῖν οὐ μεμέρισται, θεοῦ καταξιοῦντος, ἄμεμπτον τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας τηρήσομεν, καὶ τῷ βήματι τοῦ κυρίου μὴ παῤῥησίας παρεσησόμεθα.

Anno Christi 381.

ANNO CHRISTI 381.

IN [a] CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM

[b] œcumenicum seu vniuersale [c] secundum [d] approbatum, [e] in quo centum & quinquaginta episcopi [f] auctoritate Damasi papæ, & Theodosii senioris fauore congregati, [g] Syagrio & Euagrio consulibus, anno Domini 381. æra 419. [h] Macedonianam hæresim condemnarunt, fideique Nicænæ symbolum confirmarunt,

NOTÆ.

[a] *Concilium Constantinopolitanum.*] Sic dictum ab vrbe Constantinopoli, quam prius Byzantium appellatam, Constantinus imperator anno Domini 324. a se extructam de nomine suo deinceps nominari præcepit. Byzantium antehac non fuisse ignobilem ciuitatem, antiquissimorum auctorum scripta declarant. Cicero in oratione quam habuit de prouinciis consularibus, magna cum laude eiusdem meminit: Liberam eam prædicat, ciuitatem Romanis fidelissimam, ornatissimam, signis & antiquitatum monumentis refertissimam. Postea tamen multis cladibus exagitata, & naufragiis plurimis iactata fuit. A Vespasiano, teste Suet. cap. 8. in Vesp. libertate priuata, a Pescennio Nigro tyranno deinde occupata, & a Seuero diu obsessa, & non nisi fame capta. Vrbs, (vt ait Herodianus lib. 5.) aliarum omnium in Thracia felicissima, viribus & opibus ea tempestate florens, quam & Seuerus indignans redegit in vici formam: tamen benignitate imperatoris Antonini Caracallæ, qui (vt auctor est Spartianus in eodem Caracalla) vetera iura reddidit, in pristinum restituta est. Gallieno vero imperante, iterum pessundatam esse testatur Trebellius, cum ait: *Ne quid mali deesset Gallieni temporibus, Byzantiorum ciuitas elata naualibus bellis, claustrum Ponticum, per eiusdem Gallieni milites ita omnis vastata est, vt prorsus nemo superesset: denique nulla vetus familia apud Byzantios inuenitur, nisi qui peregrinatione vel militia occupatus euasit, qui antiquitatem generis, nobilitatemque repræsentet.* Eamdem Gallienus per Cleodamum & Athenæum Byzantios restaurauit, & firmissime muniuit: adeo vt in bello Liciniano Byzantium propugnaculum fortissimum Constantinus nequaquam expugnare potuerit, sed propugnatoribus sponte se dantibus, eo potitus fuerit. Sub Seuero imperatore eadem Christianis refertissima extitit, ad quos in illo exitu Byzanceno (vt ait Tertullianus ad Scap. cap. 3.) Cæcilius Capella dirus persecutor exclamauit: *Christiani gaudete.* Hanc ciuitatem antiquitate & rebus præclare gestis egregie nobilitatam Constantinus mirifice Dei admonitu auxit & illustrauit. Cum enim deuictis hostibus, imperium iam toto orbe terrarum pacatum teneret, multis prodigiis ad Byzan-

Constantinopolis a Constantino extructa & denominata.

Byzantium olim dicta.

Byzantium a Constantino auctũ & denominatum.

tium potius quam Ilium reſtaurandum admonitus, non tantum nomine, ſed etiam reipſa illam ciuitatem alteram Romam facere conatus fuit. Ad eam amplificandam, edita ſanctione annonam viritim habitantibus & domos extruentibus diſtribuendam inſtituit: quæ largitas ad poſteriores etiam imperatores dimanauit, vt qui emolumenta perciperent, ædificandi ſtudio magnitudinem vrbis augerent. Statuis & ſimulacris præclaro opere factis, quaſi trophæis de deuictis hoſtibus, gentilium diis ad ludibrium publice expoſitis, vrbem exornauit. Simulacro, magnitudine & artificio ſpectabili, ex ære ſuper porphyreticam columnam in foro dedicato, ſuum nomen impoſuit: in cuius manu collocauit malum aureum, cum impoſita cruce & tali inſcriptione: Tibi Chriſte Deus Verbum, hanc commodo. In columnæ baſibus reliquiæ conditæ erant. Alia præclara vrbis ornamenta, cum pietate coniuncta, & miraculis etiam illuſtrata recenſent Zonaras, Cedrenus, Nicephorus, &c. ANNO CHRISTI 381.

Conſtantinus ſcholas exædificat.

Quatuordecim templa magnificentiſſime extructa, ampliſſimis donariis exornauit. In eadem, ne qua vrbis perfectio deſiderari poſſet, ſcientiarum ſcholas ædificauit, & excellentiſſimos oratores ac philoſophos adhibuit, eoſque ampliſſimis priuilegiis donauit. Bibliotheca ibidem ædificata, centum viginti millia librorum continens, quæ tempore Baſiliſci imperatoris diro incendio flagrauit, magni Conſtantini opus fuiſſe putatur. In tanta amplitudine & numero publicorum ædificiorum carcerem tantum pro ſua manſuetudine, vt ſe habebat, humilem atque depreſſum, & paucorum hominum capacem, nullo auctum additamento, reliquit, quem nec poſteri auſi ſunt mutare imperatores, vſque ad Phocam, qui eum ampliorem reddidit. Nouam quoque Romanorum ciuium coloniam Conſtantinopolim tranſtulit, ex quibus ſenatus ampliſſimus coagmentatus fuit. Anno imperii ſui vigeſimo quinto nouam Romam, in ſanctiſſimæ Virginis Dei genitricis Mariæ memoriam Chriſtiano ritu Deo dicauit ac conſecrauit. Hæc ex Euſebio, Hieronymo, Caſſiodoro, Zonara, Cedreno, Socrate & Sozomeno, Baronius anno Chriſti 324. & 330. De ſitu, forma & expugnationibus eiuſdem, conſule Georgium Braunium in theatro.

Quomodo œcumenicum ſit.

[b] *Oecumenicum ſeu vniuerſale.*] Damaſus pontifex hanc Synodum in iis quæ fidei ſunt, approbaturus, nominat eam œcumenicam: quia in ea, id quod occidens, ac demum vniuerſa eccleſia cum Romano pontifice de Spiritus ſancti diuinitate ſentiendum eſſe docebant, paribus votis, vnaque ſententia omnes etiam orientales ediderunt. Tantum enim roboris & firmitatis quælibet Synodus conſequi ſolet, quantum auctoritatis illi apoſtolica ſedes impertit. Et merito: niſi enim hoc admittatur, nulla cauſa reddi poterit, cur quædam Concilia maioris numeri epiſcoporum reprobata, minoris numeri confirmata fuerint. Cum itaque auctore Photio in libello de ſeptem Synodis, Damaſus non modo eam approbarit, verum etiam œcumenicam nominet ipſe, omneſque poſteri appellarint, œcumenicum fuiſſe dubium non eſt. Hanc Synodum, in qua orien-

Concilii robur ab auctoritate Rom. pontificis.

ANNO CHRISTI 381. tales Macedonianam & Eunomianam hæresin in oriente inualescentem condemnarant, œcumenici Concilii nomine pontifex dignatus est, ea intentione, vt iidem episcopi orientales, fidem temporariam ad priuatum commodum accommodatam, & pro ratione temporis mobilem habentes, suis ipsorum vinculis firmius stringerentur, posthac nefas esse ducentes, quod summo consensu institutum, & ab occidentalibus receptum ac sublimi loco repositum fuerat, solita leuitate conuellere, atque temeritate consueta infringere. Quod quidem consilium Damasi ecclesiæ catholicæ magno emolumento fuisse, euentus edocuit. Bellarminus lib. 1. de Concil. cap. 5. refert, propterea hanc vnam ex œcumenicis habitam fuisse, quod patres orientales Constantinopoli, occidentales Romæ congregati in rebus fidei definiendis, animis ac sententiis coniuncti fuerint. Quales fuerint episcopi, infra dicemus. Baron. num. 26. 38. & 49.

[c] *Secundum.*] Quamobrem hoc Concilium Sardicensi & Ariminensi inter vniuersalia secundum numeretur, diximus supra in notis Concil. Sardicensis & Ariminensis, verbis, *œcumenicum & approbatum.*

[d] *Approbatum.*] Hanc Synodum a Damaso papa confirmatam fuisse, tradit Photius in libello de 7. Synodis. Sed intelligendum est illud auctoritate S. Gregorii lib. 6. epistol. 125. de iis dumtaxat, quæ ad Macedonianæ & Eunomianæ hæreseos condemnationem, fideique Nicænæ confirmationem spectant. Canones enim huius Synodi Romana ecclesia semper hactenus respuit, eaque tantum, quæ de fide constituta sunt, summa auctoritate amplexa fuit. Verba Gregorii hæc sunt: *Canones quidem Constantinopolitani Concilii Eudoxianos damnant; sed quis fuerit eorum auctor Eudoxius, minime dicunt. Romana autem ecclesia eosdem Canones, vel gesta Synodi illius, hactenus non habet nec accipit: in hoc autem eamdem Synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum. Reliquas vero hæreses, quæ illic memoratæ sunt, ab aliis iam patribus damnatas reprobat,* &c. Post obitum Meletii, per electionem Flauiani schismatici, continuatam discordiam incomparabili longanimitate pontifex, eiusque successores, ad annum Domini 408. sustinuerunt, eo consilio sane optimo, ne excommunicationis nexui inuoluti, magna scissura catholicam ecclesiam in duas partes diuiderent, totumque orbem Christianum ab inuicem separarent. Vide Baron. anno 381. num. 31. 38. 48. & 51.

An Concilium hoc vniuersaliter approbatum sit.

Quidã Canones huius Concilii reprobati.

Cur schisma Africanæ ecclesiæ toleratum fuerit.

[e] *In quo centum & quinquaginta episcopi.*] Catholicos, orthodoxæ ac consubstantialis fidei assertores episcopos centum & quinquaginta conuenisse, testatur Socrat. lib. 5. cap. 8. Concil. Calchedonensis, act. 2. & libellus synodicarum constitut. qui partim supra, partim infra inter acta Ephes. Concil. extat. Denique quædam oratio Gregorii Nazianzeni, quam in templo vrbis primario ad centum quinquaginta episcopos recitasse indicat titulus. *Imperator,* inquit Socrates prædicto loco, *nulla mora interposita Concilium episcoporum ipsius fidem amplectentium conuocat, quo tum fides Concilii*

Numerus episcoporum.

Nicæni corroboraretur, tum Constantinopoli designaretur episcopus. Anno Christi 380.
Et paulo post: *Itaque in vnum conueniunt, qui fidem tenebant Consubstantialis, Timotheus Alexandriæ, Cyrillus Hierosolymorum; Meletius autem iam pridem aderat, eo scilicet tempore, quo erat propter designationem Gregorii illo accersitus. Acholius etiam Thessalonicæ episcopus, & alii complures: erant omnes numero centum quinquaginta.* Clerici Constantinopolitanæ ecclesiæ auctoritate Canonis quinti, vendicantes sibi ius ordinandi, deponendi & substituendi episcopos Asiæ, hæc prædict. act. Concilii Calchedonensis dixisse & clamasse scribuntur: *Ea quæ SS. patrum centum quinquaginta sunt, teneant priuilegia Constantinopolis, ne depereant.* Qui qualesve huic Concilio interfuerint ac subscripserint, infra de subscriptionibus dicemus.

Pontifex, an imperator auctor congregati Concilii fuerit.

[f] *Auctoritate Damasi papæ ac senioris Theodosii fauore congregati.*] Hoc est, quod aiunt patres sextæ Synodi, actione 18. Theodosium ac Damasum per secundam Synodum obstitisse Macedonio, sicut Siluester & Constantinus congregato Nicæno Concilio Ario obstiterunt. Cum itaque ex supradictis constet, primam Synodum a Siluestro indictam, a Constantino promotam fuisse; concedendum est, hanc quoque secundam vniuersalem Synodum auctoritate sedis pontificiæ indictam, & auxilio imperatoris congregatam esse. Baronius addit peruetustum codicem in Vaticana, aliisve quibusdam bibliothecis extare, in quibus hæc scripta leguntur, *sententiam de damnatione Macedonii & Eunomii Damasus confirmari præcepit etiam in sancta secunda Synodo, quæ præcepto & auctoritate eius apud Constantinopolim celebrata est.* Denique qua ratione illa Lucentii apostolicæ sedis vicarii obiurgatio Dioscori in Concilio Calchedonensi substitisset, si non auctoritate sedis apostolicæ hæc Synodus indicta fuisset. *Iudicii sui ipsum necesse est reddere rationem: quia cum nec personam iudicandi haberet, subrepsit, & Synodum ausus est facere sine auctoritate sedis apostolicæ, quod rite nunquam factum est, nec fieri licuit.* Paschasinus legatus addit, de his esse regulas ecclesiasticas & patrum institituta. Ipse Damasus epistola sua ad episcopos Illyr. testatur, decreta Synodi nullius esse momenti, cui ipse per se, vel per legatos assensum non præbuisset. Confirmant id Socrates lib. 2. cap. 13. Sozom. lib. 3. cap. 9. item illa quæ diximus supra in notis ad epistolam 1. Marcelli, verbis; *Constituerunt vt nulla Synodus.* Nemo igitur nisi pertinax hæreticus assueueret, hoc Concilium ab imperatore pientissimo & sanctarum constitutionum obseruantissimo indictum fuisse. Quod ait Theodor. lib. 5. hist. cap. 9. epistola episcoporum Concilii huius ad Damasum scripta, supra extante, Constantinopolitanum primum, Theodosium seniorem coegisse & indixisse, explicandum est, illud præuio literarum apostolicarum mandato contigisse. Vide Baron. anno præd. num. 19. & 20. Bellarm. lib. 5. de Conc. c. 13. Quis præsidem Concilii egerit, aperte non constat. Imperatorem a Concilio abfuisse, nihilq; aliud egisse, quam quod literas Romani pontificis ad episcopos transmiserit, eosque ad Con-

Refellitur obiectio.

Quis huic Concilio præfederit.

ANNO CHRISTI 381. Concilium inuitarit, synodales epistolæ, quarũ altera ad Damasum pontificem, altera ad imperatorem de rebus in Synodo gestis scripta est, manifeste indicant. Damasum pontificem neque per se, neque per suos legatos eidem præfuisse, fatemur. Nectarius in locum Gregorii seipsum abdicantis nondum suffectus fuerat, vt infra patebit. Itaque vel Gregorium Nazianz. Constantinopol. ecclesiæ episcopum, vel Meletium Antioch. eidem præsediſse oportuit. Timotheus enim Alexandrinus post defunctum Meletium, iudiciumque fidei absolutum, serius accessit, vt infra ex actis Concilii patebit.

[g] *Syagrio & Euagrio consulibus, anno Domini* 381. &c.] Allegatis consulibus patres centum quinquaginta Constantinopolim conueniſse, & post Gregorium Nazianz. communi episcoporum sententia in locum abdicati Maximi suffectum mense Maio hanc Synodum inchoasse, præter Socrat. lib. 5. cap. 8. Gregor. Nazianz. in carm. de vita sua testatur his versibus: Tempus celebrati Concilii.

Mala auspicatur hic mihi celso a throno.
Nam quidquid ortus præsulum (Ægyptum citra)
Habebat vsque ad inclytam Romam nouam,
Terræ marisque ex intimis receßibus,
(Quo concitatum cælitus pacto, haud scio)
Coit repente, firmet vt thronum mihi, &c.

Hoc idem Socrates prædicto loco his verbis: *Meletius iam pridem aderat, eo scilicet tempore, quo erat propter designationem Gregorii illo accersitus.* Et paulo infra. *Ad Concilium igitur conueniunt, Eugerio & Euagrio, alias Syagrio consulibus mense Maio.* Vnde colligimus hoc eodem anno Constantinopoli duos conuentus episcoporum habitos fuisse. Priorem, quo Maximo abdicato Gregorius Nazianzenus in eius locum substitutus fuit: Posteriorem, cuius initium factum est mense Maio, in quo Macedoniani aliique hæretici condemnati fuerunt. Chronologia consulum, Christi nati & æræ Hispanicæ mirifice admodum conuenientes, non minimam laudem Baronianæ temporum supputationi afferunt: quodque de æræ Hispanicæ ratione, contra Garsiam Loaisam diximus supra in notis Concilii Nicæni, verbo, *æra*, & ex Baronio attulimus, pulcerrime confirmant. Explosis igitur aliorum sententiis de tempore huius Synodi, cum accuratissimo annalium scriptore teneamus, eam anno Christi 381. Damasi 15. Theodosii tertio celebratam fuisse. Vide Baron. prædicto anno num. 17. 18. Duo Concilia Constantinopoli hoc anno habita.

[h] *Macedonianam hæresin.*] Acta Synodi hoc ordine contigerunt. Primo declaratum est, Maximum ordinatum ab Ægyptiis Constantinopolitanæ sedis episcopum, episcopalibus muneribus hactenus functum, neque fuisse, neque esse episcopum. Ordinatos ab eo clericos omnis ecclesiasticæ functionis expertes esse dimittendos: eumdem de Apollinaris hæresi cõuictum, ideoque ecclesiastico Canone priuatum asserit Theodoretus. Eiecto ab ecclesia Maximo, ante perperam intruso, fideliumque cœtu interdicto, communi patrum calculo, probata & confirmata est electio Gregorii Nazian- Acta Synodi. Ecclesiæ Constantinopoli.

tanæ schisma quomodo sublatum.

ANNO CHRISTI 381.

zeni, atque ita Constantinopolitanæ ecclesiæ schisma hoc sublatum fuit. Deinceps de fide acturis patribus, volumen occidentalium, continens professionem illam fidei, quam Damasus ex Concilio Romano ad Paulum episcopum Antiochenum misit, exhibitum fuit. Quo perlecto, vnanimi consensu, paribusque votis contra Macedonium definierunt, Spiritum sanctum non seruum, sed dominum esse, viuificatorem omnium, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & conglorificandum. Ad alias vero hæreses Eunomianorum, Arianorum & Semiarianorum condemnandas, Nicænum fidei orthodoxæ symbolum omnes sine cunctatione receperunt. Sed cum in eo parcius de diuinitate Spiritus sancti actum esset, ideo quod nulla tunc hæresis ei aduersaria emersisset: placuit sanctæ Synodo de Spiritus sancti diuinitate (vt olim de Filio in Nicæno Concilio factum fuerat) aliqua addere, quibus aduersus omnes hæreticos eiusdem Spiritus sancti vna eademque cum Patre & Filio diuina substantia prædicaretur, idemque dominus diceretur, quem seruum esse impii hæretici blasphemabant. Hoc est quod in epistola synodica anno sequente Constantinopoli scripta aiunt. *De quibus pleniorem cognitionem animis poteritis accipere, si libellum Concilio Antiochiæ conuocato de fidei decisione editum, & eum etiam qui superiore anno a Concilio generali compositus est, legere placuerit. In quibus tum fidem nostram vberius explicauimus, tum hæresibus impiis excogitatis anathema scriptis proditum denuntiauimus.* Libellus fidei, quem symbolum Constantinopolitanum appellant patres, Concilii Calchedonensis actione secunda supra extat. Post scriptum hunc fidei libellum communi omnium patrum sententia, Eunomianorum, Arianorum, aliorumque hæreses cum suis auctoribus, edito desuper Canone, damnatas fuisse, eorumdem epistola synodica ad Damasum anno sequente scripta testatur verbis supra recensitis. Postea, quæ ad mores ecclesiæ reformandos pertinent, alia decreta addiderunt. Quibus omnibus absolutis, ad Theodosium imperatorem synodicam epistolam, quam infra ponemus, transmiserunt, eo fine, vt fidem imperatoris stabilem, duraturã sibi oppignorarent. Demum Synodum hoc modo absolutam præsentes episcopi sua subscriptione confirmarunt & comprobarunt. Et quamquam iam sancta Synodus absoluta singulos patres ad suam ecclesiam redire permisisset; obitus tamen Meletii Antiocheni episcopi, & successoris designatio, eosdem Constantinopoli retinuerunt. Nam cum maxima pars orientalium contra Ægyptiorum & occidentalium sententiam indigne ferret, Paulinum a Lucifero Calaritano occidentali episcopo creatum orientalibus præesse, immemores inueteratæ, & iam ante in Concilio Antiocheno compositæ per iuratam transactionem discordiæ, Gregorio Nazianzeno, aliisve contradicentibus, Flauianum Antiochenum presbyterum Meletii successorem elegerunt; atque ita primam discordiam in Paulino & Flauiano continuarunt. Gregorius Nazianzenus hanc discordiam sua abdicatione compositum iri arbitratus,

Epistola synodica.

ANNO CHRISTI 381. sedi Constantinopolitanæ, cum consensu imperatoris, non sine magno bonorum ac populi fletu renuntiat, atque statim post habitas in Synodo aliquot actiones, comitantibus optimis quibuscumque orientalibus, in Cappadociam discedit: tum qui supererant ibi episcopi ac sacerdotes nundinarii, in locum Christiani perfectissimi, theologi absolutissimi, monachi castissimi, Nectarium hominem nondum Christianum, sed adhuc catechumenum, rerum ecclesiasticarum penitus imperitum, in voluptatibus sæculi & carnis hactenus versatum suffecerunt, eaque deinceps egerunt, quæ suppressa Gregorii seipsum abdicantis mentione, ad pontificem hac de re prædicta synodali epistola scripserunt. Vide Baron. anno 381. num. 24. vsque ad num. 80. Gregorius Nazianzenus episcopatui renuntiat.

[i] *Hæ regulæ sunt expositæ.*] De Canone quinto dubium est, an a centum & quinquaginta episcopis constitutus fuerit. Probabile est, post discessionem Timothei episcopi Alexandrini, in cuius præiudicium vertitur, hunc Canonem editum, furtiue actis Concilii superadditum fuisse; ideoque etiam in epistola synodica, post aliarum rerum in Synodo gestarum mentionem, hanc rem penitus silentio obuolutam reliquisse. Vide quæ dicemus infra in notis eiusdem Canonis 5. Baron. num. 72. An Canon quintus a 150. episcopis constitutus sit.

[k] *Specialiter autem Eunomianorum*, &c.] De hæresibus hic condemnatis, eorumve auctoribus supra frequenter egimus. De Eudoxianis vero, sic dictis ab Eudoxio Constantinopolitano episcopo, hoc annotandum est, eos in classem Arianorum, vnde exierant, post hæc rediisse, suoque peculiari nomine appellari desiisse. Vnde factum, vt Eudoxii nomen posteris obscurum redditum fuerit: quodque sanctus Gregorius ad Eulogium Alexandrinum scribens epistola 125. lib. 6. dicat: *Præterea idem frater noster* (Cyriacus episcopus Constantinopolitanus) *omnia in suis synodicis Deo auctore catholice locutus est: quemdam vero Eudoxium damnauit, quem neque in Synodis damnatum inuenimus, neque a decessoribus suis in suis Synodis reprobatum.* Et Canones quidem Constantinopolitani Concilii Eudoxianos damnant; sed quis fuerit eorum auctor Eudoxius, minime dicunt. Semiarianorum antesignanus Eleusius episcopus adhuc superstes, ac ad Synodum ab imperatore vocatus, teste Socrate lib. 5. cap. 8. præsto fuit; admonitus vt cum sociis resipiscceret, se malle opinionem Arianorum asseuerare, quam fidei *consubstantialis* assentiri, respondit. Constantinopoli discedens, per literas populo cuiusque ciuitatis significauit, vt fidei Concilii Nicæni minime consentirent. Canon 1. Eudoxiani qui.

[l] *Episcopi qui extra diœcesim sunt.*] Cum Ægyptii antistites, & frumentarii episcopi, Petro Alexandrino episcopo annuente, Maximum Alexandrinum philosophum Cynicum, qui se iactabat martyrum filium & pro fide exulem, aduersus Gregorium in sede Constantinopolitana detonsa Cynica coma episcopum ordinassent, eumque ægrotante foris in suburbio Gregorio, nocturno tempore in ecclesiam irruentes, in sede collocassent, mane facto, magnus clericorum orthodoxorum ob facinus deforme tumultus excitatus, atque Can. 2. alias 2. 3. 4. Occasio huius constitutionis.

Maximus a populo vrbe expellitur.

vniuersa ciuitas commota Maximum vrbe expulerunt. Qui Thessalonicam ad Theodosium imperatorem profectus, rogat ab eo cathedram sibi confirmari: verum imperator sciens Damasum pontificem in capessendo Constantinopolitano episcopatu aduersus eum Gregorio fauisse, proque Gregorio contra Maximum, quæ exciderunt, literas scripsisse, eum plane reiecit, imo nisi a cœptis desisteret, graues illi minas intentauit. Hanc ob rem desperatus infelix, facto interim fucatæ suæ æstimationis magno dispendio, Alexandriam ad Petrum adhuc in viuis agentem se contulit, petens vt vel oblatam Constantinopolitanam sedem confirmet: vel alioquin futurum, vt

Maximus quare Apollinaris hæreseos sectator factus.

propriam Alexandrinam inuitus cedere ac transferre cogatur. Ob has minas iure meritoque Alexandria etiam repulsus, factus est, teste Epiphanio, Apollinaris hæreseos sectator. Cumque igitur hac seditione Constantinopolitana ecclesia multum exagitata fuerit, ad pacem deinceps inter catholicos initam conseruandam, hunc Canonem ediderunt, quo ea, quæ de seruandis diœceseos limitibus & distinctionibus patres Nicæni Concilii Canone sexto constituerunt, vicissim sanctione sua innouarunt.

Can. 5. alias 3. Hic Canon a Romana ecclesia nũquam fuit receptus.

[m] *Constantinopolitanæ.*] Hunc Canonem ab ecclesia Romana minime receptum fuisse, constat primum ex iis, quæ supra ex Gregorii epistola 123. lib. 6. attulimus, vbi dicit: *Romana ecclesia eosdem Canones vel gesta Synodi illius hactenus non habet, nec accipit: in hoc autem eamdem Synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum.* Deinde etiam id vel hinc manifestissimum est, quod cum Anatolius Constantinopolitanus in Calchedonensi Concilio, non tantum patriarchatum adipisci, verum etiam secundum locum inter patriarchas occupare conatus esset, Leonem pontificem acerrimum sibi aduersarium expertus fuerit. Epistola 51. & 53. scribit: *Frustra quorumdam episcoporum profertur consensus, cui tot annorum series negant effectus.* Gelasius papa epistola ad episcopos Dardan. aduersus Acacium proferens hoc elogium: *Cuius sedis episcopus? Acacius scilicet, cuius metropolitanæ ciuitatis antistes? nonne parochia Heraclienſis ecclesiæ?* indicat primatum a Constantinopolitana ecclesia ante sua tempora vsurpatum, vel nullo iure eidem adhuc concessum fuisse: aut si alibi concessum fuerit, nunquam a Romana ecclesia approbatum esse. Epistola Nicolai primi ad Michaelem imperatorem, quæ incipit, *proposueramus*, idem apertissime significat. Vnde licet episcopi Constantinopolitani imperatorum potentia freti, ob dignitatem regiæ vrbis, secundum locum sedium patriarchalium sibi vsurparint, multisque commentitiis Canonibus sextæ & octauæ Synodi confirmarint, tamen nunquam a Romana ecclesia id approbatum fuit: pacis & tranquillitatis causa, tempore Iustiniani imperatoris ita permissum est, vt nemo amplius contradixerit. Id declarat Innocentius tertius, const. Antiqua, de priuilegiis.

Patriarchalis dignitas Constantinopolitanæ ecclesiæ permissa quando.

Hic Canon subreptitius videtur ob

Non desunt firmissimæ rationes suspicandi hunc Canonem plane commentitium & suppositum videri. Quarum prima est, quod

ANNO CHRISTI 381. Anatolius a Leone per epist. 51. exagitatus, nequaquam se auctoritate alicuius Canonis a Constantinopolitano œcumenico constituti purgarit. Secunda ratio est, quod episcopi, qui sequenti anno Constantinopoli conuenerunt, in ea epistola synodica, quam ad Damasum scripserunt, nullam plane mentionem huius Canonis habuerint. Quem si decreuissent, prætermisisse non debuissent. Tertia ratio est, quod Timotheum Alexandrinum episcopum, in cuius præiudicium hic Canon editus fuit, hoc æquo animo tulisse, non sit probabile. Quare cum is nihil contradixisse legatur, Canonem integrum de fide suspectum esse oportet. Quarta ratio est, quod superiori ac præcedenti Canoni aduersari videatur, adeoque fidem omnem excedat, eumdem ab eodem Concilio editum fuisse. Qua ratione quæso ex præscripto Nicæni Concilii voluit S. Synodus, quibuscumque prouinciis iura sua integra esse seruata, si in præiudicium aliarum ecclesiarum vni Constantinopolitanæ tanta priuilegia contulit? His rationibus inductus, non possum ab hac sententia, de obreptione & impostura Canonis, abduci, nisi Socrates lib. 5. cap. 2. & Sozomen. lib. 7. cap. 8. eiusdem Canonis meminissent. Quare ad extremum dico, quod sicut post absolutam Synodum, postque electionem Nectarii peractam, illi qui Constantinopoli remanserant orientales episcopi decreuerunt, vt episcopus Constantinopolitanus præter Thraciæ, etiam remotiores in Asia curaret, atque vigore huius decreti S. Chrysostomus in Asia episcopus, alibi instituerit, alibi deposuerit; idem sibi priuilegium illæsum conseruari, Constantinopolitani clerici in Concil. Calchedonens. act. 11. postularint: ita non dubito, quin si commentitius non sit, hunc Canonem eodem tempore post Nectarium electum, postque Timothei Alexandrini abitum, constituerint, furtimque inter acta Concilii retulerint: ne vero Timotheum Alexandrinæ, Damasum Romanæ ecclesiæ episcopos impugnatores consequerentur, hanc rem dolose post abitum Timothei peractam, in synodicam epistolam non retulerunt. Hæc ex Baron. anno 381. num. 35. & 36. Vide notas epist. 3. Anacleti, Can. 6. & 7. Concil. Nicæni, &c.

quatuor rationes. 1. Ratio. 2. Ratio. 3. Ratio. 4. Ratio.

Post electionē Nectarii hunc Canonem constitutum fuisse, probabilius est.

[n] *De Maximo Cynico.*] Quis fuerit Maximus, quibusve dolis Constantinopolitanum episcopatum adeptus, præter ea, quæ supra dixi, vide Baronium anno 379. & 380.

Can. 6. alias 4.

[o] *De parte occidentalium.*] Editio libelli synodaliũ constitutionum habet: *Quod ad volumen attinet occidentalium.* Intelligens per volumen illam professionem fidei, siue anathematismos illos, quos per epistolam ex Concilio Romano ad Paulinum transmisit. Theodoretus, præterquam quod in gratiam Flauiani Meletii successoris titulum corruperit, eam ex Romano Concilio anno Christi 382. Romæ celebrato, de quo infra agemus, scriptam fuisse, male existimat: constat enim Paulinum, ad quem scripta est, tunc Romæ præsentem Synodo interfuisse.

Can. 7. edit. 3. Volumen fidei quod.

Reliqui duo Canones ambo in editione Theodori Balsamonis & lib. synod. constitutionum extantes, diuersæ quidem sunt transla-

Can. 6. & 7.

tionis, sed eiusdem sententiæ. Prior de accusationibus, posterior constitutus fuit, quomodo ab hæresi redeuntes recipiendi forent: nimirum baptizandos esse, qui legitima forma ab ecclesia recepta non fuissent ante baptizati. Anno Christi 381.

Symbolum hoc, alias libellus fidei appellatur.

P *Credimus.*] Hoc symbolum orientales in sua ad Damasum synodica appellant libellum fidei: traduntque illud a Gregorio Nysseno episcopo lib. 12. scriptum fuisse. Idem reperitur apud Latinos, diuersa tamen translatione, & cum illo additamento, *Filioque:* Quod auctoritate Leonis pontificis, ad confutandos hæreticos Priscillianistas, ab Hispanis episcopis symbolo superadditum fuit, eique semper inhæsit. VVisigothi profitentes fidem catholicam non modo illud receperunt, sed etiam Iudæos ad Christianam fidem venientes sub eiusdem symboli confessione recipiendos esse, suis legibus sanciuerunt. Idem additamentum a Francis acceptum, & tenacius retentum fuisse, patet ex symbolo fidei sub Carolo Magno in Arelatensi Concilio recitato. Et quod mirum est, cum augmento symboli Constantinopolitani, aucta est ecclesia. Sub huius enim confessione, Gothi, VVisigothi aliæque barbaræ nationes, quæ Hispanias occuparunt, ex Arianis factæ sunt catholicæ: Franci vero, qui sibi Gallias vendicabant, sub eiusdem symboli confessione facti sunt Christiani. Contra vero omnium gentium infelicissimi orientales schismatici, ex quo eiusdem symboli additamentum penitus respuerunt, sub Turcico iugo acerbissima seruitute premuntur, atque ecclesiis, bonis ac liberis spoliati, assidue incassum gemunt. Romana ecclesia antiquitatis tenacissima, idem quidem cum prædictis ecclesiis credidit ac docuit, vt constat ex illa professione fidei, quam Damasus ex Conc. Rom. ad Paulum transmisit; & ex Leonis epist. 93. cap. 1. tamen antequam prædictũ additamentum in symbolum inferret, diutissime cunctata fuit. Scribit Magister sententiarum dist. 1. Leonem III. a Carolo Magno rogatum, vt verba prædicta ad symbolum adderentur, non modo id facere penitus recusasse, verumetiam illud ipsum absque eo additamento in argentea tabula exaratum, in altari post corpus S. Pauli perpetuo custodiri voluisse, ne quibuslibet liberum esset, aliquid ad sanctum symbolum superaddere. Postquam autem Hispani, Franci, aliique omnes Boreales populi offenderentur, & periculum schismatis oriretur, quod Romana ecclesia eam doctrinam publice confiteri nollet, quam ad probandos catholicos & constituendos hæreticos, Magnus Leo ante tot sæcula Hispaniarum episcopis tradidisset, placuit tandem Benedicto, septimo huius nominis Romano pontifici, vt idem symbolum cum hoc eodem additamento Romæ in ecclesia cantetur, idque ad petitionem Henrici imperatoris. De quo hæc Berno Abbas Augiensis de rebus ad Missam spectantibus:

Vox, Filioque, symbolo superaddita quãdo & a quo.

Additamẽtum Romana ecclesia cur diu non receperit.

Cur Romani presbyteri post euãgeliũ, Credo non cecinerint.

Cum Romanorum presbyteri ab Henrico imperatore interrogarentur, cur non post euangelium (vt in aliis ecclesiis fiebat) symbolum canerent: me, ait ipse, assistente audiui, eos eiusmodi responsum reddere: quod Romana ecclesia non fuisset aliquando vlla hæreseos face infe-

ANNO CHRISTI 381.

cta, sed secundum doctrinam S. Petri in soliditate catholicæ fidei permaneret inconcussa: & ideo magis his necessarium esse illud symbolum sæpius cantando frequentare, qui aliquando vlla hæresi potuerunt maculari. At imperator domino Benedicto persuasit, vt ad publicam Missam decantarent. Vide Baron. anno 447. num. 22. &c. Grauiter itaque aberrant, qui putant ex Damasi papæ decreto profectum, vt hoc symbolum in occidente inter Missarum solennia decantetur. Nam auctoritate Rufini in expositione symboli, qui his temporibus scribebat, liquet, nullum aliud Romanam ecclesiam in sacris ritibus nouisse, quam symbolum apostolicum. Tantum abest vt id Damaso tribui possit, vt Toletan. III. Concilium profiteatur, se laudabilem illum vsum ab orientali ecclesia accepturum, ideo quod occidentalis ecclesia hac consuetudine careret. Vide quæ dicturi sumus infra in notis Conc. Tolet. 3.

An symbolum hoc in occidente Damaso auctore inter Missarum solennia cantetur.

q *Et subscripserunt episcopi.*] Ex nomine Meletii Antiocheni episcopi, inter episcopos Syriæ relati, euidenter colligere licet, subscriptiones patrum contigisse ante mortem Meletii, abdicationem Gregorii Nazianzeni, aduentum Timothei Alexandrini & Nectarii electionem, vt constat ex carm. Gregorii Nazianzeni de vita sua. Superuenientium igitur Ægypti episcoporum nomina, & Nectarii post electi, hisce superaddita fuisse, necessum est concedere. Perperam factum est in eo, quod Gregorius Nazianzenus, qui ante subscripserat vt Constantinopolitanus, inueniatur inter episcopos Cappadociæ vltimo loco positus, quasi non Constantinopolis, sed Nazianzi tantum episcopus fuerit. Puto id errore, vel fortasse dolo imprudentis librarii, qui exscripsit, accidisse: quia absurdum arbitratus fuerit, eiusdem sedis duos episcopos simul fuisse Nectarium & Gregorium. Cum ergo sciret sedem Gregorii Nectario collatam esse, titulum Constantinopolitanæ sedis Nectario attribuit, atque Gregorium Nazianzi, exiguæ ciuitatis in Cappadocia episcopum, non sine grauiore errore, vltimo loco collocauit. Nam cum in patriam rediturus intellexisset, ecclesiam ibidem adhuc pastore destitutam, ne illud onus subire cogeretur, nihil antiquius habuit, quam vt ageret cum metropolitano antistite Helladio Cæsarienſi de creando episcopo Nazianzeno. Annuit Helladius Gregorio, ecclesiæque Nazianzenæ Eulalium præfecit, quem missis illuc episcopis prouincialibus, ex more ab iisdem ordinandum curauit. Ita non modo non factus est Nazianzenus episcopus, sed etiam eo quod oblatum recusasset, calumniam hanc passus fuit, quasi munere episcopali indignus, petitione dignitatis illius frustratus sit. Quod ipse testatur Gregor. Nazianz. 42. epist. quam hac de re ad Gregorium Nyssenum perscripsit. Ita has patrum subscriptiones partim mendosas, partim subreptitias esse, manifeste constat. Dolo ne an imprudentia collectoris id contigerit, incertum est. Inter confessores episcopos, qui Synodo interfuerunt, clariores sunt, Gregor. Nyssenus frater S. Basilii, qui libros a se aduersus Eunomium scriptos secum attulit, eosque Nazianzeno & Hie-

Subscriptiones quo tempore contigerint.

Gregor. Nazianz. falso bis subscriptus inuenitur.

Subscriptiones partim mendosæ, partim subreptitiæ.

Greg. Nyss.

ronymo auditori suo prælegit. Idem in funere Meletii orationem habuit, qua insignem confessorem triplici confessionis gloria, sub tribus diuersis imperatoribus celebrem, post obitum pro merito illius laudauit. De Gregor. Nazianzeno confessione nobilissimo, præter ea, quæ supra diximus, hoc memorabile est, quod simulac sacros cancellos introiuit, quando iussu imperatoris Theodosii in thronum erat collocandus, adorato numine sol purissimis radiis effulserit, nubemque illam, quæ sic radios solis obtegebat, vt media die noctem ferme redderet, plane deiecerit, perinde ac si superi accensa cælitus face Gregorii lætum, Deoque gratum ingressum significarent. Quam miraculose a sicario vitæ ipsius insidiatore ab Arianis subornato, liberatus fuerit, gratum erit lectori, si hic adscribam. Ad subægrotantem & decumbentem, cum multitudine credentium, qui ipsi de templo recepto, & ab Arianis vindicato gratularentur, irrepsit etiam clanculo aliquis sicarius ad occidendum virum sanctissimum ab Arianis mercede conductus: qui dum ceteris pene omnibus abeuntibus ibi solus relictus esset, pedes Gregorii manibus prehendens, atque multum lamentans, supplex veniam postulauit. Gregorio autem scisitante, quid sibi hoc vellet; sicarius vero præ immenso dolore taceret, vnus ex his qui aderant, rem sentiens, Gregorio dixit: *Hic ille carnifex tuus est, o pater, qui a nonnullis subornatus, ferrum tibi in præcordia defixurus erat, nisi Christus perspicue tibi auxilio fuisset. Quod enim ad eorum voluntatem spectat, scelus est consummatum: proinde hic facti pœnitens ad pedes tuos lacrymis veniam petit.* Ad quem conuersus Gregorius, ait: *Propitius sit tibi Deus, tibique ignoscat, qui me seruauit: hoc solum pro noxa peto, vt hæresim execrans meus fias.* Hoc autem cum vniuersæ ciuitati innotuisset, corda Arianorum hominum, Gregorii hostium, nonnihil emollita, ergaque ipsum reddita sunt propensiora. Hæc ex ipso Gregorii carmine de vita sua. Præclare etiam de fide triumpharunt Pelagius Laodicensis, Diodorus Tarsensis, Amphilochius Iconiensis, Optimus Antiochenus, Helladius Cæsariensis, aliique nonnulli, quos imperator nominatim recensens, edicto quodam extante libro 3. de fide catholica Cod. Theodos. iubet iis suas, quibus per Arianos spoliati erant, ecclesias restitui. Ex illis vero, qui antea tempore Valentis, pulsis orthodoxis, fauore Arianorum, vacantes sedes acceperant, plurimi præsto fuerunt. Hi enim temporiinseruientes, fidemque temporariam & nundinariam profitentes, sub catholico imperatore, æque catholicæ fidei defensores se præbuerunt, cum antea Arianorum ducum & magistratuum fauore ac gratia, quantumuis indigni forent, in episcopatum irrepsissent.

Anno Christi 381.

Gregorii Nazianz. memorabilis electio.

Gregorius Nazianz. miraculose a sicario liberatur.

Reliqui episcopi quales fuerint.

De his minoribus episcopis, sui persecutoribus, hæc Gregorius: *Dimiserunt me ab vrbe non admodum repugnantem: quippe turpissimum erat illorum me fidei cauponum in numero esse, quorum alii nepotes erant eorum, qui tributorum scribæ fuerant, & aliud nihil animo voluebant, quam falsas & subdolas rationum deprauationes: alii ab aratris*

ANNO CHRISTI 381.

aratris venerant adusti a sole: alii a ligone vel bidente totum diem non quiescente: alii remos exercitusve reliquerant, redolentes adhuc sentinam, vel corpus fœdatum cicatricibus habentes, populi gubernatores, ac duces militum, qui ne minimum quidem concessuri videntur: nonnulli etiam opificiorum, quæ citra ignem operas suas perficere nequeunt, gnari, ne fuliginem quidem carnis integre abluerant, flagriones, ac pistrinis digni, &c.

Ab his sacerdotibus nundinariis, ex lucro temporali fidem temporariam profitentibus, illud tantummodo bonum prouenit, vt fidei catholicæ formulæ subscriberent, atque ita suo chirographo semper ac perpetuo obligati tenerentur, neque pro solita leuitate ad perfidiam Arianam resilire valerent. Hinc factum est, vt supra etiam dixi, quod Damasus pontifex statuta fidem concernentia, tamquam totius ecclesiæ decreta, œcumenici Concilii nomine insignita confirmarit, ne pie sancita, vilium personarum subscribentium nomine omnino periclitari possent.

EPISTOLA SYNODALIS AD THEODOSIVM IMPERATOREM DE REBVS IN SYNODO GESTIS.

Religionis ac pietatis obseruantissimo, Deique amantissimo imperatori Theodosio sanctum Concilium episcoporum, qui ex diuersis prouinciis præfecturisve Constantinopolim conuenimus, S.

INITIO quidem nostri ad tuam pietatem scripti, gratias agimus Deo, qui tuæ pietatis imperium constituit ad communem pacẽ ecclesiarum, & sanæ fidei confirmationem. Agentes autem Deo debitas gratias, necessario quoque ea, quæ acta sunt in sancto Concilio, ad tuam referimus pietatem: nempe quod ex quo tempore ex mandato tuæ pietatis Constantinopoli conuenimus, primum quidem mutuam inter nos concordiam renouauimus: deinde vero breues etiam præscripsimus ac prænuntiauimus quosdam quasi terminos, regulasve, quibus & patrum qui Nicææ congregati fuerunt, fidem confirmauimus comprobauimusque, & quæ aduersus eam obortæ sunt, peruersas hæreses ac prauas opiniones extrema cum execratione ad detestatione reprobauimus. Præterea etiam ad recte constituendum ac ordinandum statum & disciplinam ecclesiarũ, certos Canones statuimus ac præscripsimus. Quæ omnia huic nostro scripto subiecimus. Rogamus igitur tuam clementiã, vt per literas tuæ pietatis ratũ

Eadem extat supra Græc. & Lat. in Cõc. Const. pag. 355.

esse iubeas, confirmesque Concilii decretum: & sicuti literis, quibus nos conuocasti, ecclesiam honore prosecutus es; ita etiam summam eorum quæ decreta sunt, conclusionem sententia atque sigillo tuo corrobores. Dominus autem imperium tuum in pace & iustitia stabiliat, transmittatque & producat in multas & infinitas vsque ætates & generationes, atque ad terrenam potentiam cælestis quoque regni gaudium & fructum adiiciat. Gratificetur Deus orbi terrarum, vt te qui re vera pietatis studiosissimus, Deique amantissimus imperator es, valentem, omnibusque præclaris rebus florentem & excellentem videat: id quod sancti etiam ab illo precibus ac votis petunt & orant.

[a] CONCILIVM [b] AQVILEIENSE [c] TEMPORE DAMASI PAPÆ I. CELEBRATVM,

In quo [d] a triginta duobus Italis, Gallis, & Pannonicis episcopis, præsentibus Gallorum & Afrorum legatis[1], Palladius & Secundianus episcopi Ariani, cum Attalo quodam presbytero, damnantur. Est prouinciale.

EPISCOPI QVI HVIC CONCILIO INTERFVERVNT.

[e] VALERIANVS episcopus Aquileiensis.
[f] Ambrosius episcopus Mediolanensis.
[g] Eusebius episcopus Bononiensis.
[h] Limenius episcopus Vercellensis.
[i] Armenius episcopus Sirmiensis Illyrici.
[k] Sabinus episcopus Placentinus.
Abundantius episcopus Tridentinus.
[l] Philaster episcopus Brixianus.
[m] Constantius episcopus * Arausicus. * Aruscon.
Theodorus episcopus Octodorensis.
Domninus episcopus Gratianopolitanus.
Amantius episcopus Nicensis.
Maximus episcopus Emonensis.
Basilianus episcopus Laudensis.
Proculus episcopus Massiliensis.
Heliodorus episcopus Altinensis.
Felix episcopus * Iadrensis. * Iadertinus.
Euentius episcopus * Citinensis. * Tit...

ANNO CHRISTI 381.

Exuperantius episcopus Dertonensis.
* Diogenes episcopus Genuensis.
Constantius episcopus Sciscianensis legatus Gallorum.
Iustus legatus Gallorum.
Felix legatus Afrorum.
Numidius legatus Afrorum.
Euagrius presbyter & legatus.
Artemius. Almachius. Ianuarius. Iouinus. Macedonius. Cassianus. Marcellus. Eustathius. Maximus. Chromatius presbyter.

GESTA [a]CONCILII AQVILEIENSIS
TEMPORE DAMASI PAPÆ I.

SYAGRIO & Eucherio viris clarissimis consulibus Nonis Septembribus Aquileiæ in ecclesia considentibus, cum episcopis, Aquileiensium ciuitatis Valeriano, Ambrosio, Eusebio, Limenio, Amenio, Sabino, Abundantio, Artemio, Constantio, Iusto, Philastro, Constantio, Theodoro, Almachio, Domnino, Amantio, Maximo, Felice, Basiliano, Numidio, Ianuario, Proculo, Heliodoro, Iouino, Felice, Exuperantio, Diogene, Maximo, Macedonio, Cassiano, Marcello & Eustathio episcopis, Ambrosius episcopus dixit:

* circa Diu * citra acta tractauimus. Et quoniam tanta sacrilegia a parte Palladii & Secundiani nostris auribus ingeruntur, vt difficile quisque credat, tam aperte eos blasphemare potuisse, vel ne * quia ipsi calliditate dicta sua postea negare conentur, licet de tantorum sacerdotum testificatione dubitari non queat, tamen quoniam omnibus episcopis placet, fiant acta, vt vnusquisque professionem suam negare non possit. Quid ergo vobis, sancti viri, placeat, declarandum est. Omnes episcopi dixerunt: Placet. Ambrosius episcopus dixit: discrepationes nostræ ex re firmãdæ sunt scripto imperiali, vt allegentur. Sabinianus diaconus recitauit: Ambigua dogmatum reuerentia ne dissideant sacerdotes, quamprimum experiri cupientes, conuenire in Aquileiensium ciuitatem ex diœcesi, meritis excellentiæ tuæ creditam, episcopos iusseramus. Neque controuersiæ dubiæ sententiæ rectius poterant experiri, quam si obortæ altercationis * in interpretes ipsos constituissemus antistites, vt videlicet a quibus proficiscuntur instituta doctrinæ, ab eisdem * discordiæ eruditionis repugnan-

*for. qua

Epistola impp. qua episcopos spontaneos ad Concilium conuocarunt.

* iudiciũ in
* for. discordis

tia ſolueretur. Neque ſane nunc aliter iubemus, ac iuſſimus, non inuertentes præcepti tenorem, ſed ſuperfluam conuenarum copiam recolentes. Nam quod Ambroſius & vitæ merito & Dei dignatione cõſpicuus epiſcopus Mediolanenſium ciuitatis, ibi multitudinem non opus eſſe ſuggerit, vbi veritas non laboraret in pluribus, ſi locata eſſet in paucis, ſeque eorum, qui contra adſtarent, aſſertionibus, & ſacerdotes vicinarum ex Italia ciuitatum, ſatis abundeque ſufficere poſſe ſuggerit, abſtinendum venerabilium virorum fatigatione cenſuimus, ne quis vel maturo æuo grauis, vel corporali debilitate confectus, vel laudabili paupertate mediocris, inſuetas repetat terras, & rel. Ambroſius epiſcopus dixit: Ecce quod Chriſtianis cõſtituit imperator. Noluit iniuriam facere ſacerdotibus: ipſos interpretes conſtituit epiſcopos. Ac per hoc, quoniam in ſacerdotali Concilio conſidemus, reſponde ad ea quæ tibi proponuntur. Arii epiſtola lecta eſt: etiam nunc recitabitur, ſi tibi videtur. A principio habet blaſphemias, ſolum Patrem æternum dixit. Si tibi videtur, quod Dei filius ſempiternus non ſit, hoc ipſum (quemadmodum vis) adſtrue: ſi damnandum putas, damna euangelium. Præſens eſt & Apoſtolus, omnes ſcripturæ præſto ſunt, vnde vis, adſtrue, ſi putas non eſſe Dei filium ſempiternum. Palladius dixit. Veſtro ſtudio factum eſt, ſicut dictat lectio ſacra a vobis prolata, vt non eſſet generale & plenum Concilium. Abſentibus ſacerdotibus noſtris, nos reſpondere non poſſumus. Ambroſius epiſcopus dixit: Qui ſunt conſortes veſtri? Palladius dixit: Orientales epiſcopi. Ambroſius epiſcopus dixit: Interim quia ſuperioribus temporibus Concilium ſic factum eſt, vt orientales in orientis partibus conſtituti, haberent Concilium, occidentales in occidente: nos in occidentis partibus conſtituti, conuenimus ad Aquileienſium ciuitatem iuxta imperatoris præceptum. Denique etiam præfectus Italiæ literas dedit, vt ſi vellent conuenire, in poteſtate haberent. Sed quia ſcierunt conſuetudinem huiuſmodi, vt in oriente orientalium eſſet Concilium, intra occidentem occidentalium, ideo putauerunt non eſſe veniendum.

Anno Christi 381.

Arii epiſtola ſolum Patrem eſſe refert.

Palladius dixit: Imperator noſter Gratianus iuſſit orientales venire, negas tu iuſſiſſe eum? Ipſe imperator nobis

ANNO CHRISTI 381. dixit, se orientales iussisse venire. Ambrosius episcopus dixit: Vtique iussit, qui non prohibuit huc venire. Palladius dixit: Sed ne venirent, tua petitio fecit: sub specie falsæ voluntatis hoc impetrasti, & distulisti Concilium. Ambrosius episcopus dixit: Non opus est euagari diutius, responde nunc. Bene dixit Arius solum æternum Patrem? & secundum scripturas hoc dixit, an non? Palladius dixit: Non tibi respondeo. Constantius episcopus dixit: Non respondes, qui tam diu blasphemasti? Eusebius episcopus dixit: Sed debebis simpliciter fidei tuæ prodere libertatem. Si a te gentilis exigeret, quemadmodum in Christum crederes, confiteri erubescere non deberes. Sabinus episcopus dixit: Tu petisti, vt responderemus hodie ex voluntate tua, & vrgente te conuenimus, & non expectauimus reliquos fratres, qui poterant venire. Proinde non tibi liberum est euagari. Christum dicis esse creatum? aut sempiternum dicis esse filium Dei? Palladius dixit: Dixi tibi, nos ideo diximus vobis, vt veniremus, & conueniremus, quod non recte feciſſetis, * subrepere imperatori. Ambrosius episcopus dixit: Legatur epistola Palladii, vtrum nobis hoc mandauerit: & docebitur, quod etiam nunc fallit. Palladius dixit: Legatur plane. Episcopi dixerunt: Imperator cum esset præsens Sirmio, tu illum interpellasti, an ipse te compulit? Et addidit: Quid ad ista respondes? Palladius dixit: Dixit mihi, Vade. Diximus: Orientales conuenti sunt? Ait, Conuenti sunt. Numquid si orientales non fuissent conuenti, numquid nos conueniſſemus? Ambrosius episcopus dixit: Sequestrata sit causa orientalium, sententiam tuam hodie * quære, Arii tibi epistola lecta est. Soles te Arianum negare. Aut damna hodie Arium, aut defende. Palladius dixit: Non est hoc auctoritatis tuæ, vt hoc a me quæras. Eusebius episcopus dixit: Non credimus religiosum imperatorem aliud dixisse, quam scripsit. Episcopos iussit conuenire, non potuit tibi soli contra rescriptum suum dicere, vt sine orientalibus causam minime dicerent. Palladius dixit: Si Itali soli iussi sunt conuenire? Euagrius presbyter & legatus dixit, vt ante quatuor dies, & ante biduum responderet se adfuturum. Quid ergo expectabas (vt dicis) orientalium consortium tuorum sententiam expectandam? sic debuisti

* subrepentes

* quæro,

Ante 4. dies & ante biduum respondisti te adfuturum.

mandare, non promittere conflictum. Palladius dixit: Quia quasi ad Concilium plenum venerã, vidi non meos consortes conuenisse: vt conuenirem & dicerem, secundum iussionem egeritis in præiudicium futuri Concilii. Ambrosius episcopus dixit: Vt hodie resideremus, ipse exegisti. Denique, etiam hodie tu ipse dixisti, quia Christiani ad Christianos venimus. Christianos nos probasti. Promisisti te conflictaturum, promisisti te allaturum esse rationem. Libenter itaque accepimus præfationem tuam. Optauimus, vt quasi Christianus venires. Obtuli tibi epistolam Arii, quam scripsit Arius, de cuius nomine dicitis vos iniuriam frequenter sustinere. Dicitis quod Arium non sequamini. Hodie aperta debet esse sententia. Aut condemna illum, aut adstrue quibus vis lectionibus. Et addidit: Ergo, iuxta epistolam Arii, Christus Dei filius non est sempiternus? Palladius dixit: Nos diximus, probaturos nos Christianos, sed in Concilio pleno. Non vobis respondemus omnino in præiudicium Concilii futuri. Eusebius episcopus dixit: Sine calliditate, fidei tuæ professionem debes exponere. Palladius dixit: Et quid Concilio reseruamus? Ambrosius episcopus dixit: Omni ori condemnatio facta est in eum, qui negaret Dei filium sempiternum. Negauit Arius, hunc sequitur Palladius, qui non vult condemnare Arium. Itaque vtrum huius probanda sententia sit, considerate: & vtrum secundum scripturas dicat, aut contra scripturas, intelligere liquet. Lectum est enim, sempiterna virtus Dei atque diuinitas, Dei virtus Christus est. Si igitur sempiterna Dei virtus est, sempiternus vtique Christus est, quia Christus est Dei virtus. Eusebius episcopus dixit: Hæc fides nostra est, hæc intelligentia catholica. Qui hæc non dixerit, anathema. Omnes episcopi dixerunt, anathema. Eusebius episcopus dixit: Specialiter dicit solum Patrem sempiternum, & filium aliquando cœpisse? Palladius dixit: Arium nec vidi, nec scio qui sit. Eusebius episcopus dixit: Arii blasphemia prolata, in qua negat Dei filium sempiternum. Hanc perfidiam damnas cum auctore, *aut asseris? Palladius dixit: Vbi auctoritas pleni Concilii non est, non dico. Ambrosius episcopus dixit: Dubitas damnare post diuina iudicia, cum crepuerit medius? & addidit: Dicant enim

Anno Christi 381.

Nota miram hæretici tergiuersationem.

*2a

ANNO CHRISTI 381. sancti viri legati Gallorum. Constantius episcopus legatus Gallorum dixit: Hanc impietatem eius hominis & semper damnauimus, & nunc damnamus, non solum Arium, sed & quicumque filium Dei non dixerit sempiternum. Ambrosius episcopus dixit: Quid etiam dicit dominus meus Iustus? Iustus episcopus legatus Gallorum dixit: Qui filium Dei coæternum cum patre non confitetur, anathema habeatur. Omnes episcopi dixerunt, anathema. Ambrosius episcopus dixit: Dicant etiam Aforum legati, qui omnium ciuium huc attulere sententias. Felix episcopus & legatus dixit: Si quis filium Dei negauerit & sempiternum, & coæternum negauerit, non solus ego legatus totius Africanæ prouinciæ damno, sed & cunctus chorus sacerdotalis, qui ad hunc cœtum sanctissimum me misit, etiam ipse ante damnauit. Amenius episcopus dixit: Caput Illyrici, non nisi ciuitas est Sirmiensis. Ego igitur episcopus illius ciuitatis sum. Eum, qui non confitetur filium Dei æternum & coæternum patri, quod est sempiternum, anathema dico. * Sed etiam is quidem non confitetur. * Ambrosius episcopus dixit: Audite sequentia. Vt recitatum est, solum æternum, solum sine initio, solum verum, solum immortalitatem habentem. Ambrosius episcopus dixit: Et in hoc damna eum, qui negat filium Deum verum. *Cum enim ipse sit veritas*, quemadmodum non est Deus verus? Et addidit. Quid est hoc? Palladius dixit: Filium verum * qui non dicat? Ambrosius episcopus dixit: Arius negauit. Palladius dixit: Cum Apostolus dicat, *Christum super omnia Deum*, potest aliquis negare verum filium Dei? Ambrosius episcopus dixit: Vt scias quã simpliciter veritas a nobis requiratur, ecce dico ego, vt dicis, sed semiplenum habeo. Cum enim ita dicis, videris negare Deum verum: si autem simpliciter confiteris verum Deum filium Dei, eo ordine adstrue, quo ipse propono. Palladius dixit: Ego secundum scripturas tibi loquor, verum filium Dei Dominũ dico. Ambrosius episcopus dixit: Verum Dominum dicis filium Dei? Palladius dixit: Cum verum filium dicam, quid amplius? Ambrosius episcopus dixit: Non quæro tantũmodo, vt verum filium dicas, sed vt verum Dominum Dei filium dicas. Eusebius episcopus dixit: Christus Deus verus est, secundum om-

Sententia Gallorum.

Sententia Afrorum.

Ioan. 14.

* quis

Rom. 9.

nium fidem & catholicam professionem. Palladius dixit: Verus Dei filius est. Eusebius episcopus dixit: Nam & nos per adoptionem filii sumus, ille secundum proprietatem generationis diuinæ. Et addidit: Confiteris ergo verum filium Dei, Dominum verum esse, secundum natiuitatem & proprietatem? Palladius dixit: Verum Dei filium vnigenitum dico. Eusebius episcopus dixit: Hoc ergo putas contra scripturas, si, Christus Deus verus est, dicatur? Cumque Palladius reticeret, Ambrosius episcopus dixit: Solum verum filium Dei qui dicit, & non vult dicere Dominum verum, videtur negare. Hoc igitur ordine confiteatur (si tamen confitetur) Palladius, & dicat, vtrum verum Dominum Dei filium dicat. Palladius dixit: Cum dicat filius, *Vt cognoscant te solum verum* * *Dominum, & quem misisti Iesum Christum*, cum affectu, an veritate? Ambrosius episcopus dixit: Ioannes dixit in epistola sua, *Hic est verus Deus*. Nega hoc. Palladius dixit: Cum dicam tibi verum filium, profiteor veram etiam diuinitatem. Ambrosius episcopus dixit: Et in hoc est fraus. Sic enim soletis dicere vnam & veram diuinitatem, vt patris tantummodo, non etiam filii, veram & vnam diuinitatem dicatis. Ergo si aperte vis dicere, quia ad scripturas me prouocas, dic, quod dixit euangelista Ioannes: *Hic est verus Deus*: aut nega dictum. Palladius dixit: Absque filio alius genitus non est. Eusebius episcopus dixit: Christus verus Deus secundum omnium fidem & catholicam professionem, an in sententia tua Deus verus non est? Palladius dixit: Virtus Dei nostri est. Ambrosius episcopus dixit: Non habes libertatem profitendi, ac per hoc anathema ei, qui non confitetur verum Deum filium Dei. Omnes episcopi dixerunt: Anathema habeatur, qui Christum filium Dei, Dominum verum non dixerit. Iterum addidit: Solum verum, solum immortalitatem habentem. Ambrosius episcopus dixit: Filius Dei habet immortalitatem, aut non habet, secundum diuinitatem? Palladius dixit: Apostolum admittis, an non? *Rex regum, qui solus habet immortalitatem*. Ambrosius episcopus dixit: De Christo filio Dei quid dicis? Palladius dixit: Christus nomen diuinum est, an humanum? Eusebius episcopus dixit: Secundum carnis quidem sacramentum Christus dicitur, sed idem

ANNO CHRISTI 381.

Ioan. 17.

* Deum

1. Ioan. 5.

Ibidem.

1. Tim. 6.

Deus

ANNO CHRISTI 381. Deus & homo est. Palladius dixit: Christus nomen carnis est, Christus nomen humanum est, & respondete vos mihi. Eusebius episcopus dixit: Quid superfluis immoraris? Cum legeretur impietas Arii, qui hoc dicit de Patre, quia solus habet immortalitatem, attulisti testimonium ad consensum impietatis Arii ex Apostolo, dicens: *Qui solus habet immortalitatem, & lucem inaccessibilem habitat.* 1. Tim. 6. Sed si intelligis, totius naturæ dignitatem in Dei nomine expressit: siquidem in Dei nomine pater & filius designantur. Palladius dixit: Et ego vos quod interrogaui, respondere noluistis. Ambrosius episcopus dixit: Aperte de te sententiam quæro: Filius Dei habet immortalitatem secundum generationem diuinam, an non habet? Palladius dixit: Secundum generationem diuinam incorruptibilis, & per carnem mortuus est. Ambrosius episcopus dixit: Non diuinitas mortua est, sed caro mortua est. Palladius dixit: Ante vos mihi respondete. Ambrosius episcopus dixit: Filius Dei secundum diuinitatem habet immortalitatem, an non habet? Sed etiam fraudes & insidias tuas, non secundum Arii professionem, prodidisti. Et addidit: Qui filium Dei negat habere immortalitatem, quid vobis videtur? Omnes episcopi dixerunt: Anathema habeatur. Palladius dixit: Status diuinus immortalis est. Ambrosius episcopus dixit: Astute & hoc, vt de Dei filio nihil exprimas euidenter. Et ego dico: Immortalitatem habet Dei filius secundum diuinitatem? Aut nega, quia non habet immortalitatem. Palladius dixit: Christus mortuus est, an non? Ambrosius episcopus dixit: Secundum carnem anima nostra non moritur. Scriptum est enim: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Matth. 10. Cum igitur anima nostra mori non possit, putas quod Christus secundum diuinitatem mortuus sit. Palladius dixit: Mortis appellationem quare tu horres? Ambrosius episcopus dixit: Imo non horreo, sed confiteor secundum carnem meam. Est enim, per quam a mortis vinculis sum reuinctus. Palladius dixit: Mortem separatio facit spiritus. Nam Christus filius Dei carnem suscepit, & per carnem mortuus est. Ambrosius episcopus dixit: Scriptum est, *Christum passum.* Secundum carnem igitur pas- 1. Pet. 2.

sus est, secundum diuinitatem habet immortalitatem. Anno Christi 381.
Hoc qui negat, diabolus est. Palladius dixit: Ego Arium non noui. Ambrosius episcopus dixit: Ergo male dixit Arius, cum etiam filius Dei habeat immortalitatem secundum diuinitatem. Et addidit: Bene dixit, an male? Palladius dixit: Non consentio. Ambrosius episcopus dixit: Cui non consentis? Anathema illi, qui non explicat fidei libertatem. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Palladius dixit: Dicite quod vultis, eius est diuinitas immortalis. Ambrosius episcopus dixit: Cuius? Patris, an & filii? Et addidit: Multas impietates congessit Arius, ad alias transeamus. Et recitatum est, solum sapientem. Palladius dixit: Pater a se sapit, filius autem sapiens non est. Ambrosius episcopus dixit: Ergo filius non est sapiens, cum ipse sit sapientia? Nam & nos dicimus quia ex patre natus est filius. Eusebius episcopus dixit: Est aliquid tam impium, tam profanum, quam quod dixit, sapientem filium Dei * negare? Palladius dixit: Sapientia dicitur. Quis potest sapientiam denegare? Ambrosius episcopus dixit: Sapientes est, an non? Palladius dixit: Sapientia est. Ambrosius episcopus dixit: Sapiens ergo, cum sit sapientia. Palladius dixit: Secundum scripturas vobis respondemus. Ambrosius episcopus dixit: Etiam sapientem (quantum video) filium Dei Palladius negare conatus est. Eusebius episcopus dixit: Qui negat filium Dei sapientem, anathema sit. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Eusebius episcopus dixit: Etiam Secundianus ad hoc respondeat. Cumque Secundianus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: Qui tacet, integrum vult habere iudicium. Et addidit: Solum patrem bonum cum dicit, filium confessus est, an negauit? Palladius dixit: Legimus, *Ego sum pastor bonus*; & nos negamus? Quis non dicat bonum Dei filium? Ambrosius episcopus dixit: Ergo bonus est Christus. Palladius dixit: bonus. Ambrosius episcopus dixit: Male ergo Arius de solo patre dixit, cum etiam filius Dei, Deus * omnibus sit. Palladius dixit: Qui bonum non dicit Christum, maledicit. Eusebius episcopus dixit: Christum bonum confiteris? Nam & ego bonus sum. Mihi dixit: *Euge serue bone*. Et, *homo bonus profert de thesau-*

negare. *sc. bonum.*

Ioan. 18. *Matth. 25.* *Luc. 6.*

ANNO CHRISTI 381. *ro suo bona.* Palladius dixit: Iam dixi, nunc vobis non respondeo vsque ad plenum Concilium. Ambrosius episcopus dixit: Iudæi dicebant, *Bonus est.* & Arius negat quia filius Dei bonus est. Palladius dixit: Quis potest hoc *Ioan. 7.* negare? Eusebius episcopus dixit: Bonus est ergo Deus filius Dei. Palladius dixit: Bonus pater, bonum filium genuit. Ambrosius episcopus dixit; Et nos bonos genuit, sed non secundum diuinitatem. Deum bonum Dei filium dicis? Palladius dixit: Filius Dei bonus est. Ambrosius episcopus dixit: Vides ergo quia Christum bonum, bonum filium, non bonum Deum dicis, quod a te quæritur. Et addidit: Qui bonum Deum, filium Dei Deum non confitetur, anathema. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Item recitauit, Solum potentem. Ambrosius episcopus dixit: Potens est filius Dei, an non? Palladius dixit: Qui omnia fecit, non est potens? qui omnia fecit, minus potest? Ambrosius episcopus dixit: Ergo Arius male dixit: Et addidit: Vel in hoc damnas Arium? Palladius dixit: Vnde scio qui scit? Ego pro me respondeo tibi. Ambrosius episcopus dixit: Filius Domini mei potens est? Palladius dixit: Potens. Ambrosius episcopus dixit: Deus bonus est? Palladius dixit: Iam dixi filium Dei vnigenitum esse potentem. Ambrosius episcopus dixit: Dominum potentem? Palladius dixit: Filium Dei potentem. Ambrosius episcopus dixit: Potentes & homines sunt. Scriptum est: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* *Psalm. 51.* Et alibi, *Cum infirmor, tunc potens sum.* Illud a te requiro, *2. Cor. 12.* vt confitearis Dominum potentem esse Dei filium Christum: aut si negas, adstrue. Nam qui vnam potentiam dico Patris & Filii, sic Filium Dei dico potentem sicut & patrem. Dubitas ergo confiteri potentem esse Dominum Dei filium? Palladius dixit: Iam dixi, secundum disputationem (prout possumus) respondemus vobis. Vos enim soli vultis esse iudices. Vos litigatores esse vultis. Non vobis respondemus nunc, sed in Concilio generali & pleno respondebimus vobis. Ambrosius episcopus dixit: Anathema illi, qui negat Dominum potentem Christum. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Item recitatum est, Solum potentem, omnium iudicem. Palladius dixit: Omnium iudicem filium Dei. Est qui dat, est qui accipit.

Ambrosius episcopus dixit: Per gratiam dedit, an per naturam? Et hominibus datur iudicium. Palladius dixit: Patrem maiorem dicis, an non? Ambrosius episcopus dixit: Postea respondebo tibi. Palladius dixit: Ego tibi non respondebo, si non respondes mihi. Eusebius episcopus dixit: Nisi impietatem Arii ex ordine damnaueris, interrogandi tibi non dabimus facultatem. Palladius dixit: Non tibi respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Filius Dei (sicut lectum est) iudex est, an non? Palladius dixit: Si non respondes mihi, ego tibi vt impio non respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Habes professionem meam, qua respondebo tibi. Interim perlegatur epistola Arii. Et addidit: In epistola Arii inuenies & hoc sacrilegium, quod tu moliris. Palladius dixit: Ego * qui interrogo, non respondetis. Eusebius episcopus dixit: Filium Dei * Deum æqualem dicimus. Palladius dixit: Tu iudex es, tui exceptores hic sunt. Ambrosius episcopus dixit: Scribant tui, qui * nolunt. Palladius dixit: *Pater maior est*, an non? Eusebius episcopus dixit: Secundum diuinitatem æqualis est filius patri. Habes in euangelio, *quod Iudæi persequebantur eum, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.* Quod ergo impii persequentes confessi sunt, nos credentes negare non possumus. Ambrosius episcopus dixit: Et alibi habes: *Qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, obediens vsque ad mortem.* Et addidit: Vides, quia in forma Dei æqualis est? Et formã, inquit, serui accepit. In quo ergo minor est? Secundum formam vtique serui, non Dei. Eusebius episcopus dixit: Sicut in forma serui constitutus, inferior seruo non fuit; ita in forma Dei constitutus, inferior Deo esse non potuit. Ambrosius episcopus dixit: Aut dic, quia secundum diuinitatem minor est filius Dei. Palladius dixit: *Pater maior me est.* Ambrosius episcopus dixit: Secundum carnem. Palladius dixit: *Qui me misit, maior est me.* Caro missa est a Deo, aut filius Dei? Ambrosius episcopus dixit: Falsari a vobis diuinas scripturas hodie comprobamus. Sic enim scriptum est: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Non turbetur cor vestrum. Non quomodo hic mundus*

Anno Christi 381.

* fol. 2a

* fol. 2a

* fol. 2a

Ioan. 5.

Philip. 2.

* fol. 2a

Ioan. 14.

ANNO CHRISTI 381. dat, & ego do vobis. Si diligeretis me, gauderetis, * quia dixi, vado ad Patrem, quia Pater maior me est. Non dixit: Qui me misit, maior me est. Palladius dixit: Pater maior est. Ambrosius episcopus dixit: Anathema illi, qui diuinis scripturis addit aliquid, aut minuit. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Palladius dixit: Pater maior est filio. Ambrosius episcopus dixit: secundum carnem filius minor est Patre, secundum diuinitatem æqualis est Patri. Legi igitur æqualem Dei filium Patri, sicut iam & prolata exemplaria testantur. Secundum carnem autem quid miraris minorem, cum dixerit se seruum, cum dixerit se lapidem, cum dixerit se vermem, cum dixerit se minorem angelis, quia scriptum est: *Minorasti eum paulo minus ab angelis?* Palladius dixit: Impie vos asserentes video, non respondemus vobis sine auditoribus. Sabinus episcopus dixit: Nemo requirat ab eo sententiam, qui tam innumeris sententiis blasphemauit. Palladius dixit: Non vobis respondemus. Sabinus episcopus dixit: Ab omnibus iam damnatus est Palladius. Arii blasphemiæ multo minores sunt quam Palladii. Et cum Palladius surrexisset, atque foras exire voluisset: Ideo, inquit, surrexit Palladius, quoniam apertis scripturarum testimoniis conuincendum esse se cernit, sicut iam conuictus est. Sic enim lectum est, secundum diuinitatem quod æqualis Patri filius sit. Accipiat autem, quod secundum diuinitatem maiorem non habet. Scriptum est: *Abrahæ cum repromisisset Deus, quoniam nullũ alium habebat maiorem, per quem iuraret, iurauit per semetipsum.* Vides igitur scripturam, quia nullum alium maiorem habet, per quem iuraret. Filius autem est, de quo dicitur, *quoniam ipse visus est Abrahæ.* Vnde & ait: *Abraham diem meum vidit, & gauisus est.* Palladius dixit: Pater maior est: Eusebius episcopus dixit: Quando vt Deus locutus, maiorem non habuit: quando vt homo locutus, maiorem habuit. Palladius dixit: Pater genuit Filium, Pater misit Filium. Ambrosius episcopus dixit: Anathema illi, qui negat filium secundum diuinitatem æqualem Patri. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Palladius dixit: Filius subiectus patri, filius præcepta patris custodit. Ambrosius episcopus dixit: Subiectus secundum carnis rationem: ceterum & ipse meministi, quia legisti: *Nemo venit ad me, nisi*

* vtique, quia vado

Ise. 49. 6. 28. *Matt.* 21. *Leui.* 20. *Dan.* 2. *Ps.* 117. 22. *Psal.* 8. *Heb.* 1.

Heb. 6.

Ioan. 8.

Ioan. 6.

quem pater attraxerit. Sabinus episcopus dixit: Dicat, si secundum diuinitatem subiectus est patri, an secundum incarnationem. Palladius dixit: Ergo Pater maior est. Ambrosius episcopus dixit: Et alibi scriptum est, *Fidelis Deus, per quem vocati estis in communionem filii eius.* Ego dico patrẽ maiorem esse secundum carnis assumptionem, quam suscepit filius Dei, non secundum diuinitatem. Palladius dixit: quæ enim cõparatio est filii Dei? Et caro potest dicere, Deus me maior est. Caro loquebatur, aut diuinitas, quia ibi erat caro? Ambrosius episcopus dixit: Caro sine anima non loquitur. Eusebius episcopus dixit: Deus in carne loquebatur
Ioan. 8. secundũ carnem, quando dicebat: *Quid me persequimini hominem?* Quis hoc dixit? Palladius dixit: Filius Dei. Ambrosius episcopus dixit: Deus ergo filius Dei est secundum diuinitatem, & homo est secundum carnem. Palladius dixit: Carnem suscepit. Eusebius episcopus dixit: Ergo humanis verbis vsus est. Palladius dixit: Carnem humanam suscepit. Ambrosius episcopus dixit: Dicat quia non secundum diuinitatem Apostolus dixit subiectum, sed se-
Philip. 2. cundum carnem. Scriptum est enim, *Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem.* In quo ergo mortem gustauit? Palladius dixit: Quia se humiliauit. Ambrosius episcopus dixit: Non diuinitas, sed caro humiliata est atque subiecta. Et addidit: Creaturam perfectam bene dixit Arius, an male dixit? Palladius dixit: Ego tibi non respondeo, auctoritatem non habenti. Ambrosius episcopus dixit: Profitere quod vis. Palladius dixit: non respondeo vobis. Sabinus episcopus dixit: Pro Ario non respondes? ad interrogata non respondes? Palladius dixit: Pro Ario ego non respondi. Sabinus episcopus dixit: Vsqueadeo respondisti, vt filium Dei negares potentem, negares verum Deum. Palladius dixit: Ego te iudicem non patior, quem impietatis arguo. Sabinus episcopus dixit: Ipse nos coegisti sedere. Palladius dixit: Mandaui vt sederetis, vt arguerem vos. Quare subripuistis imperatori? vt plenum Concilium non esset, obripuistis. Ambrosius episcopus dixit: Cum Arii impietates legerentur, & impietas tua pariter condẽnata est, quæ consensit Arianæ impietati. Placuit tibi in media epistola lectionem proponere, quam volebas. Responsum tibi est, quemadmodum patrem maiorem

ANNO CHRISTI 381.

ANNO CHRISTI 381. dixerit filius Dei, eo quod secundum carnis susceptionem, filius maiorem patrem dixerit. Proposuisti etiam subiectum esse filium Dei: & in hoc responsum tibi est, quia subiectus filius Dei secundum carnem est, non secundum diuinitatem. Habes professionem nostram, nunc audi cetera. Quoniam tibi responsum est, responde ad ea, quæ leguntur. Palladius dixit: Non tibi respondeo, quia quæcumque ego dixi, non sunt scripta. Vestra tantummodo scribuntur verba, non vobis respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Omnia vides scribi. Denique quæ scripta sunt, abundant ad tuæ impietatis iudicium. Et addidit: Creaturam dicis Christum, an negas? Palladius dixit: Non respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Ante horam citra actam, cum legeretur, quia Arius dixit creaturam Christum, negasti. Oblatum est tibi, vt damnares perfidiam. noluisti. Vel nunc dic, vtrum natus ex patre Christus sit, an creatus. Palladius dixit: si vultis: exceptores nostri veniant: & sic totum excipiatur. Sabinus episcopus dixit: Adducat suos exceptores. Palladius dixit: Pleno Concilio vobis respondebimus. Ambrosius episcopus dixit: Attalus in tractatu Nicæni Concilii subscripsit. neget factum, quia venit ad Concilium. Dicat hodie, vtrum subscripserit in tractatu Nicæni Concilii, an non. Cumque Attalus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: Attalus presbyter licet inter Arianos sit, tamen habet auctoritatem loquendi. Libere profiteatur, vtrum subscripserit in tractatu Nicæni Concilii sub episcopo suo Agrippino, an non. Attalus dixit: Iam dixisti me aliquoties damnatum, non tibi respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Subscripsisti in tractatu Concilii Nicæni, an non? Attalus dixit: non tibi respondeo. Palladius dixit: Modo vultis tractatum plenum haberi, an non? Chromatius presbyter dixit: Creaturam non negasti, potentiam negasti. Omnia negasti, quæ fides catholica profitetur. Sabinus episcopus dixit: Testes sumus nos, Attalum subscripsisse in Concilio Nicæno, & nunc nolle respondere. Quid cunctis videtur? Cumque Attalus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: Dicat vtrum subscripserit in tractatu Concilii Nicæni, an non? Palladius dixit: Exceptor vester & noster stent, & omnia scribant. Valerianus episcopus dixit: Iam quæ dixisti &

negasti, scripta sunt omnia. Palladius dixit: Dicite quod vultis. Ambrosius episcopus dixit: Quia sæpius vult damnari Palladius, qui iam frequenter damnatus est, lego epistolam Arii, quam ille noluit condemnare. Profitemini, quid vobis videtur? Omnes episcopi dixerunt: Legatur. Et recitata est. Nato autem non putatiue;& reliqua. Ambrosius episcopus dixit: Respondi tibi de maiore, respondi tibi & de subiecto: nunc & ipse responde. Palladius dixit: Non respondebo, nisi auctores veniant post dominicam diem. Ambrosius episcopus dixit: Veneras tractaturus, sed postea quam obieci tibi, vidisti epistolam Arii, quam damnare noluisti. asserere autem non potes, idcirco nunc refugis & cauillaris; plenarie ipsam recito. Ad singula dic, vtrum Christus creatus videatur, an fuit quando non fuit Christus, an vero semper fuit vnigenitus Dei filius. Cum Arii epistolam audieris, aut damna, aut proba. Palladius dixit: Cum impietatis te arguam, te iudice non vtor. Transgressor es. Sabinus episcopus dixit: Quas impietates obiicis fratri nostro & consacerdoti Ambrosio? dicito. Palladius dixit: Iam vobis dixi: Pleno Concilio respondebo, & præsentibus auctoribus. Ambrosius episcopus dixit: In confessu fratrum cupio confutari & redargui. Quæ igitur impie dixerim, dicito, si impius tibi videor, qui pietatem adstruo. Sabinus episcopus dixit: Ergo impius tibi videtur, qui Arii blasphemias arguit? Palladius dixit: Ego non negaui bonum filium Dei. Ambrosius episcopus dixit: Dicis ergo Christum Deum bonum? Palladius dixit: Non vobis respondeo. Valerianus episcopus dixit: Nolite multum adigere Palladium, non potest vera nostra simpliciter confiteri. Ipsius enim conscientia duplici blasphemia confusa est. Nam a Photinianis est ordinatus, & cum ipsis est damnatus, & nunc plenius damnabitur. Palladius dixit: Hoc proba. Sabinus episcopus dixit: Non aliter poterat Christum verum negare, nisi auctores suos sequeretur. Ambrosius episcopus dixit: Obiecisti me esse impium, hoc proba. Palladius dixit: Expositionem afferimus. Cum attulerimus, tunc dispositio habebitur. Ambrosius episcopus dixit: Damna impietatem Arii. Cum reticeret Palladius, Eusebius episcopus dixit: Superfluis immoramur. Tot impietates Arii Palladius

noluit

ANNO CHRISTI 381. noluit condemnare, imo potius asserendo confessus est. Hunc qui non damnat, similis illius est, & hæreticus iure dicendus est. Omnes episcopi dixerunt: A nobis omnibus anathema sit Palladius. Ambrosius episcopus dixit: Acquiescis vt cetera legantur, Palladi? Palladius dixit: Date auditores, veniant & ex vtraque parte exceptores. Non potestis esse iudices, si auditores non habuerimus: & nisi ex vtraque parte venerint qui audiant, non vobis respondemus. Ambrosius episcopus dixit: Quos quæris auditores? Palladius dixit: Sunt hic honorati multi. Sabinus episcopus dixit: Post tot blasphemias auditores petis? Ambrosius episcopus dixit: Sacerdotes de laicis iudicare debent, non laici de sacerdotibus: sed tamen quos iudices petas, dicito. Palladius dixit: Auditores veniant. Chromatius presbyter dixit: Salua condemnatione sacerdotali, quin & qui Palladii sunt, etiam in pleno legantur. Palladius dixit: Non permittantur loqui: auditores veniant, & ex vtraque parte exceptores; & respondebunt vobis hi in Concilio generali. Ambrosius episcopus dixit: Etsi in multis impietatibus deprehensus sit, erubescimus tamen, vt videatur, qui sacerdotium sibi vendicat, a laicis esse damnatus. Ac per hoc, quoniam & in hoc ipso damnandus est, qui laicorum expectat sententiam, cum magis de laicis sacerdotes debeant iudicare, iuxta ea quæ hodie audiuimus Palladium profitentem, & iuxta ea quæ condemnare noluit, pronuntio illum sacerdotio indignum & carendum; & in loco eius catholicus ordinetur. Omnes episcopi dixerunt: Anathema Palladio. Ambrosius episcopus dixit: Imperator clementissimus & Christianus sacerdotum iudicio causam, & vt ipsi arbitri essent altercationis, * ipsi (inquit) constituissemus: quoniam igitur nobis iudicium videtur delatum, interpretes esse scripturarum, condemnemus Palladium, qui impii Arii noluit damnare sententiam. Et quia filium Dei sempiternum, & cetera quæ in actis haberent, negauit, ergo anathema habeatur. Omnes episcopi dixerunt: Omnes condemnamus eum. Anathema habeatur. Ambrosius episcopus dixit: Quoniam omnes consistunt viri Christiani & Deo probati fratres & consacerdotes nostri, dicat vnusquisque quid sibi videatur. Valerianus episcopus dixit:

Condemnatio Palladii hæretici a Concilio.

* *fort.* cõmisit: quoniã

Mihi quidem videtur, quia qui Arium defendit, Arianus est: qui blasphemias ipsius non condemnat, ipse blasphemus est. Ideoque huiusmodi hominem a consortio sacerdotum censeo esse alienum. Palladius dixit: Cœpistis ludere? ludite, sine Concilio orientali vobis non respondemus. Amenius episcopus Sirmiensis dixit: Quicumque hæreses Arianas non condemnat, Arianus sit necesse est. Hunc igitur alienum etiam a nostra communione, & sacerdotali cœtu priuatum esse censemus. Constantius episcopus Arausicus dixit: Palladium Arii discipulum, cuius impietates iam olim damnatæ sunt a patribus nostris in Concilio Nicæno, & nunc hodie probatæ, cum recenserentur a Palladio singulæ, quia non confusus est, dum Dei filium a Deo patre esse alienum, cum creaturam confitetur, cum * tempore dicit, Dominum verum negat, in sempiternum censeo esse damnandum. Iustus episcopus dixit: Palladium, qui blasphemias Arii damnare noluit, sed etiam magis has confiteri videtur, censeo vlterius sacerdotem dici non posse, nec inter episcopos deputari. Euentius episcopus * Cibinienſis dixit: Palladium, qui impietatem Arii damnare noluit, arbitror a consortio sacerdotali in perpetuum esse remotum. Abundantius episcopus Tridentinus dixit: Cum euidentes blasphemias Palladius defendat, damnatum se ex Concilio Aquileiensi cognoscat. Eusebius episcopus Bononiensis dixit: quia impietates Arii diabolico stylo conscriptas, quas non licebat nec ad aures admittere, Palladius non solum noluit condemnare, sed & earum extitit assertor, negando filium Dei filium verum, Dominum bonum, Dominum sapientem, Dominum sempiternum, hunc a cœtu sacerdotali, & mea sententia & omnium catholicorum iudicio arbitror iure esse damnatum. Sabinus episcopus Placentinus dixit: Quoniam cunctis patefactum est, Palladium, qui Arianæ perfidiæ auctor est, etiam eius impietatem tenere, quiaque contra euangelica & apostolica instituta venit, iusta in eum totius Concilii illata sententia est, & meæ licet paruitatis sententia, sacerdotio denuo priuatus, ex hoc sacrosancto cœtu iure pellatur. Felix & Numidius legati Afrorum, dixerunt: Arianæ hæresis sectæ, in qua Palladius in Aquileiensi Synodo declaratus est, anathema. Sed & eos qui contra verita-

ANNO CHRISTI 381.

tem Nicænæ Synodi repugnantes sunt, condemnamus. Limenius episcopus Vercellensis dixit: Arianam doctrinam sæpe esse damnatam, manifestum est: & ideo Palladius conuentus in hac sacra Synodo Aquileiensi, quia noluit se corrigere vel emendare, sed magis probauit reprehensibilẽ,& se oletauit perfidia,quam publice confessus est tenere; hunc sententia mea & ego profiteor consortio sacerdotali esse priuandum. Maximus episcopus Emonensis dixit: Palladium, qui blasphemias Arii nec damnare voluit, sed magis confessus est, iuste ac merito esse damnatum, & Deus nouit, & fidelium conscientia condemnauit. Exuperantius episcopus Dertonensis dixit: Palladium, qui sectam Arii vel eius doctrinam damnare noluit, sed defendit, vt ceteri consortes mei damnauerunt, etiam & ego condemno. * Basianus episcopus Laudensis dixit: Audiui, sicut & ceteri consortes mei, impietates Arii, quas Palladius non solum non condemnauit, sed confirmauit. Hic anathema sit, & sacerdotio priuabitur. Philaster episcopus Brixianus dixit: Blasphemias & iniquitatem Palladii, qui Arianam doctrinam sequitur & defendit, vna cum omnibus ego condemnaui. Constantius episcopus Scisinensis dixit: Palladium, qui blasphemias & impietates Arii non condemnauit, sicut & ceteri consacerdotes mei, & ego censeo damnandum. Heliodorus episcopus Altinensis dixit: Qui perfidiam Arii omniumque hæreticorum, quorum consors est Palladius, huius insipiens cor, qui veritatem non est confessus, cum ceteris consacerdotibus meis condemno. Felix episcopus * Iadertinus dixit: Palladium, qui blasphemias dicit in filium, sicut Arius, cum omnibus pariter condemno. Theodorus episcopus Octodorum, dixit: Palladium, qui Christum Deum verum, coæternum patri negauit, nec Christianum hunc, nec sacerdotem vllo modo censemus. Domninus episcopus Gratianopolitanus dixit: Palladium in perfidia Arii permanentem, in perpetuum, sicut & fratres dãnauerunt, etiam & ego censeo esse damnandum. Proculus episcopus Massilienſium dixit: Palladium, qui Arii blasphemias sub quadam impia hereditate non condemnando defendit, sicut hunc & plurimorum iam venerabilium sacerdotum sententia blasphemum designauit, atque a sacerdotio alienum duxit, ita mea pariter

* Basilianus

* Iadrẽsis

sententia in perpetuum condemnatum designat. * Diogenus episcopus Genuensis dixit: Palladium, qui Christum Dominum Deum verum, similem & æqualem patri dum non confitetur, imo negauit, damnationem iudico cum ceteris fratribus meis vel consacerdotibus sortiri. Amantius episcopus Nicensis dixit: Palladium, qui sectam Arii non destruxit, secundum consacerdotum meorum iudicium, etiam & ego condemno. Ianuarius episcopus dixit: Sicut omnes consacerdotes mei damnauerunt Palladium, ita & ego pari iudicio eum censeo esse damnandum. Et cum Secundianus subripuisset, Ambrosius episcopus dixit: Audisti, Secundiane, cuiusmodi Palladius impius sententiam, sacerdotali Concilio damnatus, exceperit. Licet displicuerit nobis, quod eius, hoc est, Palladii, non horrueris amentiam, tamen de te aliqua speciliter quæro. Vtrum Dei filium Dominum nostrum Iesum Christum, vel non, verum Deum dicas. Secundianus dixit: Qui negat Dominum verum esse patrem Domini & Dei nostri Iesu Christi, non est Christianus, nec qui negat Dominum filium verum. Ambrosius episcopus dixit: Deum verum Dei filium confiteris? Secundianus dixit: Verum Dei filium, vnigenitum Dei filium verum dico. Ambrosius episcopus dixit: Verum Dominum dicis? Secundianus dixit: Verum vnigenitum filium, quis negat verum filium Dei? Eusebius episcopus dixit: Non sufficit, quod filium Dei vnigenitum confiteris: nam hoc omnes confitentur: sed hoc mouet, quod Arius dixit Dominum solum patrem, solum verum, negauit filium Dei Dominum verum. Simpliciter filium Dei Deum verum confiteris? Secundianus dixit: Qui fuerit Arius, ignoro: quod dixerit, nescio: mecum loqueris viuus ad viuum. Illud dico quod Christus dixit: Vnigenitum filium se asserit patris, filius vnigenitus est Dei filius verus. Ambrosius episcopus dixit: Deus verus est, verus Dei filius Deus. Et addidit: In diuinis scriptum est, *quia qui iurant super terram, iurabunt * Deum verum.* Quod vtique de Christo esse, non dubium est. Nos ergo verum Deum profitemur, & fides nostra hæc est, & professio, quia vnigenitus patris filius, est verus Deus. Dic & tu de Deo vero, deinde filiũ Deum verũ. Secundianus dixit: De Deo vero.

Anno Christi 380.

Isa. 65.

* Vera Deum

ANNO CHRISTI 381. Ambrosius episcopus dixit: Filius Dei Deus verus est? Secundianus dixit: * Ergo mendax. Ambrosius episcopus dixit: In hoc fraudem facis, vt non Deum verum dicas, sed Deum vnigenitum: ac per hoc dic simpliciter, vnigenitus Dei filius, Deus verus. Secundianus dixit: Vnigenitum dixi Dei filium. Eusebius episcopus dixit: Hoc Photinus non negat, hoc Sabellius confitetur. Ambrosius episcopus dixit: Et qui hoc non confitetur, iure damnatur. Ac per hoc sæpe te conuenio, licet cauillando negaueris veritatem. Non quæro, vt tantummodo vnigenitum filium dicas Dei, sed etiam Deum verum. Secundianus dixit: Veritatis me seruum profiteor. Quæ dico, non scribuntur; & quæ dicis, scribuntur. Christum verum Dei filium dico. Quis negat filium Dei verum esse? Ambrosius episcopus dixit: Qui negat vnigenitum Dei filium, anathema sit. Secundianus dixit: Deum verum vnigenitum filium Dei, quid mihi profiteris, quod non est scriptum? Ambrosius episcopus dixit: Apertum sacrilegium est, quando Christum Dei filium Arius Deum verum negauit. Secundianus dixit: Iesum Christum filium Dei Deum, quia Christus dicatur filius verus, filium Dei dico. Ambrosius episcopus dixit: Nondum respuisti. Et adiecit: Ne quid illi videatur subreptum, confirmet sententiam suam. Dicat ergo vnigenitum Christum, Dei filium Deum verum. Secundianus dixit: Iam dixi. Quid mihi extorquere vis amplius? Ambrosius episcopus dixit: Quid dixisti? Certe si dixisses tanta, quod glorioſe dicitur, sæpe repetendum est. Secundianus dixit: Dictum est: *Sit sermo vester, est, est, non, non.* Ambrosius episcopus dixit: Qui dicit ipsum patrem filium, sacrilegus est. Hoc a te quæro, vt dicas, de Deo vero Deum verum Dei filium natum. Secundianus dixit: Ego filium a Deo genitum, dicente ipso, *Genui te*, confitentem se, genitum esse dico. Ambrosius episcopus dixit: A Deo vero Deus verus est. Secundianus dixit: Et cum nomini etiam addis & verum, audis, qualis in te fides sit, & Christianus es? Eusebius episcopus dixit: Qui negauit illum verum Deum? Arius & Palladius negauit. Tu si Deum verum credis, debes simpliciter designare. Ambrosius episcopus dixit: Si non dixeris Deum verum de Deo vero natum esse,

Matth. 5.

Psalm. 109. Hebr. 1.

Christum negasti. Secundianus dixit: Interrogatus de filio, dedi responsum: quemadmodum deberem profiteri, respondi. Habemus vestram expositionem, afferemus, legatur. Ambrosius dixit: Hodie afferre debueras, ceterum subterfugere conaris. Professionem a me * exige, & professionem a te exigo. Deus verus est Dei filius? Secundianus dixit: Vnigenitus est Deus Dei filius. Et ego eum interrogo, vnigenitus est? Ambrosius episcopus dixit: Ratio permoueat nos, & impietas, & insipientia tua. Cum dicis Deum verum vnigenitum, non Deum verum dicis, sed verum vnigenitum: ac per hoc, vt istam * adunas quæstionem, ita responde. Ex Deo vero Deus verus est? Secundianus dixit: Ergo Deus Deum non genuit? Deus verus ille qui est, quod est genuit, vnum verum vnigenitum filium genuit. Ambrosius dixit: Non confiteris Deum verum, sed vis dicere verum vnigenitum. Et ego vnigenitum, sed dico & Deum verum. Secundianus dixit: Ego dico genitum a patre, verum genitum dico omnibus.

EPISTOLA CONCILII AQVILEIENSIS AD EPISCOPOS GALLIÆ.

Concilium, quod conuenit Aquileiæ, dilectissimis fratribus episcopis prouinciæ Viennensium & Narbonensium primæ & secundæ.

AGIMVS gratias sanctæ vnanimitati vestræ, quod in dominis & fratribus nostris Constantio & Proculo, omnium nobis vestram præsentiam contulistis, simul præscripta maiorum sequentes, non mediocre addidistis pondus sententiis nostris, cum quibus etiam vestræ sanctitatis conuenit professio, domini fratres dilectissimi. Itaque vt libenter suscepimus memoratos de vestro nostroque consortio sanctos viros, ita etiam vberi gratiarum actione dimittimus. Quam necessarius autem conuentus hic fuerit, rebus ipsis patescet, quando aduersarii & inimici Dei, Arianæ sectæ hæresis defensores, Palladius ac Secundianus, duo tantum qui ausi sunt ad Concilium

ANNO CHRISTI 381. conuenire, debitam præsentes excepere sententiam, super impietate conuicti. Valete. Incolumes vos & florentissimos Deus noster tueatur omnipotens, domini fratres dilectissimi. Amen.

EPISTOLA EIVSDEM CONCILII AD GRATIANVM ET VALENTINIANVM & Theodosium imperatores.

Imperatoribus clementissimis, & Christianis beatissimisque principibus, Gratiano, & Valentiniano & Theodosio sanctum Concilium, quod conuenit Aquileiæ.

BENEDICTVS Deus pater Domini nostri Iesu Christi, qui vobis Romanum imperium dedit, & benedictus Dominus noster Iesus Christus vnigenitus Dei filius, qui regnum vestrum sua pietate custodit, apud quem gratias agimus vobis, clementissimi principes, quod & fidei vestræ studium probauistis, qui ad remouendas altercationes congregare studuistis sacerdotale Concilium, & episcopis dignatione vestra honorificentiam reseruastis, vt nemo deesset volens, nemo cogeretur inuitus. Itaque iuxta mansuetudinis vestræ statuta conuenimus sine inuidia multitudinis, & cum affectu disceptationis, nec vlli de hæreticis episcopi sunt reperti, nisi Palladius ac Secundianus, homines vetustæ perfidiæ, propter quos congregari Concilium postulabant, de extrema parte orbis Romani. Ecce nullus senectutis annis grauatus, cuius vel sola esset reuerenda canicies, de vltimo sinu maris Oceani venire compulsus est, & Concilio nihil defuit. Nullus debile corpus trahens, ieiuniorum stipendiis oneratum, itineris est coactus iniuria, fortitudinis amissæ damna deflere. Nullus postremo pauperiem, in sacerdotibus gloriosam, subsidio veniendi destitutus ingemuit. Vnde completum in te est, clementissime principum Gratiane, quod scriptura diuina laudauit: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Psalm. 40. Quam graue autem, si propter duos in fide carioso, toto in orbe essent ecclesiæ sacerdotibus destitutæ? Qui etiam si venire propter prolixitatem itineris nequiuerunt, tamen omnes prope ex omnibus prouinciis occidentalibus, missis adfuere legatis, & alterca-

tionibus euidentibus id se tenere, quod nos asserimus, & in tractatu Nicæni congruere Concilii designarunt, * subiecta declarant. * Vbi ergo nunc pro vestro imperio concinunt vota populorum, nec tamen arbitrio vestro asserores fidei defuerunt. Nam licet euidentia essent præcepta maiorum, a quibus impium est & sacrilegum deuiare, tamen disceptandi attulimus facultatem. Ac primum principium ipsum obortæ discussimus quæstionis, atque Arii epistolam putauimus esse recitandam, qui auctor Arianæ hæresis inuenitur. Vnde & nomen hæresis accepit, ea videlicet gratia, vt quoniam Arianos se negare consueuerant, Arii blasphemiam aut incusando damnarent, aut astruendo defenderent, aut certe non recusarent nomen eius, cuius impietatem perfidiamque sequerentur. Sed quia auctorem suum nec damnare poterant, nec probare, cum ipsi ad disceptandum ante triduum prouocassent, locoque & tempore constituto, non expectata conuentione prodissent: subito qui dixerant se, quia Christiani essent, facile probaturos, quod nos libenter accepimus, & optauimus vt probarent, refugere congressum illico, & disceptationem declinare cœperunt. Multus tamen nobis cum his sermo fuit: propositæ diuinæ in medio scripturæ: disceptandi, de primo ortu diei in horam septimam, copia data, delata patientia. Atque vtinam pauca dixissent, vel certe quæ audiuimus, possemus abolere. Nam cum sacrilegis vocibus (cum Arius solum Patrem sempiternum, solum bonum, solum verum Deum, solum immortalitatem habentem, solum sapientem, solum potentem dicendo, expertem eorum filium, impia commotione voluisset intelligi) isti Arium potius sequi, quam sempiternum Deum Dei filium, & verum Deum, & bonum Deum, & sapientem, & potentem, & immortalitatem habentem, voluerunt fateri, multas horas frustra consumpsimus. Crescebat illorum impietas, nec corrigi vllo poterat modo. Denique cum viderent se Arii epistolæ sacrilegiis perurgeri, quam ideo subdidimus, vt etiam vestra clementia perhorresceret; resilientes de media epistola, electionem petierunt, vt eorum propositis responderemus: quamquam non esset ordinis neque rationis, vt proposita interrumperemus; responsumque esse

Arrian. Caussa 36. * Idipse

ANNO CHRISTI 381. esset a nobis, vt damnarent Arii impietates, & de quibus vellent, ordine locoque seruato, eorum intentionibus responderemus; tamen acquieuimus præposteræ voluntati. Ibi tamen euangelii scripta falsantes, proposuerunt nobis, dixisse Dominum: *Qui me misit, maior me est:* cum aliter scriptum doceat series scripturarum. Redarguti de falsitate sunt, vt faterentur, nec tamen ratione correcti. Nam cum diceremus, secundum carnis susceptionem minorem Patre suo Filium dici, secundum diuinitatem autem pro testimoniis scripturarum parem & æqualem probari, nec posse ibi esse discretionis gradus alicuius, aut magnitudinis, vbi esset vnitas potestatis: non solum illi noluerunt emendare errorem, sed etiam vesaniam augere cœperunt, vt & subiectum secundum diuinitatem dicerent, quasi vlla Dei secundum diuinitatem possit esse subiectio. Mortem denique non ad sacramentum nostræ salutis, sed ad infirmitatem quamdam diuinitatis referunt. Horremus, clementissimi principes, tam dira sacrilegia, prauosque doctores; & ne vlterius populos deciperent, quos tenebant, sacerdotio putauimus abdicandos. Neque enim dignum est, vt sacerdotium eius sibi vendicent, quem negauerunt. Vestram fidem, vestram gloriam deprecamur, vt reuerentiam imperii vestri deferatis auctori, censeatisque impietatis assertores & adulteros veritatis, datis apicibus clementiæ vestræ ad iudicia competentia, ab ecclesiæ arcendos esse liminibus, vt in damnatorum locum per nostræ paruitatis legatos, sancti subrogentur sacerdotes. Attalum quoque presbyterum de præuaricatione confessum, & palam sacrilegiis inhærentem, par sententia comprehendat. Nam quid de magistro eius Valente dicemus? qui cum esset proximus, declinauit sacerdotale Concilium, ne euersæ patriæ, perditorumque ciuium causas præstare sacerdotibus cogeretur, qui etiam * torquem (vt asseritur) & * brachialis impietate Gothica profanatus, more indutus gentilium, ausus sit in prospectum exercitus prodire Romani. Quod sine dubio non solum in sacerdote sacrilegium, sed etiam in quocumque Christiano abhorret more Romano; nisi forte sic solent idololatræ sacerdotes prodire Gothorum. Moueat pietatem vestram sacerdotale nomen, quod ille sa-

Ioan. 14.

Hæretici scripturas deprauant.

* *for.* torquatus
* *for.* bracatus

Ariani episcopi interdum torquati incedere solebant.

crilegus infamat, qui etiam ſuorum vocibus, qui tamen ſupereſſe poſſunt, nefandi ſceleris arguitur. Certe domum repetat ſuam, non contaminet florentiſſimas Italiæ ciuitates, qui nunc illicitis ordinationibus conſimiles ſui ſociat ſibi, & ſeminarium quærit ſuæ impietatis atque perfidiæ per quoſque * perditos, *delinqueret*, qui epiſcopus eſſe nec cœpit. Nam primo Petauione ſuperpoſitus fuerat ſancto viro Marco admirabilis memoriæ * ſacerdos: & poſtea quã deformiter deiectus a plebe eſt, qui Petauione eſſe non potuit, is nunc Mediolani poſt euerſionem patriæ (ne dicamus proditionem) * inquietauit. Super omnibus igitur pietas veſtra conſolari dignetur, ne obtemperantes veſtræ tranquillitatis ſtatutis, fruſtra conueniſſe videamur. Non ſolum enim cauendum eſt, ne noſtra, ſed etiam veſtra decreta infamentur. Petimus igitur, vt legatos Concilii ſanctos viros æque clementia veſtra audire dignetur, & cum effectu eorum quæ poſcimus, maturius redire præcipiat, vt mercedem accipiatis a Domino Deo Chriſto, cuius eccleſias ab omni ſacrilegorum labe purgaſtis. Photinianos quoque, quos & ſuperiori lege cenſuiſtis, nullos facere debere conuentus, & eam quæ de Concilio ſacerdotum data eſt congregando, remouiſtis, petimus, vt quoniam in Sirmienſi oppido adhuc conuentus tentare cognouimus, clementia veſtra, interdicta etiam nunc coitione, reuerentiam primum eccleſiæ catholicæ, deinde etiam legibus veſtris deferre iubeatis, vt & vos, Deo præſtante, triumphetis, qui paci eccleſiarum quietique conſulitis.

Auxen Caraz. pb.

* ſic pro-ditor in lang.

NOTÆ.

Aquileſa qualis & vnde dicta.

[a] *Aquileienſe.*] Aquileia vrbs Carnorum metropolis, ab aquis legendis ſic dicta, habet iuxta præterfluentem Timauum. A Plinio in decima Italiæ regione ponitur, fuitque olim colonia Romanorum potens admodum; ſed ab Hunnis Attilæ ductu euerſa & diruta eſt, ita vt vix vlla extent vrbis indicia: nec quidquam inſigne habet, præter veruſtum & ruinoſum templum, cuius canonici ob cæli intemperiem & adiacentes paludes vix trimeſtri ſpatio, ſuo illic officio fungi poſſunt. Vide Plin. lib. 3. cap. 18. Strabonem lib. 5.

Cauſa Concilii.

Palladius & Secundianus ad hæ-

[b] *Concilium.*] Cum Ariani patrocinio Iuſtinæ Auguſtæ Valentiniani ſenioris imperatoris coniugis freti, Ambroſio reluctante, fruſtra Arianum quemdam in ſedem Sirmienſem intrudere conati fuiſſent, Gratianum imperatorem anno Chriſti 380. Sirmium venientem,

ANNO CHRISTI 381. duo Arianæ hæreſeos ſectatores, Palladius & Secundianus epiſcopi apud eum conquerentes, ſe iniuſte de Ariana hæreſi infamari, cõſtanter interpellarunt, vt ad ſui purgationẽ vniuerſale Concilium indici curaret. Quod cum importunis ſolicitationibus extorſiſſent, ſanctus Ambroſius continuo interceſſit, probroſum & indignum eſſe aſſerens, vt propter duos curioſos hæreticos, totius catholici orbis epiſcopi, cum eccleſiarum ſuarum detrimento ac periculo conuocentur. Acquieſcens itaque imperator monitis & conſiliis Ambroſii, Concilium Aquileiæ menſe Septembri anni ſequentis indixit; ad quod finitimi tantum epiſcopi conuenirent, cuique Gallos & Africanos per ſuos legatos intereſſe ſufficeret. Baron. anno 380. num. 19. Statuto igitur tempore aduentante, Gratianus licet inuitus, de cogenda Synodo Aquileiæ, Syagrio & Eucherio conſulibus, anno nimirum Chriſti 381. ad comprouinciales Italiæ epiſcopos literas dedit; cum reliquis autem externarum prouinciarum epiſcopis ea vſus eſt modeſtia, vt neminem cogeret, ſed cuiuſque arbitrio relinqueret aduentum: præcepit autem vt venientes publicis expenſis deducerentur. Orientalibus quoque a præfectis Italiæ literis ſignificatum eſt, vt ſi vellent, conueniendi liberam poteſtatem haberent: ſed cum illi hoc anno Conſtantinopoli conueniſſent, id ad prædictas hæreſes refutandas ſatis eſſe viſum fuit; cum non niſi in œcumenicis Conciliis vna ſimul orientales & occidentales conuenire, eccleſiaſticæ conſuetudinis eſſet. Baron. anno 381. num. 81.

reſim obtegendam Concilium indici petunt.

[c] *Tempore Damaſi papæ.*] anno nimirum pontificatus illius decimo quinto, qui eſt Chriſti 381. Gratiani imperatoris 15. Valentiniani ſextus, & Theodoſii tertius. Supra in principio actorum dicitur, *Syagrio & Eucherio viris clariſsimis conſulibus, nonis Septembris,* initium huius Concilii factum, vnaque ſeſſione a prima hora vſque ad ſeptimam durante, abſolutum eſſe. Cum ergo cum horum conſulatu prædicta tempora coincidant, non poteſt non eſſe verum, quod de tempore huius Concilii ſupra dixi.

Tempus Concilii.

[d] *A triginta duobus epiſcopis.*] Omnes enumerantur infra in principio actorum: omnes, quotquot interfuerunt, viri ſancti & eruditi, famaque celebres, anniuerſaria commemoratione votis fidelium rediuiui, ſempiterna memoria in eccleſia vigent; adeo vt vix alia Synodus exigua huic ſimilis inueniatur.

Numerus epiſcoporũ.

[e] *Valerianus.*] Hic Aquileienſem eccleſiam, a Fortunatiano prædeceſſore ſuo labefactatam, ab omni macula ac labe citiſſime purgauit, eamque noua propagine eruditorum ac optimorum clericorum toti orbi conſpicuam reddidit: ita vt Hieronymus in orientem profecturus, ad fruendum eorum conſortio, aliquanto tempore ibi conſederit, meritoque de iis in chronico dixerit: *Aquileienſes clerici quaſi chorus beatorum habentur, per quos omne Ariani quondam dogmatis virus excluſum eſt.* Sed quod illi, qui ibi erant clerici, eſſent etiam ſimul monachi, ex iiſdem tres potiſſimum in chronico laudauit hoc præconio: *Florentius, Bonoſus & Rufinus inſignes monachi habentur, ex quibus Florentius tam miſericors in egenos fuit, vt vul-*

Valerianus templa labefactata reſtaurat.

Florẽtii miſericordia. Bonoſus & Rufinus.

go pater pauperum nominatus esset. Plura de Valeriano vide apud Baron. in notis martyrol. die 26. Nouembr. quo tempore eiusdem anniuersaria memoria in ecclesia recolitur. Anno Christi

[f] *Ambrosius.*] Qui, quando & quomodo factus fuerit episcopus, quidve præclare gesserit, ex iis quæ supra dicta sunt, & infra dicentur, constat.

Eusebius. [g] *Eusebius.*] Hic sanctitate clarus, eulogio sancti Ambrosii lib. 1. de virg. commendatus, post obitum inter sanctos relatus, sacris diptychis adscriptus continetur.

Limenius. [h] *Limenius.*] Hic post longa dissidia, admonente Ambrosio epistola 82. ad Vercell. scripta, creatus est successor Eusebii Vercellensis, de quo supra in Liberio.

Armenius. [i] *Armenius.*] Rectius Aneminius, qui Iustina imperatrice, & Arianis aduersantibus, factus est Sirmiensis episcopus anno Christi 380. Iustina cum accepisset Sirmiensem ecclesiam, quæ est in Illyrico, pastore destitutam esse, illuc properauit, quo Arianum illi episcopum præfici procuraret. Ambrosius vt catholicum catholicæ ecclesiæ suæ diœceseos præficeret, illuc etiam properauit. Quænam autem tum illi contigerint, Paulinus in vita sancti Ambrosii ita describit: *Cum Ambrosius Sirmium ad creandum episcopum Aneminium perrexisset, ibique Iustinæ tum temporis reginæ potentia, & multitudine coadunata, de ecclesia pelleretur, vt non ab ipso, sed ab hæreticis Arianis episcopis in eadem ecclesia ordinaretur; essetque constitutus in tribunali, nihil curans eorum quæ a muliere excitabantur: vna de virginibus Arianorum impudentior ceteris tribunal conscendens, apprehenso vestimento sacerdotis, cum illum attrahere vellet ad partem mulierum, vt ab ipsis cæsus de ecclesia pelleretur: audiuit (vt ipse solitus erat referre) Etsi ego indignus tanto sacerdotio sum, tamen te non conuenit, vel professionem tuam, in qualemcumque sacerdotem manus iniicere: vnde debes vereri Dei iudicium, ne tibi aliquid eueniat. Quod dictum exitus confirmauit: nam alio die mortuam ad sepulcrum vsque deduxit, gratiam pro contumelia rependens. Sed hoc factum non leuem aduersariis incussit metum, pacemque magnam ecclesiæ catholicæ in ordinando episcopo tribuit.*

Sabinus. [k] *Sabinus.*] Vir singulari doctrina & miraculis celeberrimus. Tantæ doctrinæ erat, vt magnus noster Ambrosius sua scripta ei dignoscenda & emendanda crediderit. Testis est 40. epistola Ambrosii ad eum hac de re scripta. Quam insignis miraculorum operatione extiterit, sanctus Gregorius, qui lib. 3. dialog. cap. 10. ea describit, amplam sane fidem facit. Vide Baron. in notis martyrol. die 11. Decembris, qui eidem in ecclesia sacer est.

Philaster. [l] *Philaster.*] Scriptorum memoria clarus, & certaminibus aduersus Arianos habitis insignis. Hic est ille, quem post Hilarium ab imperatore Valentiniano Mediolanensi vrbe expulsum, catholicum populum fidelem in officio continuisse, fidem contra Auxentium defendisse, atque ideo verbera Arianorum expertum fuisse, supra diximus. Hunc apud sanctum Ambrosium Mediolani se nouisse

ANNO CHRISTI 381. gloriatur Auguſt. de hæreſi, ad Quodvultdeum. Inter claros ſcriptores & viros ſanctos annumeratus habetur die 18. Iulii in martyrologio.

[m] *Conſtantius.*] Hic cum Proculo Maſſilienſi epiſcopo ex prouincia Narbonenſi legatus adfuit, vir huius ſæculi inſignis. Proculus a S. Hieron. epiſt. 4. ad Ruſticum Narbonenſem mirifice commendatur his verbis: *Habes iſtic ſanctum & doctiſsimum pontificem Proculum, qui viua & præſenti voce noſtras ſchedulas ſuperet, quotidianiſque tractatibus iter tuum dirigat.* Eiuſdem etiam eſt mentio in Concilio Taurinenſi. Iuſtus qui infra Gallorum legatus nominatur, fuit epiſcopus Lugdunenſis, ſanctitate clarus, qui iugi memoria in martyrologio perſeuerat, die 2. Septemb. Res ab eo geſtæ leguntur apud Surium præd. die, & Adonem in chron. Cõſtantius. Proculus. Iuſtus.

[n] *Heliodorus.*] Græcarum literarum facultate plurimum imbutus. Hieronymi epiſtolis quibuſdam valde commendatus eſt. Acceſſit ad ipſius coronam Nepotiani nepotis egregia morum inſtitutio. Hic in bona ſenectute diem claudens extremum, adhuc anniuerſaria commemoratione in eccleſia viuit: ſicut & collegæ eiuſdem Euentius & Baſſianus Laudenſis inter ſanctos relati. De quibus vide martyrolog. 3. Iul. 8. Februar. & 19. Ianuarii. Heliodorus.

[o] *Geſta Concilii.*] Acta Concilii mutila extant. Summa eorumdem ex ſynodal. literis cognoſci poteſt. Quod initio actorum ait S. Ambroſ. *Diu citra acta tractauimus*, intelligendum eſt de illo congreſſu, quem habuit priuatim cum vtroque ante ſynodalem ſeſſionem, eo fine, vt errantes ad meliorem frugem reduceret. Verum ſpe fruſtratus, initium ſynodalis ſeſſionis fieri iuſſit ea forma quæ hic deſcribitur. Acta Synodi vnde petenda.

[a] CONCILIVM
[b] CÆSARAVGVSTANVM
[c] DVODECIM EPISCOPORVM,
[d] SVB DAMASO,
[e] contra Priſcillianiſtas celebratum, æra 418.

TITVLI CANONVM.

I. *Feminæ fideles a virorum alienorum cœtibus ſeparentur.*

II. *Vt diebus Dominicis nullus ieiunet, nec diebus quadrageſimæ ab eccleſia ſe abſentet.*

III. *Vt qui euchariſtiam in eccleſia * accipiunt, & ibi eam non * ſumunt, * anathema ſint.*

IV. *Vt tribus hebdomadis, quæ ſunt ante Epiphaniam, ab eccleſia nemo recedat.*

V. *Vt qui a ſuis epiſcopis * priuantur, ab aliis non recipiantur.*

VI. *Vt clericus, qui propter * licentiam monachus vult eſſe, excommunicetur.*

* accipit, * conſumit * anathematizetur

* communione priuantur.

* luxum

VII. *Vt doctoris sibi nomen non imponat, cui concessum non est.*
VIII. *Vt ante quadraginta annos sanctimoniales virgines non velentur.*

EXEMPLVM SENTENTIARVM EPISCOPORVM CONCILII CÆSARAVGVSTANI.

Ex editione Garsiæ Loaisæ, lectione vulgata in margine annotata.

QVARTO Nonas Octobris Cæsarauguſtæ in secretario residentibus episcopis, * Fitadio, Delphino, * Eutychio, Ampelio, Augentio, Lucio, * Ithacio, Splendonio, Valerio, Sympoſio, * Cartherio, & Idatio, ab vniuersis dictum est: Recitentur sententiæ. Lucius episcopus legit.

I.

[f] Vt mulieres omnes ecclesiæ catholicæ, & fideles a virorum alienorum lectione & cœtibus separentur; * vel ad ipsas legentes aliæ, studio vel docendi vel discendi, conueniant. Quoniam hoc Apostolus iubet. Ab vniuersis episcopis dictum est, anathema futuros, qui hanc Concilii sententiam non obseruauerint.

II.

Item legit. [g] Ne quis ieiunet die Dominica, [h] causa * temporis, aut persuasionis, aut superstitionis: vt * de quadrageſimarum diebus, ab ecclesiis non desint, nec habitent latibula cubiculorum, ac montium, qui in his suspicionibus perseuerant, sed exemplum & præceptum custodiant sacerdotum, & ad alienas villas agendorum conuentuum causa non conueniant. Ab vniuersis episcopis dictum est: Anathema sit, qui hoc commiserit.

III.

[i] Item legit: Eucharistiæ gratiam si quis pro-

ANNO CHRISTI 381. batur acceptam in ecclesia non * sumpsisse, anathema sit in perpetuum. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet.

* consúpsisse.

IV.

k Item legit: * Viginti & vno die, quo a 16. Kalendas Ianuarii vsque in diem Epiphaniæ, quæ est 8. Idus Ianuarii, continuis diebus, nulli liceat de ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec secedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad ecclesiam. Quod qui non obseruauerit, * his decretis anathema sit in perpetuum. Ab vniuersis episcopis dictum est: Anathema sit.

* vicesimo & primo

* de suspectis al. susceptis

V.

l Item lectum est, vt hi qui per disciplinam, aut sententiam episcopi ab ecclesia fuerint separati, ab aliis episcopis non sint recipiendi. Quod si * scientes episcopi fecerint, dictum est: Qui hoc commiserit, non habeat communionem.

Decretum Iuon. par. 14. cap. 29.

* Quod si scientes episcopi fecerint, non habeant cõmunionẽ: Ab vniuersis episcopis dictum est: Qui hoc commiserit, episcoporũ non habeat communionem.

VI.

Item legit: m Si quis * de clericis propter luxum, * vanitatemque præsumptam, de * officio spõte discesserit, ac velut obseruatorem legis monachum videri * voluerit esse magis quam clericum, ita de ecclesia repellendum, vt nisi rogando atque * obsecrando plurimis temporibus satisfecerit, non recipiatur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Ita fiat.

* clericus
* vanitatisque præsumptum,
* officio suo
* se maluerit esse quam clericum,
* obsecrando

VII.

Item lectum est: n Ne quis doctoris sibi nomen imponat, præter has personas, quibus concessum est; secundum quod scriptum est. Ab vniuersis epi-

scopis dictum est : Placet.

VIII.

Item lectum est, non velandas esse virgines, quæ se Deo vouerint, ° nisi quadraginta annorum probata ætate, quam sacerdos comprobauerit. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet.

DE SVBSCRIPTIONIBVS.

Subscribunt in hoc Concilio duodecim episcopi, quorum nomina hoc ordine in exordio Concilii manuscripti ponuntur.

I. Fitadius.
II. Delphinus.
III. Eutychianus: *fuit Bastitanus.*
IV. Ampelius.
V. Augentius.
VI. Lucius.
VII. Ithacius: *fuit episcopus Sosubensis, apud Sulpitium, forte Osonobensis.*
VIII. Splendonius.
IX. Valerius Cæsaraugustanus.
X. Symposius.
XI. Catherius.
XII. Idacius.

NOTÆ.

Hoc an alio Concilio Cæsaraugustano Priscillianistæ damnati.

[a] *Concilium.*] *Hoc Concilium*, inquit Garsias, *fuit aliud ab eo, in quo primo damnata est hæresis Priscilliani.* Quod prolixe describitur a Sulpitio lib. 2. hist. prope finem. Causam sententiæ suæ nullam affert. Opinor eum ita sensisse, tum quod suo iudicio idem Valerius huic & Eliberitano Concilio subscripserit; tum etiam quod hoc æra 418. id est, anno Domini 380. illud vero Sulpitii longo tempore post hoc celebratum fuerit. Non contradicerem viri doctissimi sententiæ ac iudicio, nisi decreta huius Synodi eam hæresim condemnarent, quam Sulpitius, auctore Priscilliano, in Hispania propagatam ac condemnatam esse describit. De tempore parum discrepamus, nos certis de causis, quas infra referemus, anno 381. hanc Synodum habitam fuisse sentimus. Garsias vix vno anno a nobis discrepat. Quod

An idem Valerius huic & Elibertino Concilio interfuerit.

ait, eumdem Valerium huic & Eliberitano Concilio interfuisse, non est probabile; cum sic fere centum annis eum Cæsaraugustæ episcopum fuisse oporteret, vt constabit, si quæ in notis Conc. Elibertini supra diximus, cum hisce conferas. Itaque auctoritatem Baronii secutus, hunc eumdem Conuentum esse puto, quem Seuerus describit, vt ex notis Canonis 1. 2. 3. 5. & infra patebit.

Cæsaraugusta qualis vrbs.

[b] *Cæsaraugustanum.*] Cæsaraugusta in Tarraconensi prouincia vrbs mediterranea in primis nobilis, Arragonum ciuitas metropolis, soli vbertate inter Hispaniæ vrbes commendata. De Cæsaraugusta (inquit Garsias Loaisa in notis huius Concilii) Tarraconensis prouinciæ vrbe

ANNO CHRISTI 381. vrbe nobiliſſima, lege Ptolemæum lib. 2. cap. 6. geograph. Melam lib. 2. cap. 6. Plinium lib. 3. cap. 3. Strabonem lib. 3. & Antonini itinerarium. De ea ſic Prudentius in Periſteph.

Tu decem ſanctos reuehes & octo
Cæſarauguſta ſtudioſa Chriſti,
Verticem flauis oleis reuincta
Pacis honore.

Et infra vocatur *procerum creatrix purpureorum.*

[c] *Duodecim epiſcoporum.*] Horum nomina infra recenſita, ex collatione alterius editionis, quæ eſt apud Garſiam, enormiter deprauata eſſe dignoſcuntur. Delphinum Burdegalenſem epiſcopum fuiſſe refert Sulpitius. Duorum Ithaciorum, prior Sulpitio nominabatur Ithacius epiſcopus Soſſubenſis; poſterior Idacius: quo ſucceſſu reſcriptis ab imperatore extortis, Priſcillianiſtas vrbibus omnibus expulerint, enarrat Sulpitius. Duos Valerios Cæſarauguſtanos cum Garſia agnoſcimus: quorum primum Eliberitano, ſecundum Cæſarauguſtano Concilio interfuiſſe ſuſtinemus. Oſio prior Valerius, non poſterior, coætaneus fuit. Vtrumque Valerium martyrio occubuiſſe, Prudentius in Periſteph. hymmo 4. his verſibus inſinuare videtur. Numerus epiſcoporū. Duorum Valeriorum Cæſarauguſtanorum laus.

Inde, Vincenti, tua palma nata eſt,
Clerus hinc tantum peperit triumphum;
Hinc ſacerdotum domus inſulata
Valeriorum.

De ordine & tempore ſacerdotum Cæſarauguſtanæ eccleſiæ, extat epiſtola Antonii Auguſtini archiepiſcopi Tarraconenſis, viri doctiſſimi, ad Hieronymum Plancam Arragonenſium rerum accuratum ſcriptorem. Hæc Garſias verbo *Valerio.*

[d] *Sub Damaſo.*] Hoc aperte ſcribit Seuerus his verbis. *Attum* (intellige cum per ſynodalem ſententiam condemnati eſſent) *Inſtantius, Saluianus & Priſcillianus Romam profecti, vt apud Damaſum vrbis ea tempeſtate epiſcopum obiecta purgarent.* Et infra. *Hi vbi Romam peruenere, Damaſo ſe purgare cupientes, ne in conſpectum quidem eius admiſsi ſunt. Regreſsi Mediolanum, æque ſibi Ambroſium aduerſantem repererunt.* Cur ad annum Damaſi 15. qui eſt Chriſti 381. Gratiani imper. 15. hanc Synodum referamus, vna cauſa eſt; quod eo tempore, quo habebatur Concilium Aquileienſe, Hiſpania ob Priſcillianum hæreſiarcham maxima tempeſtate iactata, ne quidem per legatos Aquileienſi Concilio, inſtar Gallicarum & Africanarum prouinciarum, intereſſe potuerit. Altera eſt, quod per Epiphanium Gnoſtici ad octoginta epiſcopos denuntiati poſt 373. annum Chriſti ex Ægypto expulſi, circa hæc tempora, teſte Seuero, in Hiſpaniam venerint, ibique per Marcum quemdam, Priſcillianum ſuo veneno infecerint. Grauiſſime igitur aberrauit hactenus collector Conciliorum, qui hanc Synodum ad tempora Hormiſdæ pontificis ante retulerat. Tempus Concilii. Cauſa 1. Cauſa 2. Collector Conciliorū errauit.

[e] *Contra Priſcillianiſtas.*] Priſcillianiſtæ fuerunt hæretici a Priſcilliano denominati, quem teſte Sulpitio lib. 2. familia nobilem, opibus Priſcillianiſtæ qui.

prædiuitem, ingenio acrem, multa lectione eruditum, Gnostici Ægypto expulsi, per Marcum quemdam Gnosticum, & feminam Agapen suo veneno infecerunt: eoque infecto, fere totam Hispaniam peruertissent, nisi indicta Synodo ipsi cum suis peruersis dogmatibus condemnati, fideliumque communione interdicti fuissent. Hæreses easdem cum Gnosticis ac Manichæis docebant, quas prolixe S. August. de hæresibus c. 70. Leo epist. 93. Hieron. aduersus Pelag. ad Ctesiph. describit. Quam ob causam Maximus eum vna cum sectatoribus pœna capitis damnauerit, quem Gratianus contra synodalem sententiam ecclesiæ restituerat, refert Sulpit. præd. loco. Anno Christi 380.

Can. 1. Priscillianus sub specie pietatis mulieres seduxit. Causa Canonis huius quæ.

[f] *Vt mulieres omnes.*] Ex Seuero & Hieronymo constat, a Priscilliano atque collegis deceptas esse feminas nobiles plurimas, & sub specie pietatis & disciplinæ esse seductas. Ad quæ pericula auertenda, patres hunc Canonem statuerunt. Quem, inquit Garsias, intelliges ex epistola Pauli 1. ad Cor. c. 14. vbi ordinem docendi ac legendi in ecclesia constituit. Excusi codices habent: *Nec ad ipsas legentes alii studio vel docendi vel discendi conueniant, quoniam & hoc Apostolus iubet.* in Gothico est: *vel ipsas legentes aliæ:* nimirum feminæ. Verba autem Apostoli hæc sunt: *mulieres in ecclesiis taceant: non enim permittitur iis loqui, sed subditas esse; sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent.* Et 1. ad Timot. cap. 2. *Mulier in silentio discat, cum omni bona conscientia. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio.* In hæresi Priscilliani, vt Sulpitius est auctor, mulier Agape, mollis & impudica, magistræ nomen sibi vsurpauit, partesque illius erroris mirifice gessit: vnde forte aliæ infectæ, simili docendi studio tenebantur. Quem errorem radicitus extirpandum Concilium curauit.

Mulieribus in templo silentium præcipitur.

Can. 2. Priscillianistarum ieiunia cur vetita sint.

[g] *Ne quis ieiunet.*] Priscillianistæ Manichæos & Gnosticos sectati, die dominico in odium Dei creatoris ieiunabant, & abominanda peragentes, clandestinos conuentus agebant, vt testatur S. Leo epistola 93. Patres his occurrentes, hunc Canonem secundum ediderunt.

Variæ lectiones.

[h] *Causa temporis.*] Gratianus de consecrat. dist. 3. c. Ne quis habet, legit: *Causa timoris.* eius glossator: *causa timoris, alias terroris.* Quam lectionem Gregorianus codex retinuit. Verum lectio hæc, *Causa temporis*, non est omnino reiicienda: quia die dominica ieiunare ecclesiasticis sanctionibus prohibitum fuit, vt constat ex Can. 18. Conc. Gangr. supra. Et ex decretis Melchiadis papæ, vt est in pontificali Damasi. Apud Burchardum libro 19. imponitur pœnitentia ei, qui die dominica ieiunat propter abstinentiam aut religionem. Hæc Garsias.

Can. 3.

[i] *Item legit: eucharistiæ.*] Priscillianistæ vt laterent, conuenientes ad ecclesiam, sic accipiebant eucharistiam, vt eam non comederent. Hanc igitur ob causam contra eos hic Canon promulgatus fuit.

Can. 4.

[k] *Item legit: viginti*, &c.] S. Leo prædicta epist. 93. tradit, eosdem Priscillianistas tempore natalis Domini consueuisse ieiunare; ideo quod non crederent Christum vere humanam carnem assumpsisse:

ANNO CHRISTI 381. hac igitur occasione patres Concilii hunc Canonem edidisse, non est dubitandum.

[l] *Item lectum est, vt hi qui per.*] auctoritate Seueri constat, in hac Synodo constitutum fuisse, vt Priscillianistas hæreticos synodali iudicio condemnatos, nemo sub periculo anathematis in communionem susciperet. Idem hoc Canone statutum fuisse constat. Dubium igitur nullum est, hunc Conuentum eumdem fuisse, quem Seuerus describit. Can. 5.

[m] *Si quis de clericis propter luxum.*] Contra eam sanctitatem, quam Priscillianus eiusve sectatores, teste Sulpitio, in habitu affectabant, hic Canon constitutus fuit. Can. 6.

[n] *Ne quis doctoris.*] Hunc Canonem contra feminas Priscillianistarum doctrinæ sectatrices, munus docendi sibi vsurpantes, decretum fuisse, nemo dubitare potest. Priscillianus enim, teste Sulpitio, laicus erat, adeoque ad docendi munus nequaquam admittendus. Hunc cum illi ad confirmandas vires suas episcopum in Abilensi oppido constituissent, optimo iure tales doctores hic reiiciuntur. Can. 7.

[o] *Nisi quadraginta annorum.*] Concilium Carthaginense III. Can. 4. Item placuit, vt ante annos 25. ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur. Et in 4. c. 11. de eorum ordinatione & vestitu. Et in decretis Zosimi papæ c. 26. Virgines velari possunt ab episcopo infra annos 25. si necessitas vrget. Et quod ei non obsit Concilium, quod est de isto annorum numero constitutum: Tridentino Concilio ætas emittendi professionem est immutata sess. 25. Hæc Garsias in notis. Can. 8.

ANNO CHRISTI 382.

CONCILIVM ROMANVM IV.

SVB DAMASO.

NOTÆ.

[a] *Concilium.*] Cum Damasus de rebus in Synodo Constantinopolitana gestis nuntium accepisset, & inter alia in contumeliam Paulini, Flauianum Meletio successorem designatum esse intellexisset, Concilium generale Romæ celebrandum indixit; idque fauore & patrocinio Gratiani & Theodosii imperatorum congregari & conuocari impetrauit. Præter Paulinum, Epiphanium & Acholium Thessalonicensem, ex oriente nemo adfuit: omnes quidem literis Damasi, quas ad illos transmisit imperator, vocati fuerunt; sed astuto consilio Constantinopoli indicta Synodo conuenientes, ne suas ecclesias pastoribus destitutas hæretici præ foribus eorum excubantes incursarent, missis isthinc Romam legatis hanc ob rem excusari petiuerunt; literasque synodicas earum rerum, quæ præcedente Constantinopolitano Concilio gestæ fuissent, ad Conc. Romanum transmiserunt. His literis synodalibus, quæ supra extant pag. 366. acceptis, legatisque eorum auditis, quid Romæ factum fuerit, non constat. Acta enim perierunt. Confessio fidei ad Paulinum scripta, non, quod existimat Theodoretus, ex hac, sed in Romana Causa Concilii. Confessio fidei ad Paulinum scripta, an

ex hoc Cōcilio data fuerit.

Synodo III. scripta fuit. Ipse enim Paulinus huic interfuit. Hac Synodo enim Paulino sedem Antiochenam adiudicatam esse, ex Euagrii post obitum Pauli subrogatione colligere licet: ne totus oriens ab vnitate ecclesiæ se præscinderet, ab excommunicatione Flauiani cessatum est, & schisma Antiochenæ ecclesiæ ad tempus certum toleratum fuit. Damasus subodoratus affectatam ab orientalibus Constantinopolitanæ ecclesiæ patriarchalem sedem ac dignitatem, etsi nihil hac de re in sua ad Concilium synodica meminerit, Canonem in collectione Cresconiana & Vaticano aliisve antiquis codicibus, post anathematismos supra descriptos extantem, edidisse videtur hunc. Anno Christi 382.

Post has omnes propheticas & euangelicas & apostolicas, quas superius deprompsimus, scripturas, quibus ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est; etiam intimandum putauimus, quod quamuis per orbem catholicæ diffusæ ecclesiæ quasi vnus thalamus Christi sit; sancta tamen Romana ecclesia nonnullis synodicis constitutis ceteris ecclesiis prælata est: sed & euangelica voce Domini saluatoris nostri primatum obtinuit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; & portæ inferi non præualebunt eam: & tibi dabo claues regni cælorum: & quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælo.* Addita est etiam societas beatissimi Pauli apostoli, vasis electionis, qui non diuerso (sicut hæretici garriunt) sed vno tempore, vno eodemque die, gloriosa morte cum Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonisans, coronatus est; & pariter supradictam Romanam ecclesiam Christo Domino consecrarunt, aliisque omnibus in vniuerso mundo sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo prima Petri apostoli sedes Romana ecclesia, non habens maculam, neque rugam, neque aliud huiusmodi. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco eius discipulo atque euangelista consecrata est: ipseque in Ægyptum directus a Petro apostolo, verbum veritatis prædicauit, & glorioſum consummauit martyrium. Tertia autem sedes est apud Antiochiam beatissimi apostoli Petri, quæ habetur honorabilis, eo quod illam primitus quam Romam veniſſet, habitauerit, & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exorditum est.

Matth. 16.

ANNO CHRISTI 382.

In actis Damasi papæ, quæ in ecclesia recitari solebant, habentur decreta Romani Concilii hæc. Decreta Romani Concilii IV. sub Damaso.

Vt decimæ atque primitiæ a fidelibus dentur: qui detrectant, anathemate feriantur. Qui fenori vacant, eadem sententia plectendos esse. Qui in ecclesia vanis sermonibus operam dant, ab ea eiici præcipiuntur. Omnes maleficos, sacrilegos, augures, aliisve superstitionibus vacantes, excommunicandos esse. Feminas illas, quæ a dæmone illusæ putant se noctu super animalia ferri, atque cum Herodiade circumuagari, eadem sententia plectendas esse.

Ex præscripto Nicæni Canonis, vt ibi ponitur, ne diebus festis ante tertiam horam missæ canerentur; aliis vero diebus a media quarta vsque ad nonam facere liceret: additumque decretum, quo iubetur in fine cuiusque psalmi apponi: Gloria patri & filio & Spiritui sancto. Vide Baron. anno 382. num. 1. 2. 3. 17. 18. 19. & 20.

[a] CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM II. SVB DAMASO.

NOTÆ.

[a] *Concilium.*] Orientales a pontifice & imperatore ad Concilium generale Romæ indictum per literas vocati, Constantinopoli conuenerunt, ibique Concilium hoc coegerunt, semel atque iterum post alios orientales etiam Gregorio Nazianzeno citato; idque eo fine, vt iustis quibusdam prætextibus, de quibus supra dixi, declinarent Romanam Synodum, in qua de Flauiani electione aduersus Paulinum perperam facta, rationem reddere debuissent; deque Canonibus a se sancitis, num recte constituti essent, iudicandi fuissent. Statim cum conuenissent, ad Concilium Romæ congregatum legatos miserunt, qui iusta de causa orientales absentes excusarent: addiderunt iisdem, vt anno superiore in Concilio Constantinopolitano vniuersali gesta intelligerent, epistolam synodicam, quæ supra extat in Concil. Constant. I. pag. 366. Qua occasione hoc Concilium habitũ sit.

Anno Christi 383.

[a]SYNODVS SYDÆ HABITA ADVERSVS MASSALIANOS SVB DAMASO.

NOTA.

[a] *Synodus.*] His temporibus aduersus Massalianos Sydæ congregatam esse Synodum, Photius in bibliotheca ait his verbis: *Legimus Synodum Sydæ factam aduersus hæresim Massalianorum, id est, Euchaitarum vel Adelphiorum. Præfuit Synodo Amphilochius episcopus Iconii, cum episcopis viginti quinque. Ex Synodo ibi est synodica ad Flauianum Antiochenum episcopum, qui ea de causa etiam aliam Synodum habuit. In eo Concilio Sydæ habito, Adelphius licet pœnitentiam polliceretur, non est admissus, quamuis hæresim detestari videretur: quoniam non ex corde pœnitentia & renuntiatio facta esset.* Vide Baron. anno 383. num. 39.

Synodo quis præfuerit.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA SIRICII PAPÆ.

Ex libro pontificali.

Sediſſe an. 15. ex ratione temporũ colligunt alii.

Anno Christi 384.

SIRICIVS [a] natione Romanus, ex patre Tiburtio, [b] sedit annos quindecim, menses vndecim, dies viginti quinque. Hic constitutum fecit de omni ecclesia, & contra omnes hæreses, & dispersit per vniuersum mundum, ac per omnes prouincias, vt in omni archiuo ecclesiæ conseruaretur, ob oppugnationem contra omnes hæreses. [c] Hic constituit vt nullus presbyter missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum episcopi loci designati susciperet declaratum, quod nominatur fermentum. [d] Hic inuenit Manichæos, quos in exilio deportauit. Et hoc constituit, vt non participarent cum fidelibus communionem, quia ore polluto non liceret sanctum corpus Dominicum vexare. Hic quoque constituit, vt si quis conuersus de Manichæis rediret ad ecclesiam, nullatenus communicaret, nisi tantum relegationi monasterii diebus vitæ teneretur obnoxius, vtieiuniis & orationibus maceratus, probatus sub omni examinatione vsque ad vltimum diem transitus sui, humani-

tate eccleſiæ viaticum * eis largiretur. Hic cõſtituit, hæreticos ſub manus impoſitione recipi & reconciliari præſente cuncta eccleſia. Hic fecit ordinationes quinque in vrbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros triginta vnum, diaconos ſexdecim, epiſcopos per diuerſa loca numero triginta duo. Qui etiam ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ via Salaria, octauo Kalendas Martii. Et ceſſauit epiſcopatus dies viginti.

NOTÆ.

[a] *Siricius.*] Poſt interregnum viginti dierum & vnius, anno Chriſti 385. pridie Idus Ianuarii, Siricius non ſine tumultu Vrſicini ſchiſmatici, in locum Damaſi ſuffectus fuit. Præſedit eccleſiæ ſub Valentiniano ſecundo, Theodoſio ſeniore, Arcadio & Honorio imperatoribus. Circa initium pontificatus Siricii, Auguſta illa Iezabel Iuſtina Ambroſium perſequitur. Antiocheni ſtatuas Theodoſii deiiciunt; pœnam idcirco incarcerationibus & priuilegiorum ſpoliationibus inflictam, Chryſoſtomus & Flauianus deprecantur.

Initium põtificatus Siricii quãdo & quomodo cœperit.

Antiocheni ſtatuas Theodoſii deiiciunt.

Sancta Monica Auguſtini mater religioſiſſima ad beatam vitam euocatur, vnius tantum ſolicita, vt pro ſe ſalutare ſacrificium offeratur. *Tantum*, inquit, *illud vos rogo, vt ad altare Domini memineritis mei vbi fueritis.* Diſſenſiones inter Epiphanium Conſtantiæ Cypri, & Ioannem Hieroſolymorum epiſcopum, occaſione hæreſum Origenis, quas ille cum Rufino aliiſque compluribus defendendas infeliciter ſuſceperat, exortæ ſunt. Quæ hæreſes huius temporibus prodierint, quæve Concilia habita fuerint, ex notis Conciliorum & epiſtolarum conſtabit.

S. Monica in obitu, pro ſe ſacrificium offerri petit, vt ſcribit S. Auguſt. in lib. 9. confeſſ. cap. 11. 12. 13.

[b] *Sedit annos quindecim.*] Annis tredecim, menſe vno, diebus quatuordecim. Nam octauo Kalend. Martii anno 398. ex hac vita migrauit. Hucuſque ſi ab initio ſedis tempora pontificatus Siricii computentur, aſſignatus numerus annorum, menſium & dierum, inuenietur. Quod periclitanti eccleſiæ occaſione Origeniſtarum, quos Marcella Romæ detexerat, vt infra in notis Concilii Alexandrini ſub Anaſtaſio celebrati dicemus, non ſatis velociter occurrit, citiſſime ex hac vita ſublatus eſt.

Siricius quã diu claues eccleſiæ tenuerit.

[c] *Hic conſtituit vt nullus presbyter miſſas celebret per hebdomadam, niſi conſecratum epiſcopi loci ſuſceperit fermentum.*] Quid ſit fermentum, quis illius vſus, diximus ſupra in notis ad vitam Melch. verbo *Hic fecit.* Item Canone 14. 32. & 49. Concil. Laod. Quibus ea quæ hic ſubſcribuntur, mirifice declarantur.

[d] *Hic inuenit Manichæos, quos deportauerat.*] Hæc aduerſus Manichæos pontifex conſtituit, ideo quod a catholicis difficulter diſcerni poſſent. Secreta enim dumtaxat conuenticula habuerunt, ſeque periuriis & mendaciis interpoſitis, catholicos eſſe affirmarunt. De mendaciis, hæreſi ac periurio conuicti, pœnitentiam ſimulate

Manichæorum ſimulatio.

agentes, suamque hæresim exteriore actu detestati, interius Manichæi esse perseuerarunt: ne detegerentur, catholicorum ecclesiam frequentantes, cum iisdem sacram eucharistiam participarunt. Iure igitur meritoque deprehensi, exilio mulctati, vel si pœnitentiam agerent, ad participandam sacram eucharistiam in fine vitæ dumtaxat admissi fuerunt. Ad instantiam Siricii pontificis, illud Theodosii imperatoris rescriptum lib. 18. de hæret. Cod. Theod. extans, promulgatum fuisse probabile est; quo prædictæ hæreseos sectarii, non ab vrbe tãtum, verum etiam ab vniuerso orbe relegari mandantur. Cum in honorem solis ac lunæ die dominico & feria secunda ieiunarent, solemque velut numen colentes, ad orientem conuersi superstitiose adorarent, idemque etiam pie ac sancte catholici facerent, atque adeo nullo indicio a Manichæis catholici & orthodoxi discerni possent, sanctus Leo I. hunc orandi ritum ad tempus suspendit, ne quid fideli populo cum hæreticis commune esset, sed potius hoc indicio apertissime discernerentur. Baron. anno 443. num. 4. & 5.

Theodosius Manichæos ab orbe relegari iubet.

Manichæi solem ac lunam pro numine colunt.

EPISTOLA I.

SIRICII PAPÆ
AD HIMERIVM TARRACONENSEM.

I. *De Arianis non rebaptizandis.*
II. *Vt præterquam in Pascha & Pentecoste, nisi in necessitate & periculo, baptismum non celebretur.*
III. *De apostatis ab ecclesia separandis.*
IV. *Quod non liceat, alterius sponsam alteri in matrimonii iura accipere.*
V. *De his qui post pœnitentiam vel militiæ cingulum, vel noua coniugia, vel illicitos appetierunt concubitus.*
VI. *De monachis & sacris virginibus, propositum non seruantibus.*
VII. *De sacerdotum vel Leuitarum incontinentia.*
VIII. *De admittendis ad clerum.*
IX. *De clericorum conuersatione.*
X. *De his, qui grandaui ad sacram militiam conuertuntur.*
XI. *De clericis, qui ad secundas nuptias transeunt, vt deponantur.*
XII. *Quæ feminæ cum clericis debeant habitare.*
XIII. *De monachorum promotione ad clerum.*
XIV. *Quod pœnitens non fiat clericus. Vel sic: De clericis, vt pœnitentiam per impositionem manus sacerdotis non accipiant.*
XV. *De pœnitentibus, vel digamis, vel viduarum maritis, vt non permittantur ad ordinem clericatus admitti. Vel sic: Vt si per ignorantiam, vel pœnitens, vel digamus, vel viduæ maritus, clerici facti fuerint, non promoueantur.*

Siricius

Siricius Himerio Tarraconensi episcopo salutem.

DIRECTA ad decessorem nostrum sanctæ recordationis Damasum fraternitatis tuæ relatio, me iam in sede ipsius constitutum (quia sic Dominus ordinauit) inuenit: quam cum in conuentu fratrum solicitius legeremus, tanta inuenimus, quæ reprehensione & correctione sunt digna, quanta optaremus laudanda cognoscere. Et quia necesse erat, nos in eius laboribus curisque succedere, cui per Dei gratiam successimus in honore, facto, vt oportebat, primitus meæ prouectionis indicio, ad singula (prout Dominus aspirare dignatus est) consultationi tuæ responsum competens non negamus: quia pro officii nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis Christianæ religionis zelus incumbit. Portamus onera omnium qui grauantur: quinimo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, qui nos in omnibus, vt confidimus, administrationis suæ protegit & tuetur heredes.

I.

Prima itaque paginæ tuæ fronte signasti, baptizatos ab impiis Arianis, plurimos ad fidem catholicam festinare, & quosdam de fratribus nostris, eosdem denuo baptizare velle, quod non licet: cum hoc fieri & Apostolus vetet, & Canones contradicant, & post cassatum Ariminense Concilium, missa ad prouincias a venerandæ memoriæ prædecessore meo Liberio generalia decreta prohibeant, quos nos cum Nouatianis, aliisque hæreticis, sicut est in Synodo constitutum, per inuocationem solam septiformis spiritus, episcopalis manus impositione, catholicorum conuentui sociamus. Quod etiam totus oriens occidensque custodit: a quo tramite vos quoque posthac minime conuenit deuiare, si non vultis a nostro collegio synodali separari sententia. *Ephes.* 4.

II.

Sequitur de diuersis baptizandorum temporibus, prout vnicuique libitum fuerit, improbabilis & emendanda confusio, quæ a nostris consacerdotibus (quod commoti dicimus) non ratione auctoritatis alicuius, sed sola temeritate præsumitur, vt passim ac libere natalitiis De consecr. distinct. 4. Non ratione aucto.

Christi, seu apparitionis, nec non & apostolorum seu martyrum festiuitatibus innumeræ (vt asseris) plebes baptismi mysterium consequantur, cum hoc sibi priuilegium & apud nos, & apud omnes ecclesias, Dominicum specialiter cum Pentecoste sua Pascha defendat, quibus solis per annum diebus, ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi conuenit sacramenta, his dumtaxat * electis, * Al. om. qui ante quadraginta vel eo amplius dies nomen dederint, & exorcismis, quotidianisque orationibus atque ieiuniis fuerint expiati, quatenus apostolica illa impleatur
1. Corint. 5. præceptio, vt *expurgato fermento veteri, noua incipiat esse conspersio.* Sicut sacram ergo paschalem reuerentiam in nullo dicimus esse minuendam, ita infantibus, qui necdum loqui poterunt per ætatem, vel his, quibus in qualibet necessitate opus fuerit sacri vnda baptismatis, omni volumus celeritate succurri, ne ad nostrarum perniciem tendat animarum, si, negato desiderantibus fonte salutari, exiens vnusquisque de sæculo, & regnum perdat & vitam. Quicumque etiam discrimen naufragii, hostilitatis incursum, obsidionis ambiguum, vel cuiuslibet corporalis ægritudinis desperationem inciderint, & sibi vnico credulitatis auxilio poposcerint subueniri, eodem, quo poscunt, momento temporis, expetitæ regenerationis præmia consequantur. Hactenus erratum in hac parte sufficiat: nunc præfatam regulam omnes teneant sacerdotes, qui nolunt
Matth. 16. ab apostolicæ petræ, super quam Christus vniuersalem construxit ecclesiam, soliditate diuelli.

III.

Adiectum est etiam, quosdam Christianos ad apostasiam, (quod dici nefas est) transeuntes, & idolorum cultu ac sacrificiorum contaminatione profanatos; quos a Christi corpore & sanguine, quo dudum redempti fuerant renascendo, iubemus abscindi. Et si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conuersi, his quamdiu viuunt, agenda pœnitentia est, & in vltimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda: quia (docente
Ezech. 18. Domino) *nolumus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.*

IV.

27. qu. 2. De coniu- De coniugali autem violatione requisisti, si desponsatam

alii puellam alter in matrimonium posſit accipere. Hoc ne fiat omnibus modis inhibemus: quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si vlla transgressione violetur. gali violatione.

V.

De his vero non incongrue dilectio tua apostolicam sedem credidit consulendam, qui acta pœnitentia, tamquam canes ac sues ad vomitus pristinos & ad volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & noua coniugia, & inhibitos denuo appetiuere concubitus. Quorum professam incontinentiam, generati post absolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia iam suffugium non habent pœnitendi, id diximus decernendum, vt sola intra ecclesiam fidelibus oratione iungantur, sacræ mysteriorum celebritati, quamuis non mereantur, interſint: a dominicæ autem mensæ conuiuio segregentur, vt hac saltem districtione correpti, & ipsi in se sua errata castigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obscœnis cupiditatibus retrahantur. Quas tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus subleuari. Quam formam & circa mulieres, quæ se post pœnitentiam [b] talibus pollutionibus deuinxerunt, seruandam esse censemus. 33. qu. 1. De his vero.

VI.

Præterea monachorum quosdam atque monacharum, abiecto proposito sanctitatis, in tantam protestaris demersos esse lasciuiam, vt prius clanculo, velut sub monasteriorum prætextu, illicita ac sacrilega se contagione miscuerint: postea vero in abruptum conscientiæ desperatione perducti, de illicitis complexibus libere filios procrearint, quod & publicæ leges & ecclesiastica iura condemnant. Has ergo impudicas detestabilesque personas a monasteriorum cœtu, ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse mandamus: quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio possint pœnitudinis igne decoquere, vt eis vel ad mortem saltem solius misericordiæ intuitu, per communionis gratiam, possit indulgentia subuenire.

VII.

Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in venerandæ religionis iniuriam, ita per vestras prouincias calcatos atque confusos, caritate tua insinuante, reperimus, vt Ieremiæ nobis dicendum sit voce:

Ier. 9. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & flebo populum hunc die ac nocte?* Si ergo beatus propheta ad lugenda populi peccata non sibi ait lacrymas posse sufficere: quanto nos possumus dolore percelli, cum eorum, qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare? Præcipue quibus secundum beatum

2. Corint. 11. Paulum, *instantia quotidiana, & solicitudo omnium ecclesiarum indesinenter incumbit. Quis enim infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?* Plurimos enim

81. distinct. Plurimos facer. sacerdotes Christi atque Leuitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de coniugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus ac ministris generādi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum, præceptorque vitiorum, si æstimat, quod in lege Mosis passim sacris ordinibus a Domino laxata sunt frena luxuriæ, cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, præmonet, dicens:

Leuit. 20. *Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester.* Cur etiam procul a suis domibus, anno vicis suæ, in templo habitare iussi sunt sacerdotes?

Luc. 1. Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus possent carnale exercere commercium, vt conscientiæ integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus etiam, expleto deseruitionis suæ tempore, vxorius vsus solius successionis causa fuerat relaxatus, quia non ex alia, nisi ex tribu Leui, quisquam ad Dei ministerium fuerat

Matth. 5. præceptus admitti. Vnde & Dominus Iesus, cum nos suo illustrasset aduentu, in euangelio protestatur, *quia legem*

Cantic. 4. *venerit implere, non soluere.* Et ideo ecclesiam, cuius *sponsus est speciosus forma*, castitatis voluit splendore radiare, vt in die iudicii, cum rursus aduenerit, sine macula & ruga

Ephes. 5. eam possit, sicut per Apostolum suum instituit, reperire. Quarum sanctionum sacerdotes omnes atque Leuitæ insolubili lege constringimur, vt a die ordinationis nostræ,

sobrietati ac pudicitiæ & corda nostra mancipemus & corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his, quæ quotidie offerimus, sacrificiis placeamus. *Qui autem in carne sunt*, dicente electionis vase, *Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis.* Et vbi poterit, nisi in corporibus (sicut legimus) sanctis, Dei spiritus habitare? Et quia aliquanti, de quibus loquimur, vt tua sanctitas retulit, ignoratione lapsos esse se deflent, his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, vt sine vllo honoris augmento, in hoc, quo detecti sunt, quam diu vixerint, officio perseuerent, si tamen post hæc continentes se studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegii excusatione nituntur, vt sibi asserant veteri hoc lege concessum, nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne vsi sunt, apostolicæ sedis auctoritate deiectos, nec vnquam posse veneranda attrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla præsentia cauere nos præmonent in futurum, si quilibet episcopus, presbyter atque diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inuentus, iam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum: quia ferro necesse est excidantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.

1 *Cor.* 3. *Ibidem* 6. 2. *Cor.* 6. *Sap.* 1. 82. Dist. aliquanti de. *Leuit.* 21.

VIII.

Didicimus etiam, licenter ac libere inexploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerint numerosa coniugia, ad præfatas dignitates, prout cuique libuerit, aspirare. Quod non tantum illis, qui hæc immoderata ambitione peruertunt, quantum metropolitanis specialiter pontificibus imputamus, qui dum inhibitis ausibus conniuent, Dei nostri, quantum in se est, præcepta contemnunt. Et vt taceamus, quod altius suspicamur, vbi illud est, quod Deus noster, data per Mosen lege, constituit dicens: *Sacerdotes mei semel nubant?* Et alio loco: *Sacerdos vxorem virginem accipiat, non viduam, non repudiatam, non meretricem.* Quod secutus Apostolus, ex persecutore prædicator, *vnius vxoris virum*, tam sacerdotem, quam diaconum, fieri debere mandauit. Quæ omnia ita a vestrarum regionum despiciuntur episcopis, quasi in contrarium magis fuerint con-

Leuit. 21. *Ezech.* 44. 1. *Tim.* 3.

ſtituta. Et quia non eſt nobis de huiuſmodi vſurpationibus negligendum, ne nos indignantis Domini vox iuſta corripiat, qua dicit: *V idebas furem, & currebas cum eo, & ponebas tuam cum adulteris portionem:* quid ab vniuerſis poſthac eccleſiis ſequendum ſit, quid vitandum, generali pronuntiatione decernimus.

Pſal. 49.

IX.

Dist. 77. Quicũque itaque ſe.

Quicumque itaque ſe eccleſiæ vouit obſequiis a ſua infantia, ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet miniſterio ſociari. Qui ab acceſſu adoleſcentiæ vſque ad *triceſimum ætatis annum, ſi probabiliter vixerit, vna tantum, & ea, quam virginem communi per ſacerdotem benedictione perceperit, vxore contentus, acolythus & ſubdiaconus eſſe debebit: poſt quæ ad diaconii gradum, ſi ſe ipſe primitus, continentia præeunte, dignum probarit, accedat. Vbi, ſi vltra quinque annos laudabiliter miniſtrarit, congrue presbyteriũ conſequatur. Exinde, poſt decennium, epiſcopalem cathedrã poterit adipiſci, ſi tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei eius fuerit approbata.

*Al. trigeſimum

X.

Qui vero iam ætate grandæuus, melioris propoſiti conuerſatione prouocatus, ex laico ad ſacram militiam peruenire feſtinat, deſiderii ſui fructum non aliter obtinebit, niſi eo, quo baptizatur, tempore, ſtatim lectorum aut exorciſtarum numero ſocietur; ſi tamen eum vnam habuiſſe, vel habere, & hanc virginem accepiſſe conſtet vxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus & ſubdiaconus fiat, & ſic ad diaconatum (ſi per hæc tempora dignus iudicatus fuerit) prouehatur. Exinde iam acceſſu temporum, presbyterium vel epiſcopatum, ſi eum cleri ac plebis euocarit electio, non immerito ſortietur.

XI.

Dist. 84. Quiſquis cle.

Quiſquis ſane clericus aut viduam, aut certe ſecundam coniugem duxerit, omni eccleſiaſticæ dignitatis priuilegio mox nudetur, laica ſibi tantum communione conceſſa. Quam ita demum poterit poſſidere, ſi nihil poſtea, propter quod hanc perdat, admittat.

XII.

Dist. 81. Feminas.

Feminas vero non alias eſſe patimur in domibus cleri-

corum, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinum causas habitare cum iisdem Synodus Nicæna permisit.

XIII.

Monachos quoque, quos tamen morum grauitas, & vitæ ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari & optamus & volumus, ita vt qui intra tricesimum ætatis annum sunt digni, in minoribus per gradus singulos, crescente tempore, promoueantur ordinibus: & sic ad diaconatus vel presbyterii insignia, maturæ ætatis consecratione perueniant. Nec statim saltu ad episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem, quæ singulis dignitatibus superius præfiximus, tempora fuerint custodita. Can. 3. Nicæn. Syn. 16. q. Monachos quoque.

XIV.

Illud quoque nos par fuit prouidere, vt sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita & post pœnitudinem ac reconciliationem, nulli vnquam laico liceat honorem clericatus adipisci: quia quamuis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum. Dist. 50. Illud.

XV.

Et quia in his omnibus, quæ in reprehensionem veniunt, sola excusatio ignorationis obtenditur, cui nos interim, solius pietatis intuitu, necesse est clementer ignoscere: quicumque pœnitens, quicumque digamus, quicumque viduæ maritus, ad sacram militiam indebite & incompetenter irrepsit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc quo inuenietur ordine, perpetua stabilitate permaneat: scituri posthac omnium prouinciarum summi antistites, quod si vltra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint assumendum, & de suo, & de eorum statu, quos contra Canones & interdicta nostra prouexerint, congruam ab apostolica sede promendam esse sententiam. Dist. 50. Quicũque pœni.

Explicuimus, vt arbitror, frater carissime, vniuersa, quæ digesta sunt in querelam: & ad singulas causas, de quibus per filium nostrum Bassianum presbyterum, ad

Romanam ecclesiam, vtpote ad caput tui corporis, retulisti, sufficientia, quantum opinor, responsa reddidimus: Nunc fraternitatis tuæ animum ad seruandos Canones, & tenenda decretalia constituta, magis ac magis incitamus, vt hæc quæ ad tua consulta rescripsimus, in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem: & non solum * eorum, qui in tua sunt diœcesi constituti: sed etiam ad vniuersos Carthaginenses ac Bæticos, Lusitanos atque Gallicos, vel eos, qui vicinis tibi collimitant hinc inde prouinciis, hæc quæ a nobis sunt salubri ordinatione disposita, sub literarum tuarum prosecutione mittantur. Et quamquam statuta sedis apostolicæ, vel Canonum venerabilia definita, nulli sacerdotum Domini ignorare sit liberum: vtilius tamen atque pro antiquitate sacerdotii tui, dilectioni tuæ esse admodum poterit gloriosum, si ea, quæ ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per vnanimitatis tuæ solicitudinem, in vniuersorum fratrum nostrorum notitiam perferantur, quatenus & quæ a nobis non inconsulte, sed prouide sub nimia cautela & deliberatione sunt salubriter constituta, intemerata permaneant, & omnibus in posterum excusationibus aditus, qui iam nulli apud nos patere poterit, obstruatur. Data 3. Idus Februar. Arcadio & Bautone viris clarissimis consulibus.

NOTÆ.

Occasio epistolæ scribendæ.

[a] *Epistola.*] Himerius Tarraconensis episcopus, de nonnullis rebus dubiis Damasum per literas consuluerat, quo defuncto successor illius Siricius ad singula interrogata accurate & scite respondit: quæ quidem non in prouincia Tarraconensi tantum obseruari voluit, sed etiam in Carthaginensi Bætica, Lusitania atque Gallecia custodiri mandauit.

An Siricius matrimonium pollutionem appellet.

[b] *Talibus pollutionibus deuinxerunt.*] Caluinus reprehendit Siricium pontificem, quasi hoc loco coniugium pollutionem vocauerit. Sed more suo, & hæreticorum omnium valde impudenter & calumniose. Non enim coniugium verum & legitimum pollutionem appellat, sed illicitam coniunctionem eorum, qui post peractam publicam pœnitentiam, ad eamdem illicitam coniunctionem iterum reuertuntur, propter quam pœnitentiam egerant. Nemo autem propter legitime contractum matrimonium pœnitentiam egit. Vide Bellarm. de Rom. pont. lib. 4. cap. 10.

EPISTOLA II.

SIRICII PAPÆ.

Aduersus Iouinianum hæreticum, eiusque socios, ab ecclesiæ vnitate remouendos.

Siricius Mediolanensi ecclesiæ.

OPTAREM semper, fratres carissimi, dilectionis & pacis vestræ *sinceritatis gaudia nuntiari, ita vt vicissim discurrentibus literis, sospitatis vestræ iuuaremur indicio: quia non patitur quietos nos ab incursatione sua vacare hostis antiquus, ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem vt deciperet, se ante decepit; pudicitiæ aduersarius, luxuriæ magister: crudelitatibus pascitur, abstinentia puniendus; odit ieiunia, ministris suis prædicantibus dum dicit esse superflua, spem non habens de futuris, Apostoli sententia repercussus, dicentis: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* O infelix audacia, o desperatæ mētis astutia! Tam incognitus sermo hæreticorū intra ecclesias cancri more serpebat, vt occupās pectus, totum hominem præcipitaret in mortem. Et nisi Dominus Sabaoth laqueum, quem parauerāt, dirupisset, scena tanti mali & hypocrisis publicata, multorum simplicium corda traxisset in ruinam: quia facile ad deteriorem partem mens humana traducitur, volens magis per spatiosa volitare, quam arctæ viæ iter cum labore transire. Qua de re necessarium satis fuit, dilectissimi mihi, quæ gesta sunt hic, ad vestram conscientiam cognoscenda mandare, ne ignorātia cuiuspiam sacerdotis, pessimorum hominū ecclesiam irrumpentium sub religioso nomine contagio violaret, sicut scriptum est, dicente Domino: *Multi venient ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Hi sunt videlicet, qui subtiliter Christianos sese iactant, vt sub velamento pii nominis gradientes, domum orationis ingressi, sermonem serpentinæ disputationis effundant, *vt sagittent in obscuro rectos corde*, atque veritatem catholicam vertendo, ad suæ doctrinæ rabiem diabolico more traducant, atque ouium simplicitatem defraudent. Et quidem multarum hæresum malignitatem ab apostolis nunc vsque didicimus, & experti probauimus; sed nunquam tales canes ecclesiæ mysterium latratibus fatigarunt, quales

*sinceritati

Ioan. 8.

1. Cor. 15.

Matt. 7. Luc. 13.

Matt. 7.

Psal. 10.

2. Tim. 4.

nunc ſubito hoſtes fidei erumpentes, doctrina perfidiæ polluta, cuius ſint diſcipuli, verborum fructibus prodiderunt. Nam cum alii hæretici ſingula ſibi genera quæſtionũ, male intelligendo, propoſuerint conuellere atque cõcerpere de diuinis inſtitutionibus, iſti non habentes veſtẽ nuptialem, ſauciantes catholicos, noui ac veteris teſtamenti (vt dixi) continentiam peruertentes, ac ſpiritu diabolico interpretantes, illecebroſo atque ficto ſermone aliquot Chriſtianos cœperunt iam vaſtare, atque ſuæ dementiæ ſociare, intra ſe continentes nequitiæ ſuæ virus. Verum illecti, blaſphemias ſuas conſcriptione temeraria publice prodiderunt, & deſperatæ mentis furore conciti, paſſim in fauorem gentilium publicarunt. Sed a fideliſſimis Chriſtianis, viris genere optimis, religione præclaris, ad meam humilitatem ſubito ſcriptura horrifica videtur eſſe delata, vt ſacerdotali iudicio detecta, diuinæ legi contraria, ſpirituali ſententia deleretur. Nos ſane nuptias non aſpernanter accipimus, quibus velamine interſumus: ſed virgines, quas nuptiæ creant, Deo deuotas, maiore honorificentia veneramur. Facto ergo presbyterio, conſtitit doctrinæ noſtræ, id eſt, Chriſtianæ legi eſſe contraria. Vnde apoſtolicum ſecuti præceptum, *quia aliter, quam quod accepimus, annuntiabant*, omnium noſtrum tam presbyterorũ & diaconorum, quam etiam totius cleri vnà ſuſcitata fuit ſentẽtia, vt Iouinianus, Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, Plotinus, Martianus, Ianuarius, & Ingenioſus, qui incentores nouæ hæreſis & blaſphemiæ inuenti ſunt, diuina ſententia & noſtro iudicio in perpetuum damnati, extra eccleſiam remanerent. Quod cuſtodituram ſanctitatem veſtrã non ambigẽs, hæc ſcripta direxi per fratres & compresbyteros meos, Creſcentem, Leopardum & Alexandrum, qui religioſum officium fidei poſſint ſpiritu adimplere feruentes.

Decreto eccleſiæ Romanæ Iouiniani hæreſis ſacrarum virginum nuptias inducens, dãnatur. *Gal.* 1.

NOTA.

* *Epiſtola II.*] Iouinianus Mediolano expulſus, anno ſexto pontificatus Siricii Romam venerat, ibique non tantum ſermone, verum etiam ſcriptis a ſe commentariis plurimos catholicos hæreſi ſua infecerat. Quod cum Pammachius ſenatorii ordinis vir eximius intelleXiſſet, ad pontificem eum detulit. Pontifex vero coacto presbyterio hæreſiarcham condẽnauit, deque eius condemnatione Mediolanenſem eccleſiam per haſce literas a tribus legatis presbyteris iſthuc tranſmiſſas certiorem reddidit. Vide notas ſeq. ep. & Conc. Mediol.

RESCRIPTVM EPISCOPORVM, AMBROSII, &c. AD SIRICIVM PAPAM.

Siricii pontificis ſolicitudinem in hæreticis damnandis laudant, ac Iouiniani errores rationibus & teſtimoniis refellunt.

Domino dilectiſſimo fratri Siricio papæ Ambroſius, Sabinus, Baſſianus & ceteri.

[a] RECOGNOVIMVS literis ſanctitatis tuæ boni paſtoris excubias, [b] qui diligenter commiſſam tibi ianuam ſerues, & pia ſolicitudine Chriſti ouile cuſtodias, dignus quem oues Domini audiant & ſequantur. Et ideo, quia noſti ouiculas Chriſti, lupos facile deprehendis, & occurris quaſi prouidus paſtor, ne iſti morſibus perfidiæ ſuæ, feralique vlulatu Dominicum ouile diſpergant. Laudamus hoc, domine frater nobis dilectiſſime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur, ſi luporũ rabiem grex Domini perhorruit, in quibus Chriſti vocem non recognouit. Agreſtis enim vlulatus eſt, nullam virginitatis gratiam, nullum caſtitatis ordinẽ ſeruare, promiſcue omnia velle confundere, diuerſorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quamdam cæleſtium remunerationum inducere, quaſi Chriſto vna ſit palma quã tribuit, ac non plurimi abundent tituli præmiorum. Simulant ſe iſta donare coniugio. Sed quæ poteſt laus eſſe coniugii, ſi nulla virginitatis eſt gloria? Neque vero nos negamus sãctificatum a Chriſto eſſe coniugium, diuina voce dicente: *Erunt ambo in vna carne & in vno ſpiritu.* Gen. 2. Sed prius eſt, quod nati ſumus, quam quod effecti: multoque præſtantius diuini operis myſterium, quam humanæ fragilitatis remedium. Iure laudatur bona vxor, ſed melius pia virgo præfertur, dicẽte Apoſtolo: *Qui iungit virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Hæc enim cogitat quæ Dei ſunt: illa, quæ mundi.* 1. Cor. 7. Ibid. Illa coniugalibus vinculis colligata eſt, hæc libera vinculorum. Illa ſub lege, iſta ſub gratia. Bonum coniugium, per quod eſt inuenta poſteritas ſucceſſionis humanæ: ſed melior virginitas, per quam regni cæleſtis hereditas acquiſita, & cæleſtium merito-

rum reperta succeſſio. Per mulierem culpa ſucceſſit, per virginem ſalus euenit. Denique ſpeciale ſibi donum virginitatis Chriſtus elegit,& integritatis munus exhibuit, atque in ſe repræſentauit, quod elegit in matre. Quanta amentia funeſtorum latratuum, vt iidem dicerent, Chriſtum ex virgine non potuiſſe generari, qui aſſerunt ex muliere, editis humanorum pignorũ partubus, virgines permanere? Aliis ergo præſtat Chriſtus, quod ſibi (vt dicunt) præſtare non potuit? Ille vero qui ſic carnem ſuſcepit, etſi homo factus, vt hominem redimeret, atque a morte reuocaret; inuſitato tamen quaſi Deus itinere venit in terras, vt quemadmodum dixerat, *Ecce facio omnia noua*, partu etiam immaculato virginis naſceretur, & (ſicut ſcriptum eſt) crederetur nobiſcum Deus. Sed de via peruerſitatis produntur dicere, Virgo concepit, ſed non virgo genera-uit. Quæ potuit ergo virgo concipere, potuit virgo generare, cum ſemper conceptus præcedat, partus ſequatur. Sed ſi doctrinis non creditur ſacerdotum, credatur oraculis Chriſti, credatur monitis angelorum dicentium: *Quia non eſt impoſſibile Deo omne verbum:* credatur ſymbolo apoſtolorum, quod eccleſia Romana intemeratũ ſemper cuſtodit & ſeruat. Audiuit Maria vocem angeli, & quæ dixerat ante: *Quomodo erit iſtud?* non de fide generationis interrogans, reſpondit poſtea: *Ecce ancilla Domini, contingat mihi ſecundum verbum tuum.* Hæc eſt virgo, quæ in vtero concepit, virgo quæ peperit filium. Sic enim ſcriptum eſt: *Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium.* Non enim concepturam tantummodo virginem, ſed & parituram virginem dixit. Quæ autẽ eſt illa porta ſanctuarii, *porta illa exterior adorientem, quæ manet clauſa, & nemo* (inquit) *pertranſibit per eam, niſi ſolus Deus Iſrael?* Nonne hæc porta Maria eſt, per quam in hunc mundum redemptor intrauit? Hæc porta iuſtitiæ, ſicut ipſe dixit: *Sine nos implere omnem iuſtitiam.* Hæc porta eſt beata Maria, de qua ſcriptum eſt, *quia Dominus pertranſibit per eam, & erit clauſa* poſt partum, quia virgo & concepit, & genuit. Quid autem incredibile, ſi contra vſum originis naturalis peperit Maria, & virgo permanet, quando contra vſum naturæ, *mare vidit & fugit, atque in fontem ſuum Iordanis fluenta remearunt*? Non ergo excedit fidem, quod virgo peperit, quando legimus,

Apoc. 21. *Iſa. 43.* *Matt. 1.* *Luc. 1.* *Ibid.* *Iſa. 7.* *Ezec. 44.* *Matt. 3.* *Ezec. 44.* *Pſal. 113.* *Ioſ. 3.* *Exod. 17.* *Deut. 8.* *Exod. 14.* *Exod. 17.* *Deut. 8.* *4. Reg. 6.* *Matt. 14.*

quod & petra vomuit aquas, & in muri ſpeciem maris vnda ſolidata eſt. Non excedit fidem, quod homo exiuit ex virgine, quando petra pro fonte flumen ſcaturiuit, ferrum ſuper aquas natauit, ambulauit homo ſuper aquas. Ergo ſi hominem vnda portauit, non potuit hominem virgo generare? At quem hominem? De quo legimus, *Et mittet illis Dominus hominem, qui ſaluos faciet eos, & notus* Iſa. 19. *erit Dominus Aegyptiis.* In veteri itaque teſtamento, * virgo Exod. 15. Hebræorum per mare duxit exercitum. In nouo teſtamento, virgo regis aula cæleſtis electa eſt ad ſalutem. Quid autem etiam viduitatis attexamus præconia, cum in euangelio, poſt virginis celeberrimum partum, Anna Luc. 2. vidua ſubrogetur, *quæ vixerat cum viro ſuo annis ſeptem a virginitate ſua; & hæc vidua erat annorũ 84. quæ non diſcedebat de templo, ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens die ac nocte?* Merito ab illis viduitas deſpicitur, quæ ſolet obſeruare ieiunia, quibus ſe dolent iſti aliquo tempore eſſe maceratos, & propriam vlciſcuntur iniuriam, quotidianiſque conuiuiis, vſuque luxuriæ, laborem abſtinentiæ propulſare deſiderant. Qui nihil rectius faciunt, quam quod ipſi ſe ſuo ore condemnant. Sed enim metuunt, ne in iſtis illud ieiunium reputetur. Eligant, quod volunt. Si aliquando ieiunauerunt, gerant ergo boni facti ſui pœnitentiam. Si nunquam, ſuam ergo ipſi intemperantiam & luxuriam confiteantur. Et ideo dicunt, Paulum luxuriæ magiſtrum fuiſſe. At quis erit ſobrietatis magiſter, ſi fuit ille luxuriæ, qui caſtigauit corpus ſuum, & in ſeruitutem redegit, atque ieiuniis multis ſe debitam Chriſto obſeruantiam detuliſſe memorauit, non vt ſe ſuaque laudaret, ſed vt nos 1. Cor. 9. quid ſequeremur, doceret? Ille ergo luxuriam docuit, qui ait: *Quid adhuc, velut viuentes, de hoc mundo decernitis?* Coloſſ. 2. *Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne guſtaueritis, quæ ſunt omnia in corruptelam:* qui ait, *non in indulgentia corporis, non in ho-* Ibid. *nore aliquo ad ſaturitatem & diligentiam carnis, non in deſideriis* Epheſ. 4. *erroris, ſed in ſpiritu, quo renouamur, eſſe viuendum.* Si parum eſt quod Apoſtolus dixit, audiant prophetam dicentem: *Et cooperui in ieiunio animam meam.* Ergo, qui non ieiunat, Pſalm. 68. intectus & nudus eſt, & patet vulneri. Denique, ſi Adam ſe texiſſet ieiunio, non fuiſſet nudus effectus. Niniue ſe a Gen. 3. Ionæ 3. morte ieiunio liberauit. Et ipſe Dominus ait: *Non eiicitur* Matth. 17. Marc. 9.

* al. virga

hoc genus, nisi per orationem & ieiunium. Sed quid plura apud magistrum atque doctorem? cum iam dignum præmium retulerint illi perfidiæ suæ, qui ideo huc venerunt, ne superesset locus, in quo non damnarentur, qui vere se Manichæos probauerunt, non credentes quia ex virgine vtique venisset. Quænam hæc est suppar nouorum Iudæorum amentia? Si venisse non creditur, nec carnem creditur suscepisse: ergo in phantasmate visus est, in phantasmate crucifixus est. Sed nobis in veritate crucifixus est, in veritate redemptor est noster. Manichæus est, qui abnegat veritatem, qui carnem Christi negat: & ideo non est illis remissio peccatorum, sed impietas Manichæorum, quam & clementissimus execratus est imperator, & omnes qui illos viderunt, quasi quædam contagia refugerunt; sicut testes sunt fratres & compresbyteri nostri, Crescens, Leopardus & Alexander, sancto feruentes spiritu, qui eos omnium execratione damnatos, Mediolanensi ex vrbe quasi profugos repulerunt. Itaque Iouinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Plotinum, Genialem, Martianum, Ianuarium & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnauit, scias apud nos quoque secundum iudicium tuum esse damnatos. Incolumem te & florentissimum Deus noster tueatur omnipotens, domine dilectissime frater. Item subscriptio: Ego Euentius episcopus saluto sanctitatem tuam in Domino, & huic epistolæ subscripsi. Maximus episcopus, Felix episcopus, Bassianus episcopus, Theodulus episcopus. ex iussu domini episcopi Geminiani, ipso præsente, Aper presbyter subscripsi. Eutasius episcopus, Constantius episcopus, Eustasius episcopus,* eo omnes ordine subscripserunt.

* Al. omnes ordine.

NOTÆ.

[a] *Recognouimus.*] Hæc epistola synodalis, a patribus Mediolanensis Concilii scripta. Cum enim per literas præcedentes a Siricio acceptas, Iouinianum sententia Pontificis condemnatum fuisse intellexissent, synodali iudicio desuper habito, in eamdem sententiam descenderunt; & postea quid in synodo actum fuisset, per hanc synodicam, Pontificem certiorem reddiderunt, eiusque in condemnandis hæreticis solicitudinem laudarunt, & Iouiniani errores rationibus & testimoniis refutarunt.

Patres Mediolan. Concilii Si-

[b] *Qui diligenter commissam tibi ianuam serues.*] Horum patrum testimonio constat, Petrum & Petri successorem Romanum pontifi-

cem, ianitores esse illius ostii, de quo Christus Ioannis c. 10. *Ego sum ostium; per me si quis introierit, saluabitur.* Et rursus: *Qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, hic fur est & latro.* Legitime igitur ingrediuntur ecclesiam, quibus tantus ianitor aperuerit: legitime excluduntur, quibus idem fores occluserit. ricium Ianitorem ecclesiæ vocant.

EPISTOLA III.

SIRICII PAPÆ
AD VNIVERSOS ORTHODOXOS.

I. *Vt indignus nullus efficiatur episcopus.*
II. *Vt ignotis sacerdotium non detur.*
III. *Vt neophyti vel laici, sacerdotes non fiant.*

Siricius papa, orthodoxis per diuersas prouincias.

I.

COGITANTIBVS nobis metum diuini iudicii, fratres carissimi, & post hanc vitam vnumquemque, prout gesserit, recepturum: quid in querelam veniat, tacere non licuit, sed nobis loqui necessitas imperauit, dicente propheta: *Exalta vt tuba vocem tuam.* Et cui omnium ecclesiarum cura est, si dissimulem, audiam, domino dicente: *Reiicitis mandatum Dei, vt traditiones vestras statuatis.* Quid enim aliud est reiicere mandatum Dei, quam priuato iudicio & humano consilio nouis rebus constituendis liberius delectari? Perlatum itaque est ad conscientiam apostolicæ sedis, contra ecclesiasticum Canonem præsumi, & quæ ita sunt a maioribus ordinata, vt ne vel leui susurro debeant violari, proprias quosdam obseruationes nouas inducere, & prætermisso fundamento, supra arenam velle construere, dicente Domino: *Non transibis terminos, quos constituerunt patres tui.* Quod & sanctus quoque Apostolus, noui & veteris testamenti prædicator, monet, in quo locutus est Christus: *State*, inquit, *& tenete traditiones vestras, quas didicistis, siue per verbum, siue per epistolam.* Qua de re videt vestra sinceritas, in sacris ministeriis aut in ordinationibus vestris, quantum sacerdotum magna cura & diligens solicitudo debeat obseruari. Denique ad Timotheum loquitur: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.* Quod propterea memoratur, vt examine habito, & probitate morum & ecclesiastico la- *Isa.* 58. *Matth.* 15. *Marc.* 7. *Deut.* 19. *& ibid.* 27. *Prou.* 22. 2. *Thess.* 2. 1. *Tim.* 5.

bore sit commendatior, qui vocatur in medium, vt summum sacerdotium possit accipere, probatus iudicio, non fauore: susceptus veritate, non gratia: apostolico ordine * functus, non præcipiti voluntate. De quo, carissimi, mihi ante vestram sinceritatem huiusmodi literæ cucurrerunt, multo fratrum & consacerdotum consensu, vt hac vestra subscriptione firmata ecclesiastica Canonis dispositio, quæ apud Nicæam tractata * est, confirmata, suo merito fundatissima permaneret: vt tales videlicet ad ecclesiasticum ordinem permitterentur accedere, quales apostolica auctoritas iubet, non quales dico, vel eos, qui cingulo militiæ sæcularis adstricti, olim gloriati sunt. Qui posteaquam pompa sæculari exultauerunt, aut negotiis reipublicæ optauerunt militare, aut mundi curam tractare, adhibita sibi quorumdam manu, & proximorum fauore stipati, hi frequenter ingeruntur auribus meis, vt episcopi esse possint, qui per traditionem & euangelicam disciplinam esse non possunt. Quantis hoc aliquoties certatum est viribus? Sed nihil tale potuit elici, quæ ratio non compellit. Etiam de longinquo veniant ordinandi, vt digni possint & plebis & nostro iudicio comprobari.

II.

* Quantum illicitum sit illud, æstimari non potest, vt transeuntes (siue simulent, siue sint monachi, quod se appellant, quorum nec vitam possumus scire, nec baptismum: quorum fidem incognitam habemus, nec probatam) nolint sumptibus adiuuare, sed statim aut diaconos facere, aut presbyteros ordinare festinent, aut quod est grauius, episcopos constituere non formident. Carius apud illos, dari sumptum transeunti, quam sacerdotium non retento. Inde in superbiam exaltantur, inde insuper ad perfidiam cito corruunt, quia fidem veram in ecclesiasticis toto orbe peregrini * discere non asseruntur.

III.

Certe illud etiam non fuit prætermittendum, vt quod semel aut secundo necessitas hæreticorum intulit, contra apostolica præcepta, velut lege licitum, * præsumi, neophytum vel laicum, qui nullo ecclesiastico functus fuerit officio, inconsiderate vel presbyterum vel diaconum ordinare: quasi meliores apostolis sint, quorum audeant mu-

1. Tim. 3.

tare

tare præceptum: Et qui non didicit, iam docere compellitur. Ita nullus reperitur idoneus clericorum? Nec inter diaconos, nec inter alios clericos inuenitur, qui sacerdotio dignus habeatur, sed ad condemnationem ecclesiæ, laicus postulatur? Quod ne fiat vltra, admoneo. Prædico, vt vnam fidem habentes, vnum etiam in traditione sentire debeamus, probantes nos vnanimes atque concordes * pacifici in Christo, & in obseruationibus apostolicis habere caritatem. Medio itaque Patre & vnigenito Filio eius & Spiritu sancto, & vnius diuinitatis trinitate, conuenio, vt in his fides catholica & disciplina nostra permaneat. Nec quisquam putet, tamquam ordinationes terrenas fieri, cum cæleste sit sacerdotium, vt fidelibus gloria maneat dignitatis eiusdem, & ante tribunal Christi exhinc non habeat, quod accuset.

* for. pacisci in Christo,

EPISTOLA IV.
SIRICII PAPÆ.

Dilectissimis fratribus & coepiscopis per Africam, Siricius.

CVM in vnum plurimi fratres conuenissemus ad sancti apostoli Petri reliquias, per quem & apostolatus & episcopatus in Christo cœpit exordium, placuitque propter emergentes plurimas causas, quæ in aliquantis non erant causæ, sed crimina, vt de cetero solicitudo esset vnicuique in ecclesia curam huiusmodi habere, sicuti apostolus prædicat Paulus, *talem Deo ecclesiam exhibendam, non habentem maculam aut rugam*, ne per alicuius morbidæ afflatum ouis, conscientia nostra contaminata videretur. hac de re, meliore consilio id sedit, propter eos maxime, qui in præsenti valetudine corporis, aut fessæ ætatis causa, adesse minime potuerunt, quo perpetuo istiusmodi forma seruetur, literas tales dare placuit, non quæ noua præcepta aliqua imperent, sed quibus ea, quæ per ignauiam desidiamque aliquorum neglecta sunt, obseruari cupiamus; quæ tamen apostolica & patrum constitutione sunt constituta. Scriptum est: *State, & tenete traditiones nostras, siue per verbum, siue per epistolam.* Illud certe vestram debet mentem, dilectissimi fratres, vehementius * excutere, vt ab omni labe sæculi istius

Hæc est Synodalis Concilii Romani.

Ephes. 5.

2. *Thess.* 2.

* excitare,

immunes ſecurique ad Dei conſpectum veniamus.* Nec enim erimus immunes, qui & præſumus plebibus, cum ſcriptum ſit: *Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiretur.* Ergo, quoniam non pro nobis tantum, ſed pro populo credito cogimur præſtare rationem, populum diſciplinam deificam & humilem erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli, qui ſtatuta maiorum contemnentes, caſtitatem eccleſiæ præſumptione ſua violarunt, voluptatem populi ſequentes, Dei iudicium non timentes. Ergo, ne pari more ſilentio conniuere, atque adhibere conſenſum talibus videamur, vnde gehennæ pœnas poſſimus incurrere, dicente Domino: *Furem videbas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas:* hæc ſunt, quæ deinceps, intuitu diuini iudicii, omnes catholicos epiſcopos expedit cuſtodire.

* 2. Cor. 6.

Luc. 12.

Pſalm. 49.

Diſt. 64. Extra conſcient.

I. Vt extra conſcientiam ſedis apoſtolicæ, hoc eſt, primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium eſt, quod plurimorum ſententia conſequatur.

Nicænæ Synod. c. 4.

II. Ne vnus epiſcopus epiſcopum ordinare præſumat propter arrogantiam, ne furtiuum beneficium præſtitum videatur. Hoc enim in Synodo Nicæna conſtare eſſe definitum.

III. Item, ſi quis poſt remiſſionem peccatorum, cingulum militiæ ſæcularis habuerit, ad clerum admitti non debet.

IV. Vt mulierem, id eſt, viduam, clericus non ducat vxorem.

V. Vt is, qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum.

VI. Vt de aliena eccleſia ordinare clericum nullus vſurpet.

VII. Vt abiectum clericum alia eccleſia non admittat.

VIII. Vt venientes a Nouatianis vel Montenſibus per manus impoſitionem ſuſcipiantur, præter eos quos rebaptizant.

IX. Præterea, quod dignum & pudicum & honeſtum eſt, ſuademus vt ſacerdotes & leuitæ cum vxoribus ſuis non coeant, quia in miniſterio diuino quotidianis neceſſitatibus occupantur. Ad Corinthios namque ſic Paulus ſcribit, dicens: *Abſtinete vos, vt vacetis orationi.* Si ergo lai-

1. Cor. 7.

cis abstinentia imperatur, vt possint deprecantes audiri: quanto magis sacerdos vtique omni momento paratus esse debet, munditiæ puritate securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui si contaminatus est carnali concupiscentia, quid faciet? excusabit? Quo pudore, qua mente vsurpabit? Qua conscientia, quo merito hic exaudiri se credit, cum dictum sit: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum?* Qua de re, hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod potest iure etiam gentilitas accusare. * Forte creditur, quia scriptum est: *Vnius vxoris virum.* Non * permanenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admisit, qui ait: *Vellem autem omnes homines sic esse, sicuti & ego.* Et apertius declarat, dicens: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.*

Tit. 1.

* sed forte licere hoc creditur,

1. Tim. 3. Tit. 1.

1. Cor. 7. Rom. 8.

Hæc itaque, fratres, si plena vigilantia fuerint ab omnibus obseruata, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses & schismata non emergent, locum non accipiet diabolus sæuiendi, manebit vnanimitas, iniquitas superata calcabitur. Caritas spiritali feruore flagrabit: pax prædicata labiis, cum voluntate concordabit. Pax vtique Dei nostri Saluatoris, quam proximus passioni seruandam esse præcepit, & hereditario eam nobis iure dereliquit, dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis:* & dictum Apostoli, *vt vnanimes, vnum sentientes, permaneamus in Christo; nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes; nec hominibus, sed Deo nostro Saluatori placentes.* His præceptis omnibus si fideliter voluerimus obedire, custodiet Dominus corpora nostra & animas nostras in diem, *qua redditurus est vnicuique iuxta opera sua.* Si quis sane inflatus mente carnis suæ, ab hac Canonis ratione voluerit euagari, sciat se a nostra communione secluſum, & gehennæ pœnas habiturum. Præterea misericordia cum iudicio esse debet. Talibus enim oportet labentibus manum porrigere, * qui sic currentem non pertrahant in ruinam. Data Romæ in Concilio episcoporum octoginta, sub die octaua Idus Ianuarii, post consulatum Arcadii Augusti & Bautonis, vir. clarissim. consulum.

Idem legitur in epist. Innocent. papæ I. ad Victricium.

Ioan. 14. Phil. 2.

Rom. 2.

* for. qui secum

Anno Domini 385.

EPISTOLA MAXIMI AD SIRICIVM PAPAM.

Siricius papa a Maximo catholicæ fidei confessionem literis postulauerat ; quibus ipse respondet , se & catholicam fidem profiteri , & sibi esse propositum , vt orthodoxa fides illæsa & inuiolabilis perseueret. De Agricii etiam cuiusdam presbyteri ordinatione, & de Manichæorum sceleribus agit.

Victor Maximus perpetuus triumphator Augustus domino vere sancto apostolico viro Siricio salutem.

ACCEPIMVS literas sanctitatis tuæ , quæ nobis fuere gratissimæ , quæque plane & nomini sacerdotis , & dignitati vrbis splendidissimæ conuenirent. Fidei verocatholicæ , de qua clementiam nostram consulere voluisti, quo maius circa me & speciale iudicium diuinitatis experior , hoc me confiteor curam habere maiorem; qui videlicet ad imperium ab ipso statim salutari fonte conscenderim , & cui in omnibus semper conatibus atque successibus Deus fautor affuerit , cuiusque hodie , & vt spero perpetuo protector & custos esse dignetur , pater carissime. Ceterum de Agricio , quem indebite ad presbyterii gradum conscendisse commemoras , quid religioni nostræ catholicæ possum præstare reuerentius , quam vt de hoc ipso , cuiuscemodi esse videatur , catholici iudicent sacerdotes? Quorum conuentum ex opportunitate omnium , vel qui intra Gallias , vel qui intra quinque prouincias commorantur , in qua elegerint vrbe, constituam, vt iisdem residentibus & cognoscentibus, quid habeat consuetudo , quid legis sit , iudicetur. Hæc enim quæ libris sunt asserenda , & maiorum nostrorum religiosissimis constitutis , ipsi possunt melius astruere , qui norunt. Ceterum id nobis animi & voluntatis esse profitemur , vt fides catholica, procul omni dissensione submota, concordantibus vniuersis sacerdotibus , & vnanimiter Deoseruientibus, illæsa & inuiolabilis perseueret. Nam noster aduentus ita inquinata aliqua , & sceleratorum labe polluta deprehendit & reperit , vt nisi nostra prouisio atque

Iudicium de presbyteris ad sacerdotes spectat.

Locus prouincialis Concilii ab episcopis eligendus.

medicina, quæ ex Dei ſummi timore veniebat, his opem celeriter attuliſſet, ingens profecto diuulſio atque perditio fuiſſet exorta, & vix ſananda poſtea vitia concreuiſſent. Ceterum quid adhuc proxime proditum ſit Manichæos ſceleris admittere, non argumentis, neque ſuſpicionibus dubiis vel incertis, ſed ipſorum confeſſione inter iudicia prolatis, malo quod ex geſtis ipſis tua ſanctitas, quam ex noſtro ore cognoſcat: quia huiuſmodi non modo factu turpia, verum etiam fœda dictu, proloqui ſine rubore non poſſumus. *Manu imperatoris:* Diuinitas te ſeruet per multos annos.

EPISTOLA MAXIMI AD VALENTINIANVM AVGVSTVM.

Valentinianus iunior Auguſtus, Iuſtina matre, quæ Arianæ hæreſi erat addicta, inſtigante, Mediolani ſanctum Ambroſium, & ceteros catholicos acriter infectabatur: qua re cognita Maximus Valentinianum hortatur, vt paternam imitatus religionem, a vi eccleſiis & ſacerdotibus inferenda abſtineat.

S. Ambr. in oratione de baſilicis non tradendis, & in ep. ad Marcellã ſororem li. 5. epiſt. 5. Ruffin. lib. 2. cap. 16. & Theod. lib. 5. cap. 14. Ex veteri lib. bibl. Vaticanæ.

NISI clementiæ noſtræ circa ſerenitatem tuam fides ſimplex eſſet, & gratia plena concordiæ, confido etiam, quod commoda rationibus meis eſſe poſſent hæc, quæ nunc agi dicuntur in partibus tranquillitatis tuæ, catholicæ legis turbatio atque conuulſio. Quid enim tam optandum poſſit eſſe ei, ſi quis eſſet inimicus, quam aduerſus eccleſias Dei, hoc eſt, aduerſus Deum ipſum, & aliqua moliri, & vbi error excuſabilis non eſt, ibi velle peccare? Sed quoniam ſerenitati noſtræ & in Deum religio maior, quam violari etiam ab inimiciſſimo quoque non optabile nobis arbitramur, & circa ſereniſſimã iuuentutem tuam tam arcta noſtri cura, tam ſedula eſt, vt recte facta magis nos ſua, quam errata delectent: idcirco perennitatem tuam credidimus commonendam, vt introſpecta ratione nominis ſummi, & maieſtatis ipſius conſiderata potentia, quid agere debeas, ſolida mente perpendas. Audiui enim (nam fama non patitur occultari, præſertim quod agatur in populos) nouis clementiæ tuæ edictis eccleſiis catholi-

Vt religione ab inimicis quidem violetur, optare debet bonus princeps.

cis vim illatam fuisse, obsideri in basilicis sacerdotes, mulctam esse propositam, pœnam capitis adiectam, & legem sanctissimam sub nomine nescio cuius legis euerti. Hoc quam graue sit, poteris intueri, si Dei magnitudinem volueris cogitare. Erubesco, si quam crediderit serenitas tua astruere vellem rationē, & Dei agere causam. Quid enim hoc solum esset? Si enim iam per tot sæcula coalita & confirmata mutare, paruamne excitare discordiam videretis? ipsis humanis legibus in hac mortalitate habet nostra reuerentiã consuetudo, & in re iam vetusta atque vsitata aliquid nouum feciſſe, reprehensio est. Italia omnis atque Africa hoc sacramento credunt, hac fide gloriantur Gallia, Aquitania, omnis Hispania, Roma ipsa venerabilis, cuius etiam in hac parte principatus est, quod Deum sicut sequi voluit, agnouit. Confitebor ipse quod non sine mœrore dictum est, solum dissentiebat Illyricum; vtinam quod errasset, non extaret exemplum. Vtinam illud incolume Arianæ legis Mursinense oppidum permaneret, & non ad iudicium quondam erroris miseri concidissent, quia ipsos erudisset auctores, ne præcipua irati numinis vltione procumberent: periculose, mihi crede, diuina tentantur. Venerabilis memoriæ D. Valentinianus pater clementiæ tuæ, hac fide fideliter imperauit. Nihil ille attingere voluit, quod bene constitutum videbat. Hi certe sub eodem episcopi iam fuerunt. Quæ tanta mutatio, vt qui antea sacerdotes, nunc sacrilegi iudicentur? Iisdem certe præceptis, iisdem sacramentis dicati, eadem fide credunt, qui ante crediderunt. An putat venerabilis mihi serenitas tua conceptam semel in animis hominum religionem, quam Deus ipse constituit, posse conuelli? quantæ ex hoc discordiæ excitabuntur? quantæ contentiones oborientur? quam crebræ ac pestiferæ seditiones? quanta & quæ peruenientia ad Deum vota iustorũ? cum inter Christianos (quod dictu nefas sit) quædam persecutionis imago nascatur. Videris in quam partem hanc sedulitatem nostram interpreteris: nullo certe maiori genere curam meam circa clementiã tuam probare tibi possem, quam si te horter, vt definas. Puto enim recognosces, quod nemo hoc suaderet inimicus. Hæc amabiliter a nobis dicta esse opto vt intelligas, spero quod credas: vnde æquum admodum est,

Nouitas in rebus religionis quã sit detestanda. Romæ est principatus religionis.

ne sancto numini dicata conuellas. Italiam omnem,& venerabilem Romam, ceteraſque prouincias ſuis eccleſiis, ſuis ſacerdotibus reddas, neque te medium interſeras, cum fas ſit iuſtius eos, qui a catholica eccleſia Arianorum interpretatione diſceſſerint, errorem ſuum vera religione mutare, quam recte ſentientibus ſuam immittere prauitatem.

[a] CONCILIVM BVRDIGALENSE ADVERSVS PRISCILLIANISTAS, eorumque auctorem Priſcillianum,

Arcadio Auguſto & Bautone conſulibus congregatum, anno Chriſti CCCXXCV. *Siricii papæ* I. *Maximi imperatoris* II.

ANNO CHRISTI 385. DAMNATI iam antea fuerant Priſcillianiſtæ a Synodo Cæſarauguſtana, tum deinde Gratiani imperatoris reſcripto relegati. Sed cum a Gratiano eodem reſcriptum alterum elicuiſſent, quo reſtitui eccleſiis iubebantur, egit Ithacius præcipuus illorum inſectator cum Maximo, qui tum cæſo Gratiano Gallias obtinebat, vt de his iudicium inſtauraretur. quod factum eſt in hac Synodo Burdigalenſi. Ad quam cum deducti fuiſſent inter ceteros Inſtantius & Priſcillianus, Inſtantio epiſcopatus abrogatus eſt; Priſcillianus vero, vt Synodi iudicium euaderet, ad principem prouocauit: cuius poſtmodum ſententia capitis damnatus eſt. Quæ omnia fuſius exequitur Sulpitius Seuerus libro II. ſacræ hiſtoriæ. De Synodo autem noſtra his verbis: *Quibus*, inquit, *permotus imperator, datis ad præfectum Galliarum, atque ad vicarium Hiſpaniarum literis, omnes omnino, quos labes illa inuoluerat, deduci ad Synodum Burdigalenſem iubet. Ita deducti Inſtantius & Priſcillianus. quorum Inſtantius prior iuſſus cauſam dicere, poſtquam ſe parum expurgabat, indignus eſſe epiſcopatu pronuntiatus eſt: Priſcillianus vero, ne ab epiſcopis audiretur, ad principem prouocauit. Permiſſumque id noſtrorum inconſtantia: quia aut ſententiam in refragantem ferre debuerant; aut ſi hi ipſi ſuſpecti habebantur, aliis epiſcopis audientiam reſeruare, non cauſam imperatori de tam manifeſtis criminibus*

permittere. Ita omnes, quos causa inuoluerat, ad regem deducti. Anno Christi 385. Prosper item in chronico. *Arcadio & Bautone consulibus, Priscillianus in Synodo Burdigalensi se damnandum intelligens, ad imperatorem Maximum prouocauit: auditusque Treuiris ab Euodio præfecto prætorio, a Maximo gladio addictus est, cum Eucrocia Delphidii rhetoris coniuge, & Latroniano, aliisque erroris consortibus.*

NOTA.

Causa Cōcilii.

[a] *Concilium.*] Cum Priscillianus Cæsarauguſtano Concilio damnatus, Gratiani rescripto restitutus fuisset, Ithacius apud Maximum imperatorem eumdem vicissim citra protestationem de hæresi aliisve criminibus accusauit, mortisque supplicio dignum denuntiauit. Maximus imperator his accusationibus permotus, hanc Burdigalensem Synodum indici, atque Priscillianum cum Instantio ad eam citari & adduci mandauit. Vbi causam dixissent, Instantius epi-

Priscillianus hæresiarcha bis conuictus, Treuiris obtruncatur.

scopatu indignus pronuntiatus est. Priscillianus se damnandum intelligens, ad principem prouocauit. Cum iudices appellationi male detulissent, eamque contra ius & constitutiones ecclesiæ admisissent, Treuiris hæresiarcha auditus, bis conuictus, tandem cum quibusdam aliis iussu Maximi gladio est occisus. Hæc ex Seuero lib. 2. & Prosper. chron. Baron. ann. 385. num. 22. 23. & 24.

CONCILIVM ROMANVM SVB SIRICIO.

Tempus & causa Concilii.

[a] *Concilium Romanum.*] Anno Christi 386. ipso mense Ianuario, Romæ in basilica S. Petri celebratum est Concilium octoginta episcoporum, ad collapsam disciplinam in Africana ecclesia restaurandam. In Synodo nihil decretum, quod non apostolicis

Numerus episcoporū.

aut Nicænis Canonibus ante constitutum fuerat. Vnde Concilium, quod nominatur Carthaginense, cælibatum sacrorum ministrorum, non ex lege Siricii, sed apostolica auctoritate institutum sibi vendicat. Quos in Synodi epistola Siricius pontifex Montenses appellat, Donatistas fuisse, sciendum est: sic dictos, quod

Montenses qui & cur sic dicti.

in montibus agere & conuenire solerent.

Innouatæ constitutiones huius Concilii, in Concilio Telepteni, sub Honorio imperatore in Africa celebrato, recitatæ fuerunt. Vide Baron. ann. 386. num. 2. & 3.

CON-

ANNO CHRISTI 386.

CONCILIVM TREVIRENSE.

IN QVO ITHACIVS PRISCILLIANI accusator absolutus, Felix Treuirorum episcopus Martino præsente ordinatus est, Honorio N. P. & Euodio V. C. consulibus,

Anno Christi CCCXXCVI. *Siricii papæ* II. *Maximi imperatoris* III.

REPREHENDERANT in Ithacio multi, quod Priscillianum, eiusque socios, præter morem ecclesiasticum, in causa capitis insectaretur. Quo nomine a S. Martino ante iudicium, vt ab accusatione desisteret, sæpe admonitus; post necem vero Priscilliani, a Theognosto episcopo palam damnatus est. Hinc episcoporum in duas partes factum discidium: aliis quibus sanior mens erat, Ithacii communionem vitantibus; aliis metu regis, qui homini fauebat, cum illo communicantibus. Ex hoc genere ii fuerunt, qui ad Synodum Treuirensem hoc anno Felicem episcopum ordinaturi conuenerant. Nam & Ithacium nulla ob eam rem culpa teneri in Synodo pronuntiarunt, & Maximo auctores fuerunt, tum vt tribunos in Hispaniam cum iure gladii mitteret, qui eius sectæ conuictos vita bonisque spoliarẽt: tum vt Martinum, qui per eos dies ad comitatum venerat, ad ipsorum communionem vi regia impelleret. Ad quam quidem Martinus, cum aliter reis veniam, quam precabatur, & ne tribuni ad Hispanias pergerent, impetrare non posset, inflecti se tandem passus est, Synodũque ingressus, ordinationi Felicis interfuit. Sed facti mox pertæsus, ab Ithacianæ partis communione in posterum semper abstinuit. Hæc rerum summa. restat vt Seuerum singula in dialogis vberius narrantẽ audiamus.

Veniam, inquit, *ad illud, quod propter notam temporum Martinus semper occultauit, sed nos celare non potuit: in quo est illud miraculi, quod facie ad faciem cum eo est angelus collocutus. Maximus imperator, alias sane bonus, deprauatus consiliis sacerdotum, post Priscilliani necem, Ithacium episcopum Priscilliani accusatorem, ceteroſque illius socios, quos nominari non est necesse, vi regia tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius cuiuscumque modi hominem fuisse damnatum. Interea Martinus multis grauibusque laboran-* Lib. 3. c. 15. De vita S. Martini.

ti um cauſis ad comitatũ ire compulſus, procellam ipſam totius tempeſtatis incurrit. Congregati apud Treuiros epiſcopi tenebantur; qui quotidie communicantes Ithacio, communem ſibi cauſam fecerant.

His vbi nuntiatum eſt inopinantibus adeſſe Martinum, totis animis labefactati muſſitare & trepidare cœperũt. Et iam pridie imperator ex eorum ſententia decreuerat tribunos ſumma poteſtate armatos ad Hiſpanias mittere, qui hæreticos inquirerent, deprehenſis vitã & bona adimerent. Nec dubium erat, quin ſanctorum etiam maximam turbam tempeſtas iſta depopulatura eſſet, paruo diſcrimine inter hominum genera. etenim tum ſolis oculis iudicabatur, cum quis pallore potius, aut veſte, quam fide hæreticus exiſtimaretur. Hæc nequaquam placitura Martino epiſcopi ſentiebãt. ſed male conſciũ illa vel moleſtiſſima erat cura, ne ſe ab eorum communione aduenientes abſtineret, non defuturis qui tanti viri conſtantiam præmiſſa auctoritate ſequerentur. Ineunt cum imperatore conſiliũ, vt miſſis obuiam magiſterii officialibus, vrbem illam propius vetaretur accedere, niſi ſe cum pace epiſcoporum ibi conſiſtentium adfore fateretur. Quos ille callide fruſtratus, profitetur ſe cum pace Chriſti eſſe venturum. Poſtremo ingreſſus nocturno tempore adiit eccleſiam tantum orationis gratia: poſtridie palatium petiit. Præter multas, quas euoluere longum eſt, has principales petitiones habebat, pro Narſete Comite, & Leucadio præſide, quorũ ambo Gratiani partium fuerant, pertinacioribus ſtudiis, quæ non eſt huius tẽporis explicare, iram victoris emeriti. Illa præcipua cura, ne tribuni cum iure gladiorũ ad Hiſpanias mitterentur. pia enim erat ſolicitudo Martino, vt non ſolũ Chriſtianos, qui ſub illa erãt occaſione vexandi, ſed ipſos etiã hæreticos liberaret.

Verum primo die atque altero ſuſpendit hominem callidus imperator, ſiue vt rei pondus imponeret, ſiue quia nimis ſibi implacabilis erat, ſeu quia, vt plerique tum arbitrabantur, auaritia repugnabat: ſiquidem in bona eorum inhiauerat. Fertur enim ille vir, multis boniſque actibus præditus, aduerſus auaritiam parum conſuluiſſe. niſi fortaſſe regni neceſsitate, quippe exhauſto ſuperioribus principibus reipublicæ ærario, pene ſemper in expeditione atque procinctu bellorum ciuilium conſtitutus, facile excuſabitur quibuslibet occaſionibus ſubſidia imperio parauiſſe. Interea epiſcopi, quorum communionem Martinus non inibat, trepidi ad regem concurrunt, prædamnatos ſe conquerentes: actum eſſe de ſuo omnium ſtatu, ſi Theognoſti pertinaciam, qui eos ſolus palam lata ſententia condemnarat, Martini armaret auctoritas. non oportuiſſe hominem recipi mœnibus: illum iam non defenſorem hæreticorum eſſe, ſed

ANNO CHRISTI 486. vindicem: nihil actum morte Priscilliani, si Martinus exerceat illius vltionẽ. Postremo prostrati cũ fletu & lamẽtatione potestatẽ regiam implorãt, vt vtatur aduersus vnũ hominem vi sua. Nec multũ aberat, quin cogeretur imperator Martinũ cum hæreticorũ sorte miscere.

Sed ille, licet episcopis nimio fauore esset obnoxius, non erat nescius Martinum fide, sanctitate, & virtute cunctis præstare mortalibus. alia longe via sanctum vincere parat. Ac primo secreto accersitum blande appellat. hæreticos iure damnatos more iudiciorum publicorum potius quam insectationibus sacerdotum: non esse causam, qua Ithacii, ceterorumque partis communionem putaret esse damnandam: Theognostum odio potius quam causa fecisse discidium: eumdemque tamen solum esse, qui se a communione interim separarit: a reliquis nihil nouatum. quin etiam ante paucos dies habita Synodus Ithacium pronuntiauerat culpa non teneri. Quibus cum Martinus parum moueretur, rex ira accenditur, ac se de conspectu eius abripuit: & mox percussores his, pro quibus Martinus rogauerat, diriguntur. Quod vbi Martino compertum iam noctis tempore est, palatium irrumpit, spondet, si parceretur, se communicaturum, dummodo vt & tribuni iam in excidium ecclesiarum ad Hispanias missi retraherẽtur. Nec mora interceßit: Maximus indulget omnia.

Postridie Felicis episcopi ordinatio parabatur, sanctissimi sane viri, & plane digni, qui meliore tempore sacerdos fieret. Huius diei communionem Martinus iniit, satius æstimans ad horam cedere, quam his non consulere, quorum ceruicibus gladius imminebat. Verũtamen summa vi episcopis nitentibus, vt communionem illam subscriptione firmaret, extorqueri non potuit. Postero die se inde proripiens, cum reuertens in via mœstus ingemisceret se vel ad horam noxiæ communioni fuisse permixtum: haud longe a vico, cui nomen est Andethanna, qua vastas solitudines siluarum secreta patiuntur, progressis paululum comitibus, ille subsedit, causam doloris ac facti, accusante ac defendente inuicem cogitatione, peruoluens. Adstitit ei repente angelus: Merito, inquit, Martine compũgeris, sed aliter exire nequisti. Repara virtutem, resume constantiã, ne iam non periculum gloriæ, sed salutis incurreris. Itaque ab illo tẽpore satis cauit cum illa Ithacianæ partis communione misceri. Ceterum cum quosdam ex energumenis tardius quam solebat, & gratia minore curaret, subinde nobis cum lacrymis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se vel puncto temporis necessitate non spiritu miscuisset, detrimentum sentire virtutis. Sedecim postea vixit annos: nullam Synodum adiit, ab omnibus episcoporum conuentibus se remouit.

PROFESSIO FIDEI CATHOLICÆ DE TRINITATE,

Quæ in veteribus membranis S. Martino Turonenſi epiſcopo adſcribitur.

CLEMENS Trinitas eſt vna diuinitas. Vt autem per ſacramentum cognoſcatur, vnitas eſt ab eo qui eſt, & Spiritus ſanctus a quo qui eſt & vnigenitus: ſic exiſtens diuinæ naturæ, lucis, ſpiritus, a ſeſe per naturam, per ſubſtantiam maieſtatis, poteſtatis, virtutis, diuinæ lucis, vnus in duobus & vterque in idipſum. Pater in Filio, Filius in Patre, vterque in Spiritu ſancto. Sic tribus perſonis confitemur corpus præſcientiæ, quod ſuper omnia cuncta concludit. In hoc myſterium ergo credimus, eſſe ex nullis extantibus cuncta orta. Quod myſterium mens humana concipere non poteſt, nec oratoria lingua enarrare, neque diffuſi ſermonis bibliothecarum volumina. Si totum mundum libri repleant, diuina ſcientia non poſſit inenarrabilis enarrari: qui eſt indicibilis, nullo modo poſſit deſcribi, neque concludi, aut verbum, aut ſubſtantia propria diuinitatis ſuæ, qui eſt fons diuinæ lucis, luminis, ſubſtantiæ ſuæ natura. Sileat lingua oratoria, quia deficit ſermo de indicibili. Cum conſummauerit mens humana de diuina maieſtate dicere, tunc incipit. Quanta ſit autem diuina clementia, nemo ſcit, niſi qui genuit: & nemo comperit ſecreta Patris, niſi is qui per naturam naſcendi initium amiſit. Omnis ergo manſuetudo & modeſtia peritorum conuertatur ad prophetam: de dominica auctoritate præſumat dicendo, Credidi, propter quod locutus ſum. Quod autem per myſterium ſimplex ſit profeſſio, vt fundamentum eccleſiæ ſolidata apoſtolica auctoritate prædeſtinatio ſequens præſumat, dicens: De cetero nemo mihi moleſtus ſit, ego credo in Chriſtum & hunc crucifixum. quia cum confitetur filium hominis, confitetur & Spiritum ſanctum: quia e Spiritu ſancto & Maria Virgine mediator naſcitur. cum confitetur primogenitum, neceſſe eſt de vnigenito qui teſtimonium dicat, vnum & ſolum ſine origine eſſe in tertiam perſonam. Patrem confitetur exiſtentis diuinæ naturæ, lucis, ſpiritus,

ANNO CHRISTI 386. vt dixi. qui ſecundum naturam, vt ſupra dixi, eſt vnus in duobus, & vterque in idipſum, Pater in Filio, Filius in Patre, Pater in Spiritu ſancto, vnum in ſancta eccleſia, nunc & in immortalia ſæcula ſæculorum. Amen.

NOTÆ.

[a] *Concilium Treuirenſe.*] Cauſa habiti Treuiris in Gallia Concilii hæc eſt Ithacius, teſte Iſidoro de viris illuſtribus capite ſecundo, Hiſpaniæ epiſcopus, cognomento & eloquio clarus, acerrimus Priſcillianiſtarum hoſtis, apud imperii perduellem, ac Gratiani interfectorem Maximum hoc procurauerat, vt Priſcillianus eiuſve ſectatores hæretici, non tantum compeſcerentur, ſed vt de iiſdem etiam capitis vitæque ſupplicium ſumeretur, atque de reliquiis eorum in Hiſpania per ferrum & flammam exturbandis mandatum ederetur. Quod cum a manſuetudine Chriſtiana, qua exemplo Chriſti in primis epiſcopi ac ſacerdotes imbuti eſſe debebant, plurimum abhorreret, Theognoſtus aliique catholicæ communionis epiſcopi, Ithacium cum ſociis, velut ſanguinarium ac crudelem ſacerdotio indignum excommunicarunt. Non quidem ideo, quod aduerſus hæreticos auxilium principis imploraſſet (hoc enim ſanctus Auguſtinus, aliique ſæpius feciſſe leguntur) ſed quod importunius ac ſæuius agens, in eoſdem pœnam capitis procuraſſet, ſolitamque proteſtationem non interpoſuiſſet, qua ſe delinquentium incorrigibilium correctionem ſic expetere declararet, vt tamen a ſanguinis pœna abſtineretur. Ithacius vero Maximi imperatoris patrocinio fretus, decimo ſexto anno ante obitum ſancti Martini, qui eſt Chriſti 386. Treuiris Synodum congregari impetrauit, quæ eum velut innocentem abſoluit, nullaque culpa teneri pronuntiauit. Præſides ſanguinolenti, aduentu ſancti Martini epiſcopi, qui duorum comitum Gratiani fautorum reconciliationem: & decretam in Hiſpania inquiſitionem periculoſam deprecaturus veniebat, valde turbati, (metuebant enim morte Priſcilliani, vel abſolutione Ithacii nihil fore actum, ſi in vrbem admitteretur) rogarunt imperatorem, vrbis acceſſu epiſcopum prohiberi: nocturno tempore vrbem ingreſſus, imperatorem adiit; qui cum poſt diuturna colloquia de duobus comitibus illis, pro quorum vita precatum venerat, ſupplicium ſumi mandaſſet, vir ſanctus & clarus miraculis cum Ithacianis ſe communicaturum ſpopondit, ſi imperator innocentum vitæ parceret. Maximus omnia indulget, & ſanctus Martinus Felicem Ithacianæ factionis epiſcopum ordinando, cum ipſo aliiſve eius conſortibus communicat, ſatius exiſtimans ad horam cedere, quam his non conſulere, quorum ceruicibus gladius imminebat: vt vero communionem illam ſubſcriptione firmaret, nequaquam induci potuit. Cum hanc ob rem poſtero die plurimum doleret, aſtitit ei angelus dicens: *Merito Martine compungeris; ſed aliter exire nequiſti. Repara virtutem, reſume conſtantiam; ne iam non periculum gloriæ, ſed*

Cauſa Cōcilii.

Quare Ithacius excōmunicatus fuerit.

S. Martin. quare cum Ithacianis communicarit.

Martinus ab angelo ad conſtantiam excitatur.

salutis incurras. Itaque ab illo tempore satis cauit cum illa Ithaciana parte communione miscri. Ceterum cum quosdam ex energumenis tardius quam solebat, & gratia minore curaret, subinde nobis cum lacrymis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se vel puncto temporis, necessitate non spiritu miscuisset, detrimentum virtutis sentire. Sedecim postea vixit annos, nullam Synodum adiit, &c. Hæc ex Seuer. dialog. lib. 3. Vide Baron. anno 386. num. 25. & seq.

[a]SYNODVS [b]CAPVANA,

IN CAVSA ANTIOCHENÆ DISSENSIONIS & Bonosi hæretici, celebrata sub Siricio.

NOTÆ.

[a] *Synodus.*] Postquam Paulinus, quem Lucifer Calaritanus Antiochiæ contra Meletium Antiochenæ sedis episcopum designauerat, anno 389. obiisset, auditores illius contra Flauianum Meletii successorem, Euagrium in locum Paulini subrogarunt, ortamque ante aliquot annos discordiam continuarunt. Pontifex, & cum eo fere occidentales vniuersi contra Flauianum, sicut ante Paulino, ita nunc ab Euagrii partibus steterunt, atque imperatorem contra Flauianum per literas animarunt. Quibus ille permotus, circa hæc tempora proculdubio (certus enim annus ignoratur) in hac causa Capuæ Synodum indixit. Flauianus ad eam vocatus non venit; sed per literas ab imperatore petiuit, hoc eius auctoritate procurari, vt occidentales episcopi patiantur in oriente Concilium celebrari, in quo causam suam ipse coram agere possit. Qui autem Capuæ conuenerant, ad schisma totius ecclesiæ auertendum, constituerunt, vt tam Flauiani, quam Euagrii fautores ad communionem catholicam admittantur, modo catholicæ fidei assertores esse inueniantur. Præterea, vt dissensiones periculosissimæ omnino sedarentur, Theophilo Alexandrino vna cum aliis Ægypti episcopis, cognitionem causæ ac dissensionis inter Flauianum & Euagrium demandarunt: tum quod ille principalioris sedis in oriente antistes esset, tum etiam quod a neutrius partibus staret. Præscripta est arbitro limitata conditio hæc; vt suam a se prolatam sententiam Romanæ ecclesiæ auctoritate confirmandam ac comprobandam offerret. Quod iudicium Theophili cum Flauianus, vt constat ex epistola 78. Ambrosii, refugisset, causa Bonosi cuiusdam in Macedonia episcopi hæretici, negantis illibatam Dei genitricis Mariæ virginitatem post partum, in iudicium deducta est. Synodus cognitionem causæ Anysio Thessalonicensi cum episcopis ipsi subiectis delegauit. Quod videre est ex epistola 79. apud Ambrosium. Ab Anysio autem episcopo Thessalonicensi, Bonosum (a quo Bonosiani, ad hæreses Photini suam addentes) damnatum, eorumque quos ordinasset, communione

Ann. Caput 389

Causa Cōcilii,

Locus Cōcilii.

Bonosi hæresis quæ.

Bonosus damnatur.

ANNO CHRISTI 389. priuatum esse, testatur Innocentius papa epistola 22. c. 5.

Hac eadem Capuensi Synodo constitutum fuit, ne fierent rebaptizationes, reordinationes & episcoporum translationes. Hæc ex 78. & 79. epist. Ambrosii. Baron. anno 389. num. 67. 72. 73. & 74.

[b] *Capuana.*] Sic dicta a Capua, quæ Ptolemæo est nobilissima vrbs Campaniæ. Antea Vulturnum dictam, scribit Liuius. Oscam prius vocatam tradit Sempronius. Iulia Capua felix colonia dicitur apud Frontinum, teste Onufrio. Sicopolim aliquando dictam fuisse apud Sigonium lego. Quæ hodie Capua est, distat a veteri 2000. passuum, vt scribunt Leander & Carrafa. In veteribus autem ruinis hodie tantum extare templum beatæ Mariæ sacrum iidem narrant, ab Ortelio.

ANNO CHRISTI ....

CONCILIVM NEMAVSENSE.

Cuius acta Martinus, licet absens, angelo nuntiante cognouit.

QVI Synodi huius auctor nobis est, Sulpitius Seuerus, quo tempore celebrata sit non indicat. rem autem hoc modo gestam narrat sub finem dialogi 2. *Apud Nemausum*, inquit, *episcoporum Synodus habebatur, ad quam quidem ire noluerat, sed quid gestum esset, scire cupiebat. Casu cum eo iste Sulpitius nauigabat, sed procul, vt semper, a ceteris in remota nauis parte residebat. Ibi ei angelus quid gestum esset in Synodo nuntiauit. Nam post tempus habiti Concilii solicite requirentes, satis compertum habuimus, ipsum diem conuentus, & ea ibi ab episcopis fuisse decreta, quæ Martino angelus nuntiauit.*

ANNO CHRISTI 390.

[a] CONCILIVM MEDIOLANENSE,

QVO IOVINIANVS CONDEMNATVS FVIT, SVB SIRICIO PAPA.

NOTÆ.

[a] *Concilium.*] Cum Iouinianus hæresiarcha, post octo annorum latebras, anno Christi 390. qui est Siricii pontificis sextus, & Theodosii imperatoris duodecimus annus, post cladem Thessalonicensem, teste Ambrosio epistola 28. Mediolano, vbi sub habitu monastico & catholico nomine latuerat, eiectus, Romæ plures sermone scriptisque a se commentariis seduxisset, idque Pammachii cuiusdam nobilissimi senatoris, ardentissimi & doctissimi catholicæ fidei propugnatoris opera, studio ac diligentia Siricio pontifici innotuis- Tempus Concilii.

set ; coacto ſtatim auctoritate pontificis Romani eccleſiæ presbyterio , Iouinianus hæreſiarcha cum Heluidio aliiſque ſectatoribus collegis damnatur. De qua re vt Mediolanenſis eccleſia, vnde exierat, certior fieret; literas de rebus omnibus, in cauſa Iouiniani Romæ geſtis, ad eamdem eccleſiam ſcribit, eaſque per tres legatos preſbyteros iſtuc deferri procurat. epiſtola pontificis ſupra extat. Cum Mediolanum veniſſent, indicta eſt Synodus ex Gallia, aliiſve vicinis prouinciis. Epiſcopi, quorum nomina ſynodalis epiſtola ſubſcripta refert, conuocati conuenerunt. Poſt lectam Siricii epiſtolam, & cauſæ cognitionem, ea, quam Siricius contra Iouinianum eiuſve collegas protulerat Romæ ſententiam, ſynodico hoc patrum decreto confirmata fuit. De rebus in Synodo geſtis patres Concilii ad Siricium pontificem reſcripſerunt epiſtolam ſynodicam huius initii.

Cauſa & acta Concilii.

Anno Christi 390.

Domino dilectiſſimo fratri, &c.

Recognouimus literis ſanctitatis tuæ boni paſtoris, *&c.*] *Extat ſupra inter epiſtolas Siricii. Quæ cum ſit reſponſoria ad epiſtolam Siricii Mediolanenſi eccleſiæ ſcriptam, priores collectores imitatus, eam pontificis epiſtolæ ibidem ſubiungere voluit. Vide Baron. anno 390. num. 35. 36. & ſequentibus.*

Iouinianus qualis fuerit, & quæ dogmata docuerit.

Iouinianus.] Hic cum collegis impietatis aliquamdiu Mediolani monachus, ſub Ambroſio vixit in monaſterio. Dogmata eius ſanctus Hieronymus ſic deſcribit : *Dicit virgines, viduas & maritatas, quæ ſemel in Chriſto lotæ ſunt, ſi non diſcrepent ceteris operibus, eiuſdem eſſe meriti. Nititur approbare eos, qui plena fide in baptiſmate renati ſunt, a diabolo non poſſe ſubuerti. Tertium proponit, inter abſtinentiam ciborum, & cum gratiarum actione ſumptionem eorum, nullam eſſe diſtantiam. Quartum, quod & extremum eſt, eſſe omnium qui ſuum baptiſma ſeruauerunt, vnam in regno cælorum remunerationem.* Hæc Hieronymus libro ſecundo contra Iouinianum. Sed longius progreſſus, Deiparam Mariam deſiiſſe virginem eſſe, cum Chriſtum peperit, affirmauit. Cum Manichæis negauit filium Dei veram carnem aſſumpſiſſe. Hæc ex Ambroſio, Auguſtino, Hieronymo, *&c.* Baron. anno 382. num. 29. & ſequentibus.

[a]CONCILIVM NOVATIANORVM ANGARI CELEBRATVM, SVB SIRICIO.

NOTA.

Nouatianorum de Paſchate ſententia.

[a] *Concilium.*] Socrates libro quinto cap. 20. refert hoc Nouatianorum conuentu Canonem conſtitutum fuiſſe de feſto Paſchatis, *quem* ἀδιάφορον, *id eſt, indifferentem vocabant, docebantque diſſenſionem de feſto Paſchatis non ſatis iuſtam cauſam eſſe, cur eccleſia dirimeretur: neque*

Anno Christi 390.

neque eos, qui in Pazo coacti fuissent, præiudicium generali Canoni feciſſe. Licuiſſe cuilibet abſque diſpendio catholicæ veritatis Paſcha celebrare die qua vellet, deinceps ſubiungit, vt ſcilicet epiſcopos Nouatianos ſchiſmaticos & hæreticos, Nouatianus ſcriptor contra conſcientiam & veritatem defendat. Vide Baron. anno 391. num. 17. 18. 19.

Anno Christi 393.

[a] CONCILIVM HIPPONENSE IN AFRICA CELEBRATVM, SVB SIRICIO.

NOTÆ.

[a] *Concilium.*] Anno Chriſti 393. pontificatus Siricii 9. imperatoris Theodoſii 15. celebratum eſſe hoc Concilium, colligitur ex principio Africani Concilii, vbi hæc verba leguntur: *Glorioſiſſimo imperatore Theodoſio ſemper Auguſto tertium, & Abundantio viro clariſſimo, conſulibus, octauo Idus Octobris, Hippone Regio, in ſecretario baſilicæ pacis.* Horum conſulatum cum prædicta Chriſti, pontificis & imperatoris chronologia coincidere, faſtos conſulares intuenti patebit. Tempus Concilii.

Ob quam cauſam habitum fuerit, patres Carthaginenſis Concilii initio breuiarii, de quo infra, his verbis indicant: *Ea, quæ in Concilio Hipponenſi iamdudum maturata ſunt, & legitime ad corrigendam diſciplinam ſalubriter geſta & ſtatuta noſcuntur, effrenata temeritate quoſdam minime cuſtodire.* Quodquidem adeo efficaciter præſtiterunt, vt cetera Concilia poſtea in Africa celebrata, ex Hipponenſi, tamquam archetypo quodam, complura mutuata fuerint. Decreto Concilii Carthaginenſis, Cæſario & Attico conſulibus; anno Chriſti 397. celebrati, ex quadraginta Canonibus & vno confectum eſt quoddam breuiarium, quo eorumdem, vt facilius innoteſcerent, breuis ſumma deſcripta eſt. Ipſi vero Canones Carthaginenſi tertio intexti habentur: quo loco, quove ordine, marginales notæ ſingulis ſummis appoſitæ indicant. Huius Concilii Hipponenſis meminit Poſſidius in vita ſancti Auguſtini cap. 7. quæve in eo fuerint partes ſancti Auguſtini, ita deſcribit: *Per idem tempus coram epiſcopis hoc illi iubentibus, qui plenarium totius Africæ Concilium Hippone agebant, de fide & ſymbolo presbyter adhuc Auguſtinus diſputauit.* Et quidem cum omnium laude & admiratione tanta, vt quem omnes epiſcopum cuperent, Valerius ne ſuæ eccleſiæ eriperetur, poſtularit & impetrauerit, anno Chriſti 394. ſibi adhuc viuenti in epiſcopatu ſubrogari. Poſſidius prædicto loco cap. 8. Cui totius Africanæ prouinciæ epiſcopi omnes interfuerunt jure meritoque alibi generale, alibi plenarium Concilium appellatur: licet vere tantum prouinciale fuerit. Vide Baron. anno 393. num. 33. & 34. Cauſa Concilii.

Concilii Hipponenſis abbreuiationes factæ in Concilio Carthaginenſi tertio, infra poſt Canones eiuſdē Concilii poſitæ habentur.

Anno Chr. 394.

[a] CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM,

In quo causa duorum episcoporum, eumdem Bostiensem episcopatum sibi vendicantium, definita fuit.

NOTA.

Acta Concilii.

[a] *Concilium.*] Ob controuersiam duorum episcoporum Agapii & Gebadii eumdem Bostiensem episcopatum sibi vendicare satagentium, cum multis aliis ecclesiæ orientalis episcopis, quorum nomina in actis recensentur, duos patriarchas, Alexandrinum nimirum & Antiochenum conueniisse, probabile non est. Sed potius illud maiore fide asseri posse videtur, quod ad dedicandam nouam basilicam apostolorum Petri & Pauli nomine, a Rufino præfecto prætorio erectam, conuocati & congregati, post sacra solennia ex more expleta, prædictam controuersiam inter nominatos supra episcopos obortam, iudicio suo definiuerunt eo modo, quo acta a Theodoro Balsamone enarrata declarant, nimirum, ex sententia Theophili Alexandrini decisum fuisse, non aliter, quam synodali iudicio, cui episcopi fere vniuersi interfint, episcopum deponi posse aut licere. Vide Baron. anno 394. num. 25. & sequentibus.

Anno Chr. 394.

CONCILIVM [a] ADRVMETINVM IN AFRICA.

NOTA.

Tempus Concilii.

[a] *Adrumetinum.*] Arcadio tertium & Honorio secundum consulibus, anno nimirum Christi 394. Adrumeti in Africa hanc Synodum celebratam, atque ad eam ab Aurelio Carthaginensi episcopo legationem missam fuisse, patet infra initio Concilii Africani, vbi hæc scripta leguntur: *Glorioſiſſimis imperatoribus Arcadio tertiũ & Honorio ſecundũ Auguſt. conſulibus, ſexto Kalendarum Iuliarum Carthagine. In hoc Concilio legati directi ſunt epiſcopi, proconſulares ad Concilium Adrumetinum.* Quæ vero in hac Synodo constituta fuerint, non apparet; ideo quod diuersorum Conciliorum Canones in vnum collecti, simul sub vno titulo Concilii Africani, admixti habeantur. Vide Baron. anno 394. num. 32.

ANNO CHRISTI 394.

[a] CONCILIVM CAVERNENSE DONATISTARVM:

In quo Maximianiſtæ Primianiſtas cum ſuo auctore Primiano condemnarunt.

NOTA.

[a] *Concilium Cauernenſe.*] Apud Cauernas Suſis, qui eſt locus Carthagini propinquus, Arcadio tertium & Honorio ſecundũ conſulibus, anno nimirum Chriſti 394. ex Maximianiſtis conuenerunt 53. epiſcopi, qui poſt aliquantulam cognitionem cauſæ, Primianum cum ſuis ſectatoribus, iam ante Cebarſuſſi a centum & amplius epiſcopis Maximianiſtis prædamnatum, iterata ſententia condemnarunt. Primianus Parmeniano defuncto ſuffectus erat. aduerſus hunc poſtea ab aliis Donatiſtis creatus eſt Maximianus diaconus: ſicque maximum inter eos ſchiſma conflatum eſt. Fautores Primiani, Primianiſtæ: Maximiani, Maximianiſtæ; ſicut etiam alii a Claudio Claudianiſtæ; a Rogato Rogatiſtæ appellati fuere. Ita qui Donatiſtæ ante a Donato nominabantur, deinceps in partes & varias factiones more hæreticorum omnium diuiſi, ab auctoribus ſciſſionum nomine nuncupati fuerunt. Vt ſcilicet manifeſte oſtendant, ſe, qui non a Chriſto, ſed vel ab auctoribus vel dogmatibus ſuæ hæreſeos denominantur, non eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti ſynagogam eſſe. Hieronymus contra Luciferia. in fine. Hæc ex Auguſtini comment. in pſalm. 36. Item ex 3. & 4. lib. contra Creſconium. Baron. anno 394. num. 33. & ſequentibus.

Locus & tempus Cõcilii.

Numerus epiſcoporum.

Primianiſtæ & Maximianiſtæ qui.

ANNO CHRISTI 394.

CONCILIABVLVM [a] BAGAIENSE PRIMIANISTARVM, CONTRA MAXIMIANVM.

NOTA.

[a] *Bagaienſe.*] Bagai ciuitate Numidiæ trecenti & decem epiſcopi, a Primiano Carthaginenſi epiſcopo Donatiſta aduerſariæ factionis vocati, conuenerunt: vbi conſidentes, examinata cauſa ipſius Primiani, qui aderat, & Maximiani itidem epiſcopi Carthaginenſis abſentis, aliorumque eidem communione coniunctorum, in Maximianiſtas eam, quam recitat Auguſtinus contra Creſconium lib. 3. cap. 53. damnationis ſententiam protulerunt. Vide Baron. anno 394. num. 43. & 44.

Locus Concilii.

[a]CONCILIVM [b]TAVRINENSE

EPISCOPORVM GALLIÆ ROGATV IN TAVRINATVM VRBE CONGREGATVM, x. Kalendas Octobris, [c] anno Christi, vt coniectura est, CCCXCVII. Honorii Augusti III. Siricii papæ XIII.

TITVLI CANONVM.

I. *De primatu Proculi episcopi Massilienſis.*

II. *De primatu Arelatenſis & Viennenſis eccleſiæ.*

III. *De ordinationibus illicitis contra ſtatuta patrum præſumptis.*

IV. *De Palladio laico, qui presbytero crimen intulerat.*

V. *De Exuperantio presbytero, qui epiſcopo ſuo contumelioſus extitit.*

VI. *De iis qui a Felicis epiſcopi communione ſe ſeparare voluerint, vt recipiantur.*

VII. *Vt clericum alterius nemo ſuſcipiat, vel eccleſiæ ſuæ ordinet, neque abiectum in communionem recipiat.*

VIII. *De ordinatis contra interdictum, & de iis qui ordinati filios genuerunt.*

SYNODICA

AD VNIVERSOS EPISCOPOS GALLIARVM.

Sancta Synodus, quæ conuenit in vrbe Taurinatium die x. *Kalendas Octobris, fratribus dilectiſſimis per Gallias & quinque prouincias conſtitutis.*

CVM ad poſtulationem prouinciarum Galliæ ſacerdotum conueniſſemus ad Taurinatium ciuitatem, atque in eiuſdem vrbis eccleſia auctore vel medio Domino ſederemus, auditis allegationibus epiſcoporum, eorum videlicet qui ad iudicium noſtrum fuerant congregati, de ſingulis negotiis hæc ſententiæ forma proceſſit; ita vt pacis bonum, & inſtituta Canonum ſeruarentur, & plurimorum intentionibus adhiberetur vtilis medicina.

I.

Nam cum primum omnium vir ſanctus [d] Proculus Maſſilienſis epiſcopus ciuitatis ſe tamquam

ANNO CHRISTI 397. metropolitanum ecclesiis, quæ in secunda prouincia Narbonensi positæ videbantur, diceret præesse debere, atque per se ordinationes in memorata prouincia summorum fieri sacerdotum: siquidem assereret easdem ecclesias vel suas parochias fuisse, vel episcopos a se in eisdem ecclesiis ordinatos; & e diuerso eiusdem regionis episcopi aliud defensarent, ac sibi alterius prouinciæ sacerdotem præesse non debere contenderent: id iudicatum est a sancta Synodo contemplatione pacis atque concordiæ, vt non tam ciuitati eius, quæ in altera prouincia sita est, cuius magnitudinem penitus nesciremus, quam ipsi potissimum deferretur, vt tamquam pater filiis honore primatus adsisteret. Dignum enim visum est, vt quamuis vnitate prouinciæ minime tenerentur, constringerentur tamen pietatis affectu. Hæc igitur ipsi tantum in vita eiusdem forma seruabitur, vt in ecclesiis prouinciæ secundæ Narbonensis, quas vel suas parochias, vel suos discipulos fuisse ordinatos constiterit, primatus habeat dignitatem. Illud quoque a partibus sit obseruandum, quod licet ex superfluo, non tamen inutiliter commonetur, vt ipse sanctus Proculus, tamquam pius pater, consacerdotes suos honoret vt filios; & memoratæ prouinciæ sacerdotes, tamquam boni filii, eumdem habeant vt parentem, & inuicem sibi exhibeãt caritatis affectum, impleto hoc quod ait beatus Apostolus, *Honore mutuo præuenientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* Rom. 12. 10. & 16.

II.

Illud deinde inter episcopos vrbium Arelaten-

sis & Viennensis, qui de primatus apud nos ho- Anno Christi 397
nore certabant, a sancta Synodo definitum est, vt qui ex eis approbauerit suam ciuitatem esse metropolim, is totius prouinciæ honorem primatus obtineat: & ipse iuxta Canonum præceptum ordinationum habeat potestatem. Certe ad pacis vinculum conseruandum, hoc consilio vtiliore decretum est, vt si placet memoratarū vrbium episcopis, vnaquæque de his viciniores sibi intra prouinciam vindicet ciuitates, atque eas ecclesias visitet, quas oppidis suis vicinas magis esse constiterit: ita vt memores vnanimitatis atque concordiæ, non alter alterum, longius sibi vsurpando, quod est alii propius, inquietet.

III.

Gestorum quoque seriem conscribi placuit ad perpetem disciplinam, quæ circa Octauium, Vrsionem, * Remigiū & Triferium episcopos Synodus * Fimidium
sancta decreuit, qui in vsurpatione quadam de ordinatione sacerdotū ad inuidiam vocabantur. Quod eis eatenus videtur indultū, vt de cetero hac auctoritate commoniti, nihil tale vsurpare conentur. Si quidem ea se ab hac causa excusatione defenderint, quod dicerent prius se non esse conuentos. Proinde iudicauit Synodus, vt si quis ex hoc fecerit contra statuta maiorum, sciat is qui ordinatus fuerit, sacerdotii se honore priuandum: ille vero qui ordinauerit, auctoritatem se in ordinationibus vel in Conciliis minime retenturum. Non solum autem circa memoratos episcopos hæc sententia prævalebit, sed & circa omnes, qui simili errore de-

ANNO CHRISTI 397. cepti, ordinationes huiusmodi perpetrarunt.

IV.

De Palladio autem laico, qui Spano presbytero non leue crimen intenderat, inter quos episcopus Triferius eiusdem criminis causas se cognouisse testatus est; id Concilii decreuit auctoritas, vt idem Palladius in eadem sententia maneret, qua cognitionis tempore a Triferio fuerat sacerdote multatus. in hoc ei humanitate reseruata Concilii, vt ipse Triferius in potestate habeat, quando voluerit, ei relaxare.

V.

Statuit quoque de Exuperantio presbytero sancta Synodus, qui ad iniuriam sancti episcopi sui Triferii grauia & multa congesserat, & frequentibus eum contumeliis prouocauerat; ita vt nonnulla fecerit contra ecclesiasticam disciplinam, propter quam causam ab eo fuerat dominica communione priuatus: vt in eius sit arbitrio restitutio ipsius, in cuius potestate fuit eius abiectio. hoc est, vt quando vel idem Exuperantius satisfecerit, vel episcopo Triferio visum fuerit, tunc gratiam communionis accipiat.

VI.

Illud præterea decreuit sancta Synodus, vt quoniam legatos episcopi Galliarum, qui [e] Felici* communicant, destinarunt; si qui ab eius communione se voluerint sequestrare, in nostræ pacis consortium suscipiantur, [f] iuxta literas venerabilis memoriæ Ambrosii episcopi, vel Romanæ ecclesiæ sacerdotis, dudum latas, quæ in Concilio legatis præsentibus recitatæ sunt.

* *Binius legit,* [e] Felici non cõmunicãt,

VII.

Nec illud prætermittendum fuit, quod Synodi sententia definitum est, vt clericum alterius secundum statuta Canonum nemo suscipiat, neque suæ ecclesiæ licet in alio gradu audeat ordinare, neque abiectum recipiat in communionem. Anno Christi 397.

VIII.

Hi autem qui contra interdictum sunt ordinati, vel in ministerio filios genuerunt, ne ad maiores gradus ordinum permittantur, Synodi decreuit auctoritas. Incolumes vos Dominus noster æuo longissimo conseruare dignetur, domini fratres dilectissimi.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI SOCIETATIS IESV.

1. *Anno Christi* CCCXCVII.] Huic anno adscribendum censuit Baronius: Septembrem vero mensem designat Synodi præfatio. Verum ex Zosimi papæ epistola II. & altera eiusdem ad Africanos, constat, quo tempore habita est Synodus Taurinensis, Briccium apud Turonos episcopum fuisse. Habita ergo est post mortem S. Martini, cui Briccius successit. At Martinus veterum consensu mense Septembri anni CCCXCVII. nondum e viuis excesserat. Quare hic annus Synodo non congruit. quod si eos audimus, qui Martini obitum in annum Christi CCCC. vel longius etiam reuciunt, Synodi pariter epocham differri oportebit.

2. *Qui Felici communicant.*] De quo dictum in Synodo Treuirensi. Male autem in vulgatis, *qui Felici non communicant.* abest enim a manuscriptis negatio, & abesse debere res docet.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Acta Concilii.

[a] *Concilium.*] Hoc Concilio, principio, duæ istæ epistolæ, in causa communicationis cum Felice Ithacianæ factionis episcopo, a Siricio & Ambrosio ad Taurinensem Synodum scriptæ, de quibus supra, lectæ fuerunt. Deinde, altercationes inter Arelatensem & Viennensem episcopos de primatu certantes, sedatæ sunt. Illi enim ciuitati primam dignitatem adiudicarunt, quæ se eius prouinciæ metropolim esse ostenderet. Tertio declaratum fuit, Narbonensis ecclesiæ primam sedem esse apud Massilienses, atque Proculum eiusdem sedis episcopum, metropolitanum episcopum habendum esse.

[b] *Tau-*

ANNO CHRISTI 397.

[b] *Taurinense.*] Taurinum quondam Augusta Taurinorum, vrbs est in regione Pedemontana, pulcerrimis ornata structuris, & arce elegantissima. Habet archiepiscopatum & academiam illustrem. Taurinum qualis vrbs.

[c] *Siricii papæ.*] Hoc Concilium sub pontificatu Siricii adhuc viuentis, & paulo post obitum S. Ambrosii Mediolanensis ecclesiæ episcopi, habitum fuisse, verba Can. 5. circa finem manifesto indicant. Cum itaque Cæsario & Attico consulibus, teste Marcel. in chronico, Ambrosius defunctus fuerit; iisdemque consulibus Simplicianus eidem suffectus esse reperiatur, Can. 48. Conc. Carthag. III. demum etiam non vltra sequentem annum Siricius pontifex superstes fuerit, hanc Synodum præcise decimo Kalend. Octobres, anno Christi 397. qui est Siricii penultimus, Arcadii & Honorii imperatorum 3. celebratam fuisse, necessario est concedendum. Tempus Synodi.

[d] *Proculus.*] Hic est ille Proculus nomine insignis, ab Hieron. epist. 4. ad Rusticum plurimum cõmendatus, quem vna cum S. Ambrosio Aquileiẽsi Concilio interfuisse supra vidimus. De Proculo plura ibid. Proculus. Cap. 1.

[e] *Felici non communicant.*] Hic est ille Felix a S. Martino & ab Ithacianæ factionis consortibus episcopis sanguinariis ordinatus, cui Galliarum episcopi non communicarunt ob eam causam, de qua supra egimus in notis Concilii Treuirensis. De hoc Concilio vide Baron. anno 397. num. 42. & 43. Felix quis. Cap. 5.

[f] *Iuxta literas venerabilis memoriæ Ambrosii episcopi, vel Romanæ ecclesiæ pontificis.*] Literas pacificas, quarum communicatione hæretici vel etiam schismatici in communionem ecclesiæ recipiebantur, dare & impertiri, Romano pontifici ex officio ordinario; Mediolanensis ecclesiæ episcopo ex eiusdem pontificis delegatione competebat, vt probat Baronius anno 405. num. 55. & sequentibus. Vnde grauiter errat, qui ex hoc loco Mediolanensis episcopi, & Romani pontificis parem eamdemque potestatem esse existimat. Vide notas Concilii Tolet. I. verbis, *Per sanctum Simplicianum*, &c. An Romani pontificis & Mediolanensis episcopi æqualis potestas fuerit.

[a] CONCILIVM CARTHAGINENSE

[b] NOMINE SECVNDVM, ORDINE TEMPORIS, inter Carthaginensia extantia vere postremum, circa tempora Cælestini papæ.

Probatum a Leone IV. *Ca. de libellis. d. 20.*

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *Vt Trinitas & credatur & prædicetur.*

II. *Vt castitas a Leuitis & sacerdotibus custodiatur.*

III. *Vt chrisma & benedictio puellarum, & reconciliatio pœnitentium, a presbyteris non fiant.*

IV. *Vt presbyter pœnitentem, iussus ab episcopo suo, reconciliet.*

V. *Vt diœcesis, quæ episcopum nunquam habuit, non habeat.*

VI. *Vt qui criminibus implicati sunt, clericos non accusent.*

VII. *Vt, qui excommunicatum alterius susceperit, excommunicetur.*

VIII. *Vt, si presbyter excommunicatus sacrificare præsumpserit, anathematizetur.*

IX. *Vt, si presbyter inconsulto episcopo agenda celebrauerit, honore priuetur.*

X. *Quanti debeant iudicare sacerdotem, atque* * *Leuiten.* Actum Carthag. 397. * Leuit.

XI. *Vt nullus parochiam alienam præsumat.*

XII. *Vt sine consultu metropolitani nullus ordinetur episcopus.*

XIII. *Vt, qui contra professionem & subscriptionem suam venerit, in Concilio deponatur.*

GLORIOSISSIMO imperatore [c] Valentiniano Augusto IV. & Theodosio viris clarissimis consulibus, 14. Kalendas Iunii, Carthagine [d] in basilica Perpetua restituta, cum [e] Genedius episcopus vna cum Victore * Abderitano, & alio Victore Pupputanensi, & ceteris coepiscopis suis prouinciarum diuersarum, consedisset, Genedius episcopus dixit: * Adrumetano.

CAPITVLA.

I.

Omnipotenti Deo gratias refero, qui permisit, vt secundum commune Concilium habitum in prætorio, etiam ita, iuxta tenorem petitionis literarum mearum, ad Carthaginem pro fide atque vtilitate ecclesiastica veniretis, licet non omnes. Tamen quoniam caritas totum persuadet, vt qui corpore sunt absentes, nobiscum in spiritu videantur esse coniuncti: idcirco, Deo propitio, quia præsentes estis, pari professione fides ecclesiastica, quæ per nos traditur, in hoc cœtu glorioso primitus confitenda est. Tunc demum, ordo ecclesiasticus singulorum ex consensu omnium est extruendus atque roborandus, vt fratrum & coepiscoporum nuper promotorum mentes de his, quæ proponenda sunt, roborentur. Et sicut a patribus certa dispositione accepimus, vt Trinitatem, quam in nostris finibus consecratam retinemus, Patris & Filii & Spiritus S.

Cod. Can. Can. 1. Variat paulo vt infra.

ANNO CHRISTI 397. vnitatem, quæ nullam noscitur habere notitiam, sicuti didicimus, Dei populos instruamus. Ab vniuersis episcopis dictum est: Plane sic accepimus, sic tenemus, fidem apostolicam sequentes.

II.

f Aurelius episcopus dixit: g Cum in præterito Concilio de continentiæ & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione quadam * castitatis, per consecrationes annexi sunt. Episcopos, inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, vt condecet sacrosanctos antistites, & Dei sacerdotes, nec non & Leuitas, vel qui sacramentis diuinis inseruiũt, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter, quod a Deo postulant, impetrare; vt quod apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet, vt episcopi, presbyteri, & diaconi, vel qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, h etiam ab vxoribus se abstineant. Ab omnibus dictum est: Placet, vt in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altari deseruiunt.

* castitati,

Cod. Can. cap. 3. Dist. 84. Cũ in præterito. Dist. 31. Episcopos presbyt.

Cod. Can. cap. 4. Variat paulo, vt infra.

III.

i * Fortunatus episcopus dixit: Si iubet sanctitas vestra, suggero. Nam k memini præterito Concilio fuisse statutum, vt chrisma, vel reconciliatio pœnitentium, nec non & puellarum consecratio, a presbyteris non fiant. Si quis autem emerserit hoc faciens, quid de eo statuendum sit? Aurelius episcopus dixit: Audiuit dignatio vestra suggestionem fratris & coepiscopi nostri Fortunati. Quid

* Fortunatianus

Cod. Can. cap. 6. 26. q. 6. Si iubet sanctitas.

ad hæc dicitis? Ab vniuersis episcopis dictum est: Chrismatis confectio, & puellarum consecratio, a presbyteris non fiant. Vel reconciliare quemquam in publica missa, presbytero non licere, hoc omnibus placet. ANNO CHRISTI 397.

IV.

God. Can. cap. 7. 26. qu. 6. Aurelius episcopus.

Aurelius episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se * reconciliari diuinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet vtique presbyter consulere episcopum, & sic periclitantem eius præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri Concilio corroborare. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est. * reconciliari.

V.

16. q. 1. Felix.

Felix episcopus * Selemselitanus dixit: Etiam, si hoc placet sanctitati vestræ, insinuo, vt diœceses, quæ nunquam episcopos * acceperunt, non habeant: & illa diœcesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. Et si accedente tempore, crescente fide, Dei populus multiplicatus desideraverit proprium habere rectorem, eius videlicet voluntate, in cuius potestate est diœcesis constituta, habeat episcopum. Secundum autem hanc prosecutionem sanctitas vestra æstimet, quid fieri debeat. Genedius episcopus dixit: Si placet insinuatio fratris & coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab vniuersis episcopis dictum est, Placet. * Selen. * habuerunt.

VI.

Cod. Can. 18.

Numidius episcopus * Massylitanus dixit: Præterea sunt quamplurimi non bonæ conuersatio- * Mas. clausinitan. al. Mas. tanus.

ANNO CHRISTI 397. nis, qui existimant maiores natu vel episcopos, passim vageque in accusationem pulsandos; debent tam facile admitti, necne? Aurelius episcopus dixit: Placet ergo caritati vestræ, vt is qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem aduersus maiores natu non habeat accusandi? Ab vniuersis episcopis dictum est: Si criminosus est, non admittatur: Omnibus placet.

VII.

* Selãbinitanus Felix episcopus * Selemselitanus dixit: Illud autem vestræ suggero sanctitati, vt si qui pro facinoribus suis de ecclesia pelluntur, & ausi fuerint ad comitatum pergere, aut ad iudicia publica prosilire, aut forsitan ecclesiæ catholicæ limina conturbare, si episcopus vel clericus cuiuslibet plebis, eos * *for.* cõsensu fui episcopi sine * consensu susceperit, de his quid censetis? Epigonius episcopus Bullensium regionum dixit: Si quis episcopus, communionem tenens catholicam, huiusmodi homines, vanis blandimentis incedentes, temere susceperit, sciat cum his se rectissime deprauatum vel damnatum. Genedius episcopus dixit: Ergo recte suggerunt fratres & coepiscopi, vt qui merito facinorum suorum ab ecclesia pulsi sunt, si ab aliquo episcopo aut presbytero vel clerico fuerint in communione susceptι, refugientes sui episcopi regulare iudicium, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet. 11. qu. 3. Qui merito fac.

VIII.

[1] Alypius episcopus ecclesiæ Tagastensis, legatus prouinciæ Numidiæ, dixit: nec illud præter- Cod. Can. c. 10.

mittendum est, vt si quis forte presbyter ab epi- Anno Christi 371.
scopo suo correptus, aut excommunicatus, tumore vel superbia inflatus, putauerit separatim Deo sacrificia offerenda, vel aliud erigendum altare contra ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit, non exeat impunitus.[m] Valentinus primæ sedis prouinciæ Numidiæ, dixit: Necessario disciplinæ ecclesiasticæ & fidei congrua sunt, quæ frater noster Alypius prosecutus est. Proinde, quid exinde videtur vestræ dilectioni, edicite: Si quis presbyter contra episcopum suum inflatus schisma
Cod. Can. c. 11. fecerit, anathema sit. Ab vniuersis episcopis dictum est: Si quis presbyter a præposito suo excommunicatus vel correptus fuerit, debet vtique apud vicinos episcopos conqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus, secernendum se ab episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificium Dei obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. Nihilominus & de ciuitate & congregatione, in qua fuerit, longius repellatur, ne vel ignorantes, vel simpliciter viuentes, serpentina fraude decipiat; quoniam secundum
Ephes. 4. Apostolum: *Ecclesia vna est, vna fides, vnum baptisma.* Et si querimoniam iustam aduersus episcopum habuerit, inquirendum * erit.

IX.

Numidius episcopus * Massylitanus dixit: In quibusdam locis sunt presbyteri, qui aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audacter, præsen-

ANNO CHRISTI 397. te & inconsulto episcopo, complurimis in domiciliis agant agenda, quod disciplinæ incongruum cognoscit esse sanctitas vestra. Genedius episcopus dixit: Fratris & coepiscopi nostri dignæ suggestioni respondere non immoremur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Quisquis presbyter inconsulto episcopo agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.

X.

*Selãbinitanus Felix episcopus * Selemselitanus dixit: Etiam hoc adiicio secundum statuta veterum Conciliorum, vt si quis episcopus (quod non opinamur) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas, non posse plurimos congregare; ne in crimine remaneat, a duodecim episcopis audiatur, & a sex presbyteris, & a tribus diaconibus, cum proprio suo episcopo. Genedius episcopus dixit: Quid ad hoc dicit sanctitas vestra? Ab vniuersis episcopis dictum est, a nobis veterum statuta debere seruari.

Cod. Can. 12. & 13. 15.qu.7. Felix 3. qu. 8. Suggero secũdum sta.

XI.

*Abziritanus al. Abzuritanus Victor episcopus * Abderitanus dixit: Roboranda est ecclesiastica disciplina, ne quisquam episcoporum alterius plebes, vel diœcesim sua importunitate pulsare debeat. qui hoc facere tentauerit, quemadmodum coercendus est? Genedius episcopus dixit: Et lex sancta prohibet, & ipsa veritas definit, non debere quemquam aliena concupiscere. Proinde, quid etiam vobis omnibus placeat, propria voce signate. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet, secundum diuinæ legis & sancti euan-

Exod. 20. *Deut.* 5. & 7. *Deut.* 19. & 27. *Prou.* 22.

Matth. 5.

gelii auctoritatem, vt nemo noſtrum alienos limites tranſgrediatur. Anno Christi 397.

XII.

Numidius epiſcopus * Maſſylitanus dixit: Alii epiſcopi vſurpatione quadam exiſtimant, contempto primate cuiuſlibet prouinciæ ſuæ, ad deſiderium populi, epiſcopum ordinare, ſine literis ad ſe primæ cathedræ manantibus, neque poſtea acceptis. Quid de hoc ſtatuit ſanctitas veſtra? Genedius epiſcopus dixit: Quoniam communis eſt honorificentia, quam vnicuique ſeruari oportet, idipſum fraternitati veſtræ conuenit pronuntiare. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Placet omnibus, vt inconſulto primate cuiuſlibet prouinciæ, tam facile nemo præſumat, licet cum multis epiſcopis, in quocumque loco ſine eius (vt dictum eſt) præcepto epiſcopum ordinare. Si autem neceſſitas fuerit, tres epiſcopi, in quocumque loco ſint, cum primatis præcepto ordinare debeant epiſcopum.

* Melitanus ex Milano.

Diſtinct. 31. Placet omnibus.

XIII.

Genedius epiſcopus dixit: omnia ergo, quæ a veſtro cœtu glorioſiſſimo ſtatuta ſunt, placet ab omnibus cuſtodiri? Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Placet, placet, vt cuſtodiantur ab omnibus. Genedius epiſcopus dixit: Si (quod non opinamur) ab aliquo fuerint violata, quid ſtatuitis, quod fieri debeat? Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Qui contra ſuam profeſſionem vel ſubſcriptionem venerit, ipſe ſe ab hoc cœtu ſeparabit. Genedius epiſcopus dixit: Gratulemur Domino noſtro præſtante, quod pro ſtatu eccleſiæ catholicæ cuncta

noſ

ANNO CHRISTI 397. nos salubri consilio seruanda decreuimus. Et ideo, quæ ab omnibus sunt dicta, propria debemus subscriptione firmare. Ab vniuersis episcopis dictum est, Fiat fiat. Et subscripserunt.

ALTERA EDITIO CAPITVLORVM QVORVMDAM CONCILII CARTHAGINENSIS II.

ex codice Canonum Græcolatino desumpta.

Περὶ κηρυκτέας τῆς ἁγίας τριάδος. *De Trinitate prædicanda.*

β'. II.

ΣΥΜΠΑΣΑ ἡ συνοδος εἶπεν· θέλοντος τοῦ θεοῦ, ἴσῃ ὁμολογίᾳ ἡ ἐκκλησιαστικὴ πίστις, ἡ δι' ἡμῶν παραδιδομένη ἐν παύτῃ τῇ ἐνδόξῳ συνελεύσει, πρωτοτύπως ὁμολογητέα ἐστίν· ἔπειτα ἡ ἐκκλησιαστικὴ τάξις μὴ συναγνόντων ἐκείνου καὶ ὁμοῦ πάντων φυλακτέα ἐστί. πρὸς βεβαιωτέας δὲ τὰς τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν τῶν νέως προτεθέντων διανοίας, ταῦτα δεῖ προτεθῆναι, ἃ παρὰ τῶν πατέρων βεβαίᾳ διατυπώσει παρελάβομεν· ὥστε τῆς τριάδος, τοῦτ' ἔστι τοῦ πατέρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἑνότητα, τὴν μηδεμίαν ἔχειν διαφορὰν γινωσκομένην, ὡς ταῖς ἡμετέραις διανοίαις ἐγκατεσπείσαντο κατέχομεν, καὶ καθὼς ἐμάθομεν, οὕτω τοῦ λαοὺς τοῦ θεοῦ διδάσκομεν. ὁμοίως ὑπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐναγγέλως προτεθέντων ἐλέχθη φανερῶς· οὕτως φρονοῦμεν, οὕτως κατέχομεν, οὕτως διδάσκομεν, τῇ πίστει τῇ εὐαγγελικῇ ἅμα τῇ ὑμετέρᾳ διδασκαλίᾳ ἑπόμενοι.

VNIVERSVM Concilium dixit: Deo propitio, pari professione fides ecclesiastica, quæ per nos traditur in hoc cœtu glorioso, primitus confitenda est; tunc demum ordo ecclesiasticus singulorum ex consensu omniũ est asseruandus. Ad corroborandas autem fratrum & coepiscoporum nostrorum nuper promotorum mentes, ea proponenda sunt, quæ a patribus certa dispositione accepimus, vt trinitatis, quam nostris in sensibus consecratam retinemus, Patris, & Filii, & Spiritus sancti vnitatem, quæ nullam noscitur habere differentiam, sicuti didicimus, ità Dei populos instruamus. Item ab vniuersis episcopis nuper promotis dictũ est: Plane sic accepimus, sic tenemus, sic docemus, fidem euangelicam cum vestra doctrina sequentes. Cartha. II. cap. 2.

De continentia.

III.

Carthag. 2. c. 2. Aurelius episcopus dixit: Cum præterito Concilio de continentia & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres, qui constrictione quadam castitatis per consecrationes adnexi sunt, episcopos, inquam, presbyteros & diaconos, ita complacuit, vt condecet sacros antistites ac Dei sacerdotes, nec non & Leuitas, vel qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter quod a Domino postulant, impetrare: vt quod apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus.

De diuersis ordinibus ab vxoribus abstinendis.

IV.

Cartha. II. c. 2. Faustinus episcopus ecclesiæ Potentinæ, prouinciæ Piceni, legatus Romanæ ecclesiæ, dixit: Placet vt episcopus, presbyter & diaconus, vel qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, ab vxoribus se abstineant. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet vt in omnibus pudicitia custodiatur, qui altari inseruiunt.

De auaritia.

V.

Non est in Carthag. 2. Aurelius episcopus dixit. Auaritiæ cupiditas, quam rerum omnium malarum matrem esse, nemo qui dubitet, proinde inhibenda est, ne quis alienos fines vsurpet, aut per præmium termi-

Περὶ ἐγκρατείας. Anno Christi 397.

γ'.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐπὶ τῇ περσταθούσῃ συνόδῳ ὡς περὶ ῥυθμοῦ ἐγκρατείας καὶ ἁγνείας ἐζητεῖτο, ἤρεσεν ὥστε τοὺς τρεῖς βαθμοὺς τούτους τοὺς συνδέσμῳ τινὶ τῆς ἁγνείας διὰ τῆς * καθιερωσύνης συμπεπλεγμένους (φημὶ δὴ ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους & διακόνους) ὡς πρέπει ὁσίοις ἐπισκόποις & ἱερεῦσι θεοῦ καὶ Λευίτας καὶ ὑπερέτας θείοις καθιερώμασιν, ἐγκρατεῖς εἶναι ἐν πᾶσιν, ὅπως δυνηθῶσιν ὃ παρὰ τοῦ θεοῦ ἁπλῶς αἰτοῦσιν, ἐπιτυχεῖν· ἵνα καὶ τὸ διὰ τῶν ἀποστόλων παραδοθὲν, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχαιότητος κρατηθὲν, καὶ ἡμεῖς ὁμοίως φυλάξωμεν.

* codex mss.

Περὶ διαφόρων τάξεων ὀφειλουσῶν ἀπέχεσθαι γυναικῶν.

δ'.

Φαυστῖνος ἐπίσκοπος Πικένου τῆς Ποτεντίνης χώρας, τοποτηρητὴς τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης, εἶπεν· ἀρέσκει ἵνα ὁ ἐπίσκοπος καὶ πρεσβύτερος καὶ διάκονος, καὶ πάντες οἱ τὰ ἱερὰ φυλάσσοντες, τῆς σωφροσύνης φύλακες, γυναικῶν ἀπέχωνται. Ὑπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ἀρέσκει, ὥστε πάντας σωφροσύνῳ τηρεῖν τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας, ἢ τοὺς δουλεύοντας.

Περὶ ἁπλησίας.

ε'.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· πῶς τῆς ἁπλησίας ἐπιθυμίαν, ἣν πάντων τῶν κακῶν μητέρα εἶναι οὐδεὶς ἀμφιβάλλει, δέον ἐπέχειν· ἵνα μήτις τοῖς ἀλλοτρίοις ὅροις καταχέηται, μηδὲ ἵνα

ANNO CHRISTI 397.

διὰ κέρδος τοῦ τῷ πατέρων ὅροις τις ὑπερβαίνῃ· μηδὲ ἵνα παντοίως λινὶ κληρικῷ ἔξον εἴη ἀπό οἱουδήποτε πράγματος τόκον λαβεῖν. Τὰ δὲ μὴ νεωστὶ ἀνενεχθέντα ἁμαυρὰ ὄντα, καὶ καθόλου λανθάνοντα, σκοπούμενα τῷ ἡμῶν τυπωθήσονται· περὶ ὧν φωνεφάνται ἡ θεία γραφὴ ἐδίδαξεν, οὐ δεῖ ψηφίζεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἕπεσθαι. ἀκολούθως καὶ τὸ καὶ λαϊκοῖς ἐπιπλήψιμον, πολλῷ μᾶλλον καὶ κληρικοῖς ὀφείλῃ καταδικάζεσθαι. σύμπασα ἡ συνόδος εἶπεν· οὐδεὶς καὶ τῷ προφητῶν, οὐδεὶς καὶ τὸ εὐαγγελίων χωρὶς κινδύνου ἐποίησεν.

nos patrum ſtatutos tranſcendat, nec omnino cuiquam clericorum liceat de qualibet re fenus accipere. Quamquam nouellæ ſuggeſtiones, quæ vel obſcuræ ſunt, vel ſub genere latent, inſpectæ a nobis formam accipient: ceterum de quibus apertiſſime diuina ſcriptura ſanxit, non eſt ferenda ſententia, ſed potius exequenda. Proinde quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in clericis prædamnari. Vniuerſum Concilium dixit: Nemo contra prophetas, nemo contra euangelia facit ſine periculo.

Ὡστε χείσμα ἀπὸ πρεσβυτέρων μὴ γίνεσθαι.

ϛ'.

Φορτουνάτος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐν ταῖς προλαβούσαις συνόδοις μεμνήμεθα ὁρισθέντα, ὥστε χείσμα ἢ καταλλαγὴν μετανοούντων, ἢ κορῶν καθιέρωσιν ἀπὸ πρεσβυτέρων μὴ γίνεσθαι. ἐὰν δέ τις ἀναφυῇ τοῦτο πράττων, τί δεῖ περὶ τούτου ὁρίσαι; Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· τὸ ὑμέτερον ἀξίωμα ἤκουσε τὸ ἀνενεχθὲν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Φορτουνάτου· τί πρὸς ταῦτα λέγετε; ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· χείσματος ποίησις, καὶ κορῶν καθιέρωσις, ἀπὸ πρεσβυτέρων μὴ γίνεσθαι· μήτε γὰρ καταλλάξαι τινὰ εἰς δημοσίαν λειτουργίαν πρεσβυτέρῳ ἐξεῖναι, τοῦτο πᾶσιν ἀρέσκει.

Vt chriſma a preſbyteris non fiat.

VI.

Fortunatus epiſcopus dixit: In præteritis Conciliis ſtatutum meminimus eſſe, vt chriſma vel reconciliatio pœnitentium, necnon & puellarum conſecratio, a preſbyteris non fiant: ſi quis autem emerſerit hoc faciens, quid de eo ſtatuendum ſit? Aurelius epiſcopus dixit: Audiuit dignatio veſtra ſuggeſtionem fratris & coepiſcopi noſtri Fortunati; quid ad hæc dicitis? Ab vniuerſis epiſcopis dictũ eſt: Chriſmatis confectio, & puellarum conſecratio a preſbyteris non fiat: vel reconciliare quemquam in publica miſſa preſbytero non licere, hoc omnibus placet.

Carthag.II. cap. 3.

Περὶ τῆς τῷ ἐν κινδύνῳ καθεστώτων καταλλαγῆς.

ζ'.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐάν τις ἐν κινδύνῳ καθεστὼς αἰτήσῃ ἑαυτὸν καταλλαγῆναι τοῖς ἱεροῖς μυστηρίοις τῆς

De his qui in periculo poſiti reconciliantur.

VII.

Aurelius epiſcopus dixit: Si quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliari diuinis altaribus petierit: ſi epiſco-

Carthag.II. cap. 4.

pus absens fuerit, debet vtique presbyter consulere episcopum, & sic periclitantem eius præcepto reconciliare: quam rem debemus salubri consilio roborare. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.

De his qui in accusationem maioris natu veniunt, & vt episcopum nulli criminoso liceat accusare.

VIII.

Cartha. II. c. 6. Numidius episcopus Maxulitanus dixit: Præterea sunt quamplurimi non bonæ conuersationis, qui existimant maiores natu, vel episcopos passim vageque in accusationem pulsandos; debent tam facile admitti necne? Aurelius episcopus dixit: Placet igitur caritati vestræ, vt is qui aliquibus sceleribus inretitus est, vocem aduersus maiorem natu non habeat accusandi? Ab vniuersis episcopis dictum est: Si criminosus est, non admittatur, placet.

De his qui merito facinorum suorum ab ecclesiæ congregatione pelluntur.

IX.

Nō extat in Cartha. II. Augustinus episcopus, legatus prouinciæ Numidiæ, dixit: Hoc statuere dignamini, vt si qui forte merito facinorum suorum ab ecclesia pulsi sunt, & siue ab aliquo episcopo vel presbytero fuerint in communionem susceptι, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugientes sui episcopi regulare iudicium. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet.

Ἐπισκόπου ἀπόντος, ὀφείλῃ εἰκότως ὁ πρεσβύτερος ἐρωτῆσαι τὸν ἐπίσκοπον, ἵνα ὕπως τὸν συνδιώκοντα καταλλάξαι τῷ τοιούτῳ δράγελίαν. ὅπερ ἡμᾶς ὀφείλομεν σωτηριώδει βουλῇ κυρῶσαι. ὑπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ἀρκεῖ ὅπερ ἡ ὑμετέρα ἀγιωσύνη ἀναγκαίως ἡμᾶς ὠφελῆσαι κατηξίωσεν. Aurel. Carthag. 397.

Περὶ τῆς τοῦ πατέρας αἰτιωμένων, καὶ ὥστε μηδενὶ διαβεβλημένων ἀξίναι ἐπισκόπου κατηγορεῖν.

η'.

Νουάδιος ἐπίσκοπος Μαξουλιτανῶν εἶπεν· εἰσὶ πολλοὶ ἐκ ἀγαθῆς ἀναστροφῆς, οἵτινες ἠγοῶσι τοὺς πάτερας καὶ ἐπισκόποις, ὡς ἔτυχεν, ὀφείλειν εἰσάγεσθαι· τοὺς τοιούτους δεῖ προσδέχεσθαι, ἢ μή; Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀρέσκει τοίνυν τῇ ἀγάπῃ ὑμῶν, τὸν εἴς τινα μίσει ἐμπεπλεγμένον, καὶ πατέρων φωνὴν κατηγορίας δέχεσθαι; ἐκ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ἐὰν διαβέβληται ὁ τοιοῦτος, μὴ προσδεχθῇ.

Περὶ τῆς κατ' ἀξίαν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικοῦ συλλόγου ἐκβαλλομένων.

θ'.

Αὐγουστῖνος ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς χώρας εἶπεν· τοῦτο ὀφείλομεν καταξιώσατε, ὥστε τοὺς ἀξίως τῶν οἰκείων ἐγκλημάτων ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας διωχθέντας, ἐὰν τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος δέξηται εἰς κοινωνίαν, καὶ αὐτὸς ἔξει μέσῳ τῷ ἴσῳ ἔγκλημα ὑπαδύθυνος φανῆ ἅμα τοῖς τῆς οἰκείου ἐπισκόπου τοῦ κανονικοῦ ὑπὸ φεύγουσιν. ὑπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· πᾶσιν ἀρέσκει.

ANNO CHRISTI 397.

Περὶ πρεσβυτέρων τῶν ὑπὸ τοῦ οἰκείου καταγνωσκομένων ἐπισκόπων.

De presbyteris, qui a propriis corripiuntur episcopis.

ι'.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς χώρας εἶπεν· ὃν οὐκεῖνο δεῖ παρεάσαι, ἵνα ἐάν τις τυχὸν πρεσβύτερος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καταγνωσθεὶς, φυσιότητί τινι καὶ ὑπερηφανίᾳ ἐξαρθεὶς, ἠγήσεται ὀφείλειν κεχωρισμένως ἄλλα τῷ θεῷ προσφέρειν, ἢ ἄλλο ἀνορθοῦν θυσιαστήριον οἰκείᾳ καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως καὶ κατασάσεως· ὁ τοιοῦτος ἀπήμωρητος μὴ ἐξέλθῃ. Βαλεντῖνος ἐπίσκοπος τῆς προτέρας καθέδρας τῆς Νουμιδικῆς χώρας εἶπεν· ἀναγκαίως τῇ ἐκκλησιαστικῇ πίστει καὶ τάξει σύμφωνά εἰσι τὰ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Αλυπίου προενεχθέντα· λοιπὸν τί δοκεῖ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, εἴπατε.

X.

Alypius episcopus, legatus prouinciæ Numidiæ, dixit: Nec illud prætermittendum est, vt si quis forte presbyter ab episcopo suo correptus, tumore vel superbia inflatus putauerit separatim sacrificia Deo offerenda, vel aliud erigendum altare contra ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primæ sedis prouinciæ Numidiæ, dixit: Necessario disciplinæ ecclesiasticæ & fidei congrua sunt, quæ frater noster Alypius prosecutus est: proinde quid videatur vestræ dilectioni, edicite. Carthag. II. cap. 8.

Ἐάν τις πρεσβύτερος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου φυσιωθεὶς σχίσμα ποιήσῃ, ἀνάθεμα ἔστω.

Si quis presbyter contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit.

ια'.

Ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ἐάν τις πρεσβύτερος σὺν τῇ διαλογῇ αὐτοῦ καταγνωσθῇ, ὀφείλει ὁ τοιοῦτος τοῖς γειτνιῶσιν ἐπισκόποις προσαγγεῖλαι· ἵνα αὐτοὶ ἐπὶ προσώπου ἀκροάσωνται, καὶ δι' αὐτῶν τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ καταλλαγῇ· τοῦτο δὲ ἐὰν μὴ ποιήσῃ, ἀλλ', ὅπερ ἀπεῖη, ὑπερηφανίᾳ φυσούμενος ἐκ τῆς ἰδίου ἐπισκόπου κοινωνίας ἑαυτὸν χωρίσῃ, καὶ παρὰ μίαν μετ' ἄλλων σχίσμα ποιῶν, ἀγίασμα τῷ θεῷ προσενέγκῃ· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα λογισθήτω, καὶ τὸν ἴδιον τόπον ἀπολεσάτω· σκοπουμένου, μήποτε καὶ ἐπισκόπου μέμψιν ἔχοι δικαίαν.

XI.

Ab vniuersis episcopis dictum est: Si quis presbyter a præposito suo correptus fuerit, debet vtique apud vicinos episcopos conqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari: quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus secernendum se ab episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat: ac si querimoniam iustam aduersus episcopum non habuerit, inquirendum erit. Carthag. II. cap. 8.

Si quis episcopus absque tempore Synodi in crimine detentus fuerit, a XII. *episcopis audiatur.*

XII.

Carthag.II. cap. 10. Felix episcopus dixit: Suggero secundum statuta veterum Conciliorum, vt si quis episcopus (quod non optamus) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare: ne in crimine remaneat, a XII. episcopis, & presbyter a sex episcopis cum proprio suo episcopo audiatur, & diaconus a tribus.

Vt non liceat episcopum nisi a plurimis ordinari: sed si necessitas fuerit, vel a tribus ordinetur episcopis.

XIII.

Carthag.II. cap. 10. Aurelius episcopus dixit: Quid ad hæc dicit sanctitas vestra? ab vniuersis episcopis dictū est. A nobis veterum statuta debere seruari, sicuti & inconsulto primate cuiuslibet prouinciæ, tam facile non præsumant multi congregati episcopi episcopum ordinare: nisi si necessitas fuerit, tres episcopi, in quocumque loco sint, eius præcepto ordinare debebunt episcopum: & si quis contra suam professionē vel subscriptionem venerit in aliquo, ipse se honore priuabit.

Ἐαν τις ἐπίσκοπος χωρὶς καιροῦ σωνόδου ἐκκλήτου κληθῇ, ὁ παρὰ τοῦ ἀκουσθεὶς ὑπὸ δώδεκα ἐπισκόπων. Anno Christi 397.

ιβ'.

Φῆλιξ ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀναφερέτω κῦρ τὰ ὁρισθέντα ὑπὸ τῶν παλαιῶν σωνόδων, ἵνα ἐάν τις ἐπίσκοπος, ὅπερ ἀπεῖη, εἰς τινι ἐγκλήματι πεσεῖται, καὶ χώραν πολλὴ ἀνάγκη τοῦ μὴ δύνασθαι πολλοὺς σωνελθεῖν, διὰ τὸ μὴ ὑπομεῖναι αὐτὸν ἐν τῷ ἐγκλήματι, ὑπὸ δώδεκα ἐπισκόπων ἀκουσθῆ· καὶ ὁ πρεσβύτερος, ὑπὸ ἓξ ἐπισκόπων καὶ τοῦ ἰδίου· καὶ ὁ διάκονος, ὑπὸ τριῶν.

Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι ἐπίσκοπον, εἰ μὴ ὑπὸ πολλῶν, χειροτονεῖσθαι· εἰ δὲ ἀνάγκη χώρας, καὶ ὑπὸ τριῶν ὁ ἐπίσκοπος χειροτονηθείη.

ιγ'.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· τί πρὸς ταῦτα λέγει ὑμῶν ἁγιωσύνη; ὑπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ὀφείλει μὲν ὑφ' ἡμῶν τὰ ὁρισθέντα ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν φυλαχθῆναι· ὧν τινων ὡς ἐπιχειρεῖται οἱ πρωτεύοντες τοῦ ἔθνους ἐπαρχίας οὐ καταλαμβάνουσι. πολλοὶ οὖν ἐπίσκοποι σωναχθέντες, ἐπίσκοπον χειροτονήσουσιν· εἰ δὲ ἀνάγκη χώρας, τρεῖς ἐπίσκοποι σὺν οἱῳδήποτε ἄλλῳ πεμφθῶσι, τῷ δὲ πρωτεύοντος ἐπαρχείας χειροτονήσουσι τὸν ἐπίσκοπον. καὶ ἐάν τις σὺν τινι συναινεσθῇ τῇ ἰδίᾳ ὁμολογίᾳ ἢ τῇ ὑποχρεάφῃ, αὐτὸς ἑαυτὸν ὑποστερήσῃ τῆς τιμῆς.

NOTÆ.

Causa Concilii. [a] *Concilium Carthaginense.*] Causam habiti Concilii acta manifestant, nimirum quæ ad mores ecclesiæ Africanæ restaurandos spectabant, constituta fuisse.

Quo tempore celebratum fuerit. [b] *Nomine secundum, ordine temporis.*] Hoc Concilium vere post omnia Carthaginensia celebratum fuisse, non modo ex Canonibus, verumetiam episcoporum præsentium nominibus euidentissime

ANNO CHRISTI 397.

probatur. Si, quod habent acta Concilii, Valentinus Numidiæ primas, Xantippi successor, huic Concilio interfuerit, post Mileuitanum, adeoque post quinque saltem anteriora, hoc cui Genedius præfuit, quodque secundum appellatur, habitum fuisse oportet. Nam Mileuitano Concilio Xantippus Numidiæ primas Valentini antecessor interfuit. Illud igitur, in quo Valentinus episcopalem sententiam decisiuam dixisse scribitur, ante Mileuitanum sub Innocentio, multo minus ante tria Carthaginensia sub Siricio & Anastasio celebrata habitum fuisse, sustineri non potest. Valentinus Numidiæ primas, initio actorum Carthaginensis VI. & in literis synodalibus ad Bonifacium & Cælestinum pontificem scriptis, nominatim recensetur. Xantippi igitur non antecessorem, sed potius successorem fuisse, nemini dubium esse potest. Secundo, anterioribus Carthaginensibus omnibus Aurelium episcopum præsedisse, ex actis eorumdem Conciliorum aperte constat. In hoc cum Aurelio Carthaginensi episcopo, Genedius Carthaginensis re & nomine episcopus præsedit, quod ille literis suis Carthagine celebrandum indixit, in quo primo loco sedens primam sententiam pronuntiauit. Dubium itaque nullum est, quin Aurelius post sex aut septem Concilia Carthagine habita, post multos in ecclesia Carthaginensi exantlatos labores, episcopatu se abdicarit, atque ad imitationem Valerii Hippone S. Augustinum sustinentis, in Genedium munus episcopale Carthaginensis ecclesiæ transtulerit, sicque auctoritate Genedii Carthaginensis hoc Concilium postremo loco Carthagine habitum fuerit. Nam inauditum est, vt alius quam Carthaginensis episcopus Carthagine Concilium indixerit, per literas conuocarit, atque in eo primo loco sedens primam sententiam pronuntiauerit. Quod Aurelius Carthaginensis episcopus interfuisse, sententiam suam dixisse scribitur, honoris causa accidit. Tertio sub pontificatu Cælestini post Africanum, adeoque post omnia Carthaginensia Concilia hanc Synodum Carthaginensem, quæ sub præsidio Genedii habita est, celebratam fuisse, secundus & tertius Canon huius Concilii, in quibus Africani Concilii anno primo Cælestini pontificis celebrati Canones, decimus nimirum & vigesimus septimus, citati reperiuntur, manifestissime testantur. Quarto demum, ex addita ad secundum Canonem huius Concilii antiqua lectione habetur expressum, quod Faustinus episcopus Potentinus in Piceno, legatus a latere a Bonifacio papa missus, in hoc Concilio sententiam dixerit. Siue igitur in Africa hucusque perseuerauerit, siue iterum a Cælestino missus fuerit, ex præsentia illius colligitur, hanc Synodum Carthaginensem sub pontificatu Cælestini, post Africanum aliaque omnia Carthaginensia Concilia habitam & congregatam fuisse. Hæc ex Baronii appendice ad tom. 5. annum 397. Plura vide infra verbis sequentibus.

Xantippus primas Numidiæ tempore Concilii Mileuitani.

Valentinus primatum Numidiæ quo tempore tenuerit.

[c] *Valentiniano Augusto IV.*] In nota consulum collector manifeste errat. Nusquam enim Valentinianus Augustus cum Theodosio, sed cum Neoterio anno Christi 390. consulatum gessisse

Consularis nota erronea.

reperitur. Nec est quod dici possit pro Neoterio librariorum vitio Theodosium scriptum esse, siquidem Alypius, qui in hac Synodo Tagastensis episcopus nominatur, Valentiniano Augusto IV. & Neoterio consulibus, tantum adhuc presbyter existens, non nisi quatuor annis post prædictorum consulatum episcopus ordinatus fuerit, vt patet apud Baron. anno 394. Verius est librariorum vitio ordinem consulum inuersum esse, vt loco Theodosii iunioris XI. & Valentiniani, qui post Castinum & Victorem, anno secundo Cælestini papæ absoluto consulatum gesserunt, posuerint consules Valentinianum & Theodosium, addiderintque IV. tamquam notam numeri, quæ designabat Theodosium iuniorem. Hæc Baron. prædicto loco.

Alypius quando presbyter & episcopus factus.

Anno Christi 397.

[d] *In basilica Perpetuæ.*] Primaria nimirum vrbis ecclesia, denominata a primaria martyre Perpetua. Nam vt auctor est Victor Vticensis episcopus lib. 1. de persecut. Vandalica, Perpetua Carthagine maior basilica fuit, vbi corpora sanctorum martyrum Perpetuæ & Felicitatis sepulta erant. Eadem nominata est *Restituta*, quod a Donatistis olim occupatam & diutius possessam, Constantius aut eius posteri imperatores catholici, catholicis restituerint atque reddiderint. Ita Baron. anno 397. num. 44. & 45. A Restituta martyre Carthagine passa, vel a Restituto Carthaginensi episcopo, illam basilicam, in qua hoc aliaque complura Carthaginensia Concilia habita sunt, denominatam fuisse, dici posset, nisi hoc loco eadem basilica alio nomine etiam Perpetua appellaretur.

Ecclesia Perpetuæ cur Restituta appellata fuerit.

[e] *Genedius episcopus.*] Genedius absque controuersia cognoscitur fuisse episcopus Carthaginensis, vtpote qui non solum primo loco sedit, primusque omnium sententiam dixit, sed & suis ipse literis Synodum conuocauit. Quod non nisi primati licuisse docet S. Augustinus epistola ad Victorium. Hunc Grato successisse, præcessisse vero Aurelium, propter rationes supra dictas dici non potest. Quod vero Aurelius factum Valerii Hipponensis imitatus, onus episcopale in Genedium transtulerit, cumque Genedio ipse Aurelius honoris causa sederit, omnino est dicendum: propterea quod duos eiusdem sedis episcopos simul esse non licuerit. Baron. prædicto loco in appendice.

Genedius episcopus Carthaginensis.

[f] *Aurelius episcopus.*] Carthaginensis nimirum, sic dictus, quod cum Genedio, in quem senio fatiscens episcopatum refuderat, honoris causa sederit, suffragiique dicendi prærogatiuam obtinuerit.

Aurelius an fuerit episcopus.

[g] *Cum in præterito Concilio de continentiæ & castitatis*, &c.] Nimirum Africano, quod Castino atque Victore consulibus, anno primo Cælestini pontificis, qui est Christi 424. celebratum est. Illius enim Canone 37. de continentia clericorum constitutum fuit id, quod hoc loco insinuatur & allegatur. Quibus illa quæ de tempore huius Concilii supra diximus, non parum corroborantur.

[h] *Etiam ab vxoribus se abstineant.*] Hic Canon post sextum apostolorum significat olim accidisse, vt moribus spectatissimi, quantumlibet vxorem haberent, in episcopos eligerentur; ea tamē conditione, vt ad sacros ordines adsciti, ab vsu cōiugii penitus sibi temperarent.

Coniuges ad sacros ordines adsciti, vsu coniugii abstinebant.

Hila-

ANNO CHRISTI 397. Hilarium Pictauiensem episcopum ex coniugato cælibem factum esse, supra diximus sub Liberio. Qua de causa id olim acciderit, aut permissum fuerit, vide Baron. anno 58. num. 19. & 20. Item notas Can. 6. apost.

[i] *Faustinus episcopus.*] Hic est ille, qui a Bonifacio papa legatus a latere in Africam missus, multis Africanis Conciliis sub Bonifacio & Cælestino habitis interfuit. Faustinus quis.

[k] *Memini præterito Concilio.*] Canone nimirum 10. Conc. Africani.

[l] *Alypius episcopus.*] De Alypio vide quæ diximus supra verbo *Valentiniano.*

[m] *Valentinus primæ sedis prouinciæ Numidiæ.*] Vide quæ de Valentino diximus supra verbo *Nomine II.* &c.

[a] CONCILIVM CARTHAGINENSE

NOMINE TERTIVM, [b] ORDINE TEMPORIS,

inter ea quæ post Nicænum extant, vere secundum. Circa tempora Siricii papæ.

Probatum a Leone IV. d. 20. capit. de libellis.

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *Vt comprouinciales episcopi de Pascha suum inquirant primatẽ.*
II. *Vt per singulos annos Concilium fiat.*
III. *Vt episcopus, priusquam ordinetur, Canones agnoscat.*
IV. *Vt Leuitæ & virgines ante 25. annos non consecrentur.*
V. *Vt sacramentum catechumenis non præbeatur.*
VI. *Vt baptismum mortuis vel eucharistia non detur.*
VII. *Vt episcopus accusatus, vbi, vel infra quod tẽpus examinetur.*
VIII. *De presbyteris & diaconibus, quanti episcopi eos audiant.*
IX. *Vt clerici publica iudicia non appellent.*
X. *Si a quoquam ab aliis iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices & ecclesiasticos maioris auctoritatis prouocatum fuerit, non obesse prioribus, diuersas sententias proferentibus.*
XI. *Vt filii clericorum ad spectacula non accedant.*
XII. *Vt clericorum matrimoniis infideles non socientur.*
XIII. *Vt clerici de rebus suis nihil infidelibus conferant.*
XIV. *Vt clerici filios suos a sua potestate exire non sinant, nisi ætate & moribus comprobatos.*
XV. *Vt clerici non sint conductores vel negotiatores.*
XVI. *Vt clerici non sint vsurarii.*
XVII. *Vt cum clericis extraneæ feminæ non cohabitent.*
XVIII. *Vt clerici non ordinentur, nisi omnes, qui cum eis sunt, fideles existant.*
XIX. *Vt clerici, cum ad pubertatem venerint, aut coniugium, aut castitatem profiteantur.*
XX. *Vt plebes alienas alius episcopus non vsurpet.*

XXI. *Vt nullus episcopus alienum clericum audeat retinere vel ordinare.*
XXII. *Vt nullus clericus ordinetur, nisi fuerit probabilis.*
XXIII. *De precibus & orationibus.*
XXIV. *Vt in sacrificio tantum panis & calix offeratur.*
XXV. *Ne clerici vel continentes, ad viduas vel virgines soli habeant accessum.*
XXVI. *Vt prima sedis episcopus princeps sacerdotū nō appelletur.*
XXVII. *Vt clerici tabernas non ingrediantur.*
XXVIII. *Vt episcopus sine formata metropolitani longius non proficiscatur.*
XXIX. *Vt missa a ieiunis celebretur.*
XXX. *Vt nullus in ecclesia cōuiuetur.*
XXXI. *Vt pœnitentibus iuxta peccatorum modū pœnitentia detur.*
XXXII. *Vt presbyter præter iussa vel absentiam episcopi non reconciliet pœnitentes.*
XXXIII. *De custodia sacrarum virginum.*
XXXIV. *De baptizandis ægrotis, qui iam loqui non possunt.*
XXXV. *Ne apostatis vel histrionibus conuersis pœnitentia negetur.*
XXXVI. *Vt presbyter chrisma non conficiat.*
XXXVII. *Vt clerici sine necessitate in aliena ciuitate nō immorētur.*
XXXVIII. *Vt non liceat fieri translationes episcoporum.* Bonon. Concil. 197.
XXXIX. *Vt non præsumant duo episcopi ordinare pontificem.*
XL. *Vt dum episcopus eligitur, si contradictores habeat, quinque sacerdotes conueniant.*
XLI. *Vt per singulos annos conuenientes episcopi ad Concilium, etiam de paschali solennitate a primate suo informentur.*
XLII. *Vt non accipiat alium episcopum plebs, quæ in diœcesi semper subiacuit.*
XLIII. *Vt qui, plebe sua contempta, ad Concilium venire detrectant, & plebem & honorem amittant.*
XLIV. *Vt clericū alienum nullus sibi præsumat episcopus ordinare.*
XLV. *Vt episcopus, qui plures habet clericos, ei qui eget, ad ordinandum postulatus, largiatur.*
XLVI. *Vt episcopus in diœcesi factus, solum eam plebem teneat, in qua extitit ordinatus.*
XLVII. *Vt præter scripturas canonicas, nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarū.*
XLVIII. *De baptizatis a Donatistis.*
XLIX. *Vt ea quæ quis in ecclesiastico positus gradu acquisiuit, ecclesiæ conferantur.*
L. *Vt gesta Concilii episcoporum subscriptionibus confirmentur.*

[d] CÆSARIO & Attico viris clarissimis consulibus, [e] Kal. Septembris Carthagine in [f] secretario [g] basilicæ Restitutæ, cum Aurelius episcopus vna cum episcopis consedisset, astantibus etiam diaconibus, constituta sunt hæc, quæ in præsenti Concilio definita sunt.

CAPITVLA.

I.

Placuit ergo in principio propter errorem, qui

ANNO CHRISTI 397. sæpe solet oboriri, vt omnes Africanæ prouinciæ episcopi obseruationem paschalem ab ecclesia Carthaginensi curent accipere.

II.

Similiter placuit, vt propter causas ecclesiasticas, quæ ad perniciem plebium sæpe veterascunt, singulis quibusque annis Concilium conuocetur. Ad quod omnes prouinciæ quæ primas sedes habent, de Conciliis suis ternos legatos mittant, vt & minus inuidiosi, minusque hospitibus sumptuosi conuentus plena possit esse auctoritas. De Tripoli autem, propter inopiam episcoporum, vnus episcopus veniat. Cod. Can. cap. 18. Cod. Can. cap. 14.

III.

Item placuit, vt[h] ordinandis episcopis vel clericis, prius ab ordinatoribus suis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta Concilii feciſse asserant. Cod. Can. cap. 18. Distinct. 38. Placuit, vt ordinand.

IV.

Item placuit, vt ante vigintiquinque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur. Et vt lectores populum non salutent. Dist. 7. Placuit, vt ante annos 25. Et 20. q. 1. Placuit, vt supra.

Hoc Capitulum in vetustis quibusdam codicibus sic habetur.

Item placuit, vt lectores populum non salutent, & vt ante 25. annos nec clerici ordinentur, nisi primum diuinis scriptis instructi, vel ab infantia eruditi, propter fidei professionem vel assertionem.

V.

Item placuit, vt etiam per solenniſſimos paschales dies sacramentum catechumenis non detur,

nisi solitum sal : quia si fideles per illos dies sacramentum non mutant, nec catechumenis oportet mutari. Anno Christi 397.

VI.

Cod. Can. cap. 18. Item placuit, vt corporibus defunctorum eucharistia non detur. Dictum est enim a Domino: *Matt. 26.* Accipite & edite. Cadauera autem nec accipere possunt, nec edere. Cauendum est etiam ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat, cum eucharistiam mortuis non dari animaduerterit.

VII.

Cod. Can. cap. 19. 4. qu. 5. Quisquis. Aurelius episcopus dixit : Quisquis episcoporum accusatur, ad primatem prouinciæ ipsius causam deferat accusator. Nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam primatis literis euocatus, minime occurrerit, hoc est, intra spatium mensis, ex ea die, qua eum literas accepisse constiterit. Quod si aliquas veras necessitatis causas probauerit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causæ suæ dicendæ intra alterum mensem integram habeat facultatem. Verum post mensem secundum tam diu non communicet, donec purgetur. Sin autem nec ad Cõcilium vniuersale anniuersarium occurrere voluerit, vt vel ibi causa eius terminetur, ipse in se damnationis suæ sententiam dixisse iudicetur. Tempore sane quo non communicat, nec in sua plebe communicet. Accusator autem eius si nunquam diebus causæ dicendæ defuerit, a communione non remoueatur. Si vero aliquando defuerit, subtrahens se, restituto in communio-

ANNO CHRISTI 397. nem episcopo, ipse remoueatur; ita tamen, vt nec ipsi adimatur facultas causæ peragendæ, si se ad diem occurrere non noluisse, sed non potuisse, probauerit. Illud vero placuit, vt cum agere cœperit in episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad accusandum vel agendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, dicere voluerit.

4. q. 6. Illud vero placuit. Cod. Can. cap. 20. 15. q. 7. Si autem presbyteri vel diaconi.

VIII.

Si autem presbyteri vel diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis legitimo numero collegarum, id est, in presbyteri nomine quinque, in diaconi duobus; episcopi ipsorum causas discutiant, eadem dierum & dilationum & a communione remotionum, & discussione personarum, inter accusatores & eos qui accusantur, forma seruata. Reliquorum autem causas etiam solus episcopus loci agnoscat & finiat.

IX.

Item placuit, vt quisquis episcoporum, presbyterorum & diaconorum seu clericorum, cum in ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel ciuilis causa fuerit commota, si relicto ecclesiastico iudicio, publicis iudiciis purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali iudicio. In ciuili vero perdat quod euicit, si locum suum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos iudices vndique patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio iudicat, qui de vniuersa ecclesia male sentiendo, de iudicio sæculari poscit auxilium, cum priuatorum Christia-

Cod. Can. cap. 15. 11. q. 1. Placuit, vt quisquis episcoporũ.

1. Cor. 6. norum cauſas Apoſtolus ad eccleſiam deferri, atque ibi determinari præcipiat. Anno Christi 397

X.

Cod. Can. cap. 15. 2. q. 6. Placuit. Hoc etiam placuit, vt ſi a quibuſcumque iudicibus eccleſiaſticis, ad alios iudices eccleſiaſticos, vbi eſt maior auctoritas, fuerit prouocatum, non eis obſit, quorum fuerit ſoluta ſententia, ſi conuinci non potuerint, vel inimico animo iudicaſſe, vel aliqua cupiditate aut gratia deprauati. Sane ſi ex conſenſu partium iudices electi fuerint, etiam a pauciore numero, quam conſtitutum eſt, non liceat prouocari.

XI.

2. q. 6. Sane ſi. Cod. Can. cap. 15. Vt filii epiſcoporum vel clericorum ſpectacula ſæcularia non exhibeant, ſed nec ſpectent, quandoquidem a ſpectaculo & omnes laici prohibeantur. Semper enim Chriſtianis omnibus hoc interdictum eſt, vt vbi blaſphemi ſunt, non accedant.

XII.

Cod. Can. cap. 21. Item placuit, vt filii vel filiæ epiſcoporum, vel quorumlibet clericorum, gentibus, vel hæreticis aut ſchiſmaticis matrimonio non iungantur.

XIII.

Cod. Can. cap. 22. Vt epiſcopi vel clerici, in eos qui catholici Chriſtiani non ſunt, etiamſi conſanguinei fuerint, nec per donationes, nec per teſtamentum rerum ſuarum aliquid conferant.

XIV.

Con. Afr. cap. 2. Vt epiſcopi vel clerici ſuos filios a ſua poteſtate per emancipationem exire non ſinant, niſi de moribus eorum fuerint & ætate ſecuri, vt poſſint ad eos iam propria pertinere peccata.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 397.

XV.

Item placuit, vt episcopi & presbyteri & diaconi vel clerici non sint conductores, neque procuratores, neque vllo turpi vel inhonesto negotio victum quærant: quia respicere debeant scriptum esse: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus.* Cod. Can. cap. 16. 21. q. 3. Placuit, vt episcopi. 2. Tim. 2.

Idem cap. 15. sic in vetustis quibusdam libris legitur: Vt episcopi, presbyteri & diacones non sint conductores aut procuratores priuatorum, neque vllo negotio tali victum quærant, quo eos peregrinari vel ab ecclesiasticis officiis auocari, necesse sit.

XVI.

Vt nullus clericorum amplius recipiat, quam cuiquam accommodauerit: si pecuniam accipiat, speciem eamdem, quantam dederit, accipiat: & quidquid aliud, tantum, quantum dederit, accipiat. Cod. Can. cap. 16. 14. qu. 4. Nullus clericorum.

XVII.

Vt [k] cum omnibus omnino clericis extraneæ feminæ non cohabitent, sed solæ matres, auiæ, materteræ, amitæ, sorores & filiæ fratrum aut sororum, & quæcumque ex familia, domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, iam cum eis habitabant: vel si filii eorum, iam ordinatis parentibus, vxores acceperint; aut seruis non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit. Dist. 81. cum omnibus omnino.

XVIII.

Vt episcopi, presbyteri & diaconi non ordinentur, priusquam omnes qui sunt in domo eorum, Christianos catholicos fecerint. Con. Afr. cap. 3.

XIX.

Placuit, vt lectores, cum ad annos pubertatis Cod. Can. cap. 16.

Dist. 25. Lectores cum ad.

venerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri. Anno Christi 397.

Hoc 19. cap. vetusti codices sic habent: Vt lectores vsque ad annos pubertatis legant; deinceps autem, nisi vxores, custodita pudicitia, duxerint, aut continentiam professi fuerint, legere non sinantur.

XX.

7. q. 1. Placuit, vt a nullo.

Placuit, vt a nullo episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur in diœcesi suum collegam.

XXI.

Dist. 71. Clericum alienũ nisi.

Vt clericum alienum, nisi concedente eius episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam lectores, & psalmistæ, & ostiarii retinent.

XXII.

Dist. 14. Nullus clericorum.

Vt nullus ordinetur clericus, nisi probatus vel episcoporum examine, vel populi testimonio.

XXIII.

Vt nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet. Et cum altari *assistitur*, semper ad Patrem dirigatur oratio. Et quicumque sibi preces aliunde describit, non eis vtatur, nisi prius eas cum instructioribus fratribus contulerit.

XXIV.

Concilii Afr. cap. 4. De cõs. dist. 2. in sacrament.

Vt in sacramentis corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aquæ mixtum. Nec amplius in sacrificiis offeratur, quam de vuis & frumentis.

Hoc cap. 24. in vetustis codicibus ita habetur: Vt in sacramentis corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aquæ mixtum.

Primi-

ANNO CHRISTI 397. Primitiæ vero, seu mel & lac, quod vno die solennissimo pro infantis mysterio solet offerri, quamuis in altari offeratur, suam tamen habent propriam benedictionem, vt a sacramento Dominici corporis aut sanguinis distinguantur: nec amplius de primitiis offeratur, quam de vuis & frumentis.

XXV.

Vt clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, nisi iussu vel permissu episcoporum & presbyterorum, non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum his, cum quibus episcopus iusserit vel presbyter. nec ipsi episcopi aut presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi feminas, nisi aut clerici præsentes sint, aut graues aliqui Christiani.

Con. Afr. cap. 5. Dist. 81. Clerici vel cõtinentes.

XXVI.

Vt primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus.

Con. Afr. cap. 6. Dist. 99. Primæ sedis episcopus.

XXVII.

Vt clerici, edendi vel bibendi causa, tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

Con. Afr. cap. 7.

XXVIII.

Item placuit, vt episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consulto primæ sedis episcopo suæ cuiusque prouinciæ, vt ab eo præcipue possint sumere formatam. Hinc etiam dirigendæ literæ Concilii ad transmarinos episcopos.

Dist. 44. Clerici edendi vel bibendi. Cod. Can. cap. 25.

XXIX.

Vt sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum,

Afr. cap. 8. De cons. dist. 1. Sacramenta altaris.

pomeridiano tempore defunctorum, siue episco- Anno Christi porum seu clericorum, siue ceterorum, commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt, iam pransi inueniantur.

XXX.

Afr. cap. 9. Dist. 49. Nulli episcopi in ec.

Vt[m] nulli episcopi vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuiis, quantum fieri potest, prohibeantur.

XXXI.

Afr. cap. 10. 26. q. 7. Pœnitentibus secundum.

Vt pœnitentibus secundum peccatorum differentiam episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

XXXII.

Afr. cap. 10. 26. q. qu. 9. Presbyter inconsulto episcopo.

Vt presbyter, inconsulto episcopo, non reconciliet pœnitentem, nisi absente episcopo, & necessitate cogente. Cuiuscumque autem pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod vniuersa ecclesia nouerit, ante absidem manus ei imponatur.

XXXIII.

Afr. cap. 11.

Vt virgines sacræ, cum parentibus, a quibus custodiebantur, priuatæ fuerint, episcopi prouidentia, vel presbyteri, vbi episcopus absens est, in monasterio virginum, vel grauioribus feminis commendentur, vt simul habitantes, inuicem se custodiant, ne passim vagantes, ecclesiæ lædant existimationem.

XXXIV.

Afr. cap. 12. De conf. dist. 4. Ægrotantes. Afr. cap. 12. De conf. dist. 2. Scenicis atque.

Vt ægrotantes, si per se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium hi qui sui sunt, periculo proprio dixerint, baptizentur.

ANNO CHRISTI 397.

XXXV.

Vt scenicis atque histrionibus, ceterisque huiusmodi personis vel apostaticis, conuersis vel reuersis ad Dominum, gratia vel reconciliatio non negetur. 26. qu. 6. Presbyter inconsulto episcopo.

XXXVI.

Vt presbyter inconsulto episcopo virgines non consecret, chrisma vero nunquam conficiat.

XXXVII.

Vt clerici in aliena ciuitate non immorentur, nisi causas eorum iustas episcopus loci vel presbyteri locorum peruiderint.

XXXVIII.

Illud autem suggerimus, mandatum nobis, quod etiam in *Capuensi plenaria Synodo videtur statutum: non liceat fieri rebaptizationes & reordinationes, vel translationes episcoporum. Nam Cresconius Villæregiensis episcopus, plebe sua derelicta, Tubuniensem inuasit ecclesiam; & vsque hodie commonitus, secundum quod statutum fuerat, relinquere eamdem, quam inuaserat plebem, contempsit. Aduersus istum, quæ pronuntiata fuerant, confirmata quidem audiuimus: sed petimus, secundum quod nobis mandatum est, vt dignemini dare fiduciam, quo iam, necessitate ipsa cogente, liberum sit nobis, rectorem prouinciæ, secundum statuta glorioſissimorum principum, aduersus illum adire; vt qui miti admonitioni sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emendare illicitum, auctoritate iudiciaria protinus excludatur. Aurelius episcopus dixit: Ser- De consec. dist. 4. Non licet fieri.

*Capsensi

uata forma disciplinæ, non æstimabitur appetitus, si a vestra caritate modeste conuentus, recedere detrectauerit, cum fuerit suo contemptu & contumacia faciente, etiam auctoritate iudiciaria conuentus. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Hoc enim omnibus placet. Ab vniuersis episcopis dictum est: Iustum est, Placet.

1. q. 1. Petimus.

XXXIX.

Afr. cap. 16. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum est, vt quia proxime fratres nostri Numidiæ duo episcopi ordinare præsumpserunt pontificem, non nisi a duodecim censeatis episcoporum celebrari ordinationes. Aurelius episcopus dixit: Forma antiqua seruabitur, vt non minus quam tres sufficiant, qui fuerint destinati ad episcopum ordinandum, propterea quia & in Tripoli forte & Arzuge interiacere videntur barbaræ gentes. Nam in Tripoli (vt asseritur) episcopi sunt quinque tantummodo, & possunt forte de ipso numero vel duo necessitate aliqua occupari. Difficile est enim, vt de quolibet numero omnes possint occurrere. Numquid debet hoc ipsum impedimento esse ecclesiasticæ vtilitati? Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est sanctitas vestra conuenire, crebro ac pene per diem Dominicam ordinandos habemus. Numquidnam frequenter duodecim vel decem, vel multo minus adducere possum episcopos? Sed facile est mihi, duos adiungere meæ paruitati episcopos vicinos. Quapropter cernit mecum caritas vestra, hoc ipsum obseruari non posse.

ANNO CHRISTI 397.

XL.

Sed illud est statuendum, vt quando ad eligendum episcopum conuenerimus, si qua contradictio fuerit oborta (quia talia tractata sunt apud nos) non præsumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres iam, sed postulentur ad numerum supradictorum vnus vel duo, & in eadem plebe, cui ordinandus est, discutiantur primo personæ contradicentium: postremo illa etiam quæ obiiciuntur, pertractentur. Et cum purgatus fuerit, sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignitatis responsione. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet satis. Afr. ca. 17. Dist. 23. Illud statuendũ est.

XLI.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Quoniam de * Concilio quædam tractata noscuntur, adiicimus etiam de die Paschæ nobis esse mandatum, vt de ecclesia semper Carthaginensi (sicut prædictum est) instruamur, & non sub angusto temporis spatio. Aurelius episcopus dixit: Si sanctitati vestræ videtur (quoniam nos spopondisse iam superius meminimus) vt singulis quibusque annis ad tractandum conueniamus, & cum conuenerimus in vnum, tunc diuulgabitur sanctus Paschæ dies per legatos, qui fuerunt in Concilio. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Nunc de præsenti cœtu petimus, vt literis prouinciam nostram de hac die informare dignemini. Aurelius episcopus dixit: Ita fiat necesse est. Afr. c. 18. * cõmonitorio nostro omnia tractata. Præsentis Concilii. ca. 2.

XLII.

Afr. ca. 19 16. qu. 1. multis Cõciliis hoc.

Epigonius episcopus dixit: Multis in Conciliis hoc statutum est a cœtu sacerdotali, vt plebes quæ in diœcesibus ab episcopis retinentur, quæ episcopum nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est, episcopos. At vero quia nonnulli, quodam dominatu adepto, communionem fratrum abhorrent, vel certe, cum eleuati fuerint, quasi in quadam arce tyrannicam ibi dominationem vindicant, quod plerique * stolidi aduersus episcopos suos ceruices erigunt presbyteri, vel conuiuiis sibi conciliantes plebem, vel certe persuasu maligno * & illicito eosdem velint sibi collocare rectores, quod quidem insigne mentis tuæ tenemus votum, frater religiose Aureli, quia hæc sæpe oppressisti, non curando tales * petitiones, sed propter eorum malos cogitatus & praue concinnata Concilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem, quæ in diœcesi semper subiacuit, nec vnquam proprium episcopum habuit. Quapropter, si vniuerso sanctissimo * Concilio complacet hoc, quod prosecutus sum, confirmetur. Aurelius episcopus dixit: Fratris & consacerdotis nostri prosecutioni non obsisto, sed hoc me & fecisse & facturum esse confiteor, circa eos sane qui fuerint concordes, non solum circa ecclesiam Carthaginensem, sed circa omne sacerdotale consortium.

* stolidi aduersus

* & illicito eosdem velint sibi

* petitiones,

* Concilio

XLIII.

Afr. ca. 28. Sunt enim plerique conspirantes cum propriis

ANNO CHRISTI 397. plebibus, quas decipiunt, vt dictum est, earum scalpentes aures, ad seducendum vitiosæ vitæ homines; vel certe inflati, & ab hoc consortio separati, qui putent propriæ plebi incumbendum; & nonnunquam conuenti, ad Concilium venire refugiunt & detrectant, sua forte ne prodantur flagitia, metuentes. Dico, si placet, circa hos, non tantum diœceses non esse seruandas, verum etiam de propria ecclesia, quæ illis male fauerit, omnino adnitendum, vt etiam auctoritate publica reiiciantur, atque ab ipsis principalibus cathedris remoueantur. Oportet enim, vt qui vniuersis fratribus ac toti Concilio inhæserit, non solum sua iure integro, sed & diœceses possideat. At vero, qui sibimet putant plebes suas sufficere, fraterna dilectione contempta, nec tantum diœceses amittant, sed (vt dixi) etiam propriis publica careant auctoritate, vt rebelles. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Summa prouisio sanctitatis tuæ hæsit mentibus singulorum, & puto omnium responsione ea quæ prosequi dignatus es, probanda. Vniuersi episcopi dixerunt: Placet, placet.

XLIV.

Epigonius episcopus dixit: In multis Conciliis hoc statutum est, etiam nunc hoc confirmandum est vestra prouidentia, fratres beatissimi, vt clericum alienum nullus sibi præripiat episcopus, præter eius arbitrium, cuius fuerit clericus. Dico autem Iulianum, qui ingratus est Dei beneficiis per meam paruitatem in se collatis, ita temerarium & audacem extitisse, vt eum qui a me baptizatus est, Afr. c. 28.

cum esset puer egentissimus, mihi ab eodem commendatum; cumque multis annis a me aleretur, atque increscceret, hunc, vt dixi, baptizatum in ecclesia mea per manum paruitatis meæ constat, (idem in diœcesi Mapalensi lector esse cœperat, imo annis ferme duobus legerat) nescio quo contemptu humilitatis meæ, idem Iulianus arripuit, * quem dicit, quasi proprium ciuem sui loci Vzaritani, me inconsulto, vsurpare: nam & diaconum illum ordinauit: hoc si liceat, pateat hæc licentia a vobis, beatissimi fratres: sin minus, tam impudens cohibeatur, nec se misceat communioni cuiusquam. Numidius episcopus dixit: Si non postulata neque consulta tua dignatione, id videatur feciſſe Iulianus, iudicamus omnes inique factum atque indigne. Quapropter nisi idem Iulianus correxerit errorem suum, & cum satisfactione eumdem clericum, quem fuit ausus ordinare, reuocauerit tuæ plebi, contra statuta Concilii faciens, contumaciæ suæ, separatus a nobis, excipiet iudicium. Epigonius episcopus dixit: Ætate pater, & ipsa promotione antiquissimus, vt laudabilis, frater & collega noster Victor, vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

XLV.

Afr. ca. 22. Aurelius episcopus dixit: Sermonem meum admittite, fratres. Contingit nonnunquam, vt postulentur ab ecclesiis quæ præpositis egent, vel episcopis, vel presbyteris: & tamen memor statutorum, id sequor, vt conueniam episcopum eius, atque ei inculcem, quod eius clericus a qualibet ecclesia

ANNO CHRISTI 397. clesia postuletur. Sed forte in hodierno non reluctati sunt, & ne quando contingat vt reluctentur, cum fuerint a me in hac causa postulati, quem scitis multarum ecclesiarum & ordinandorum causam sustinere. Iustum est ergo, vt quemlibet consacerdotum conueniam, cum duobus e consortio nostro vel tribus testibus. Si vero indeuotus extiterit, quid censet caritas vestra faciendum? Ego * enim cunctarum ecclesiarum, dignatione Dei, vt scitis, fratres, solicitudinem sustineo. 2. Cor. 11.

* Subintellige, Africæ tantum, non mundi totius.

Numidius episcopus dixit: Fuit semper hæc licentia huic sedi, vnde vellet, & de cuius nomine fuisset conuentus, pro desiderio cuiusque ecclesiæ ordinare episcopum. Epigonius episcopus dixit: Bonitas sequestrat possibilitatem. Minus enim præsumis, frater. Et cum te bonum & clementem omnibus reddis, (habes enim hoc in arbitrio) satis est vt satisfiat personæ vniuscuiusque episcopi in prima tantummodo conuentione. Si autem quodlibet huic sedi vindicandum fuerit sibi arbitratus, necesse habes tu omnes ecclesias suffulcire. Vnde tibi non potestatem damus, sed tuam assignamus, vt liceat voluntati tuæ semper & tenere quem voles, vt præpositos plebibus vel ecclesiis constituas, qui postulati fuerint, & vnde voles. Postumianus episcopus dixit: Deinde, qui vnum habuerit, numquid debet illi ipse vnus presbyter auferri? Aurelius episcopus dixit: Sed episcopus vnus esse potest, per quem, dignatione diuina, presbyteri multi constitui possunt: vnus autem episcopus difficile inuenitur constituendus. Quapropter si ne-

ceſſarium epiſcopatui quis habet presbyterum, & vnum (vt dixiſti frater) habuerit, etiam ipſum ad promotionem dare debebit. Poſtumianus epiſcopus dixit: Ergo ſi habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs ſubuenire. Aurelius epiſcopus dixit: Sane, quomodo eccleſiæ alterius tu ſubueneris, perſuadebitur illi qui plures habet clericos, vt vnum tibi ordinandum largiatur. Anno Christi 397.

XLVI.

Afric. c. 23. Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt: Audiuimus conſtitutum, vt diœceſes non mereantur epiſcopos accipere, niſi cum conſenſu eius, ſub quo fuerint conſtitutæ. Sed in prouincia noſtra, cum aliqui forte in diœceſi (concedente eo epiſcopo, in cuius poteſtate fuerant conſtitutæ) ordinati ſunt epiſcopi, etiam diœceſes ſibi vindicant. Hoc & corrigi caritatis veſtræ iudicio, & inhiberi de cetero debet. Epigonius epiſcopus dixit: Singulis epiſcopiis ſeruatum eſt quod decebat, vt ex maſſa diœceſium nulla caperetur, vt proprium epiſcopum habuiſſet, niſi ipſe conſenſum adhibuiſſet concedendi. Sufficiat enim ſi conſenſerit, vt eadem diœceſis permiſſa proprium tantum epiſcopum habeat, & ceteras ſibi non vindicet diœceſes, quæ exempta de faſce multarum, ſola meruit honorem epiſcopatus ſuſcipere. Aurelius epiſcopus dixit: Non dubito caritati veſtræ omnium placere, eum qui in diœceſi, concedente epiſcopo qui matricem tenuit, ſolam eamdem retinere plebem, in qua fuit ordinatus.

ANNO CHRISTI 397.

XLVII.

Item placuit, vt præter ſcripturas canonicas, nihil in eccleſia legatur ſub nomine diuinarum ſcripturarum. Sunt autem canonicæ ſcripturæ, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſus Naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Pſalterium Dauidicum, Salomonis libri quinque, Libri duodecim prophetarum, Iſaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Eſther, Eſdræ libri duo, Machabæorum libri duo. Noui autem teſtamenti, euangeliorū libri quatuor, Actuum apoſtolorum liber vnus, Pauli apoſtoli epiſtolæ tredecim, eiuſdem ad Hebræos vna: Petri apoſtoli duæ, Ioannis apoſtoli tres, Iudæ apoſtoli vna, & Iacobi vna, Apocalypſis Ioannis liber vnus. Cod. Can. cap. 24.

Quidam vetuſtus codex ſic habet: De confirmando iſto Canone tranſmarina eccleſia conſulatur.

Hoc etiam fratri & conſacerdoti noſtro Bonifacio, vel aliis earum partium epiſcopis, pro confirmando iſto Canone, innoteſcat, quia a patribus iſta accepimus in eccleſia legenda. Liceat etiam legi paſſiones martyrum, cum anniuerſarii dies eorum celebrantur. Afric. 13.

Licet iſtud cap. 47. in præſenti exemplari, tamquam aliquod huius Concilii capitulum habeatur, in aliis tamen certis Conciliorum libris dicitur eſſe Carthaginenſis Concilii 24. capitulum, celebrati poſt conſulatum Honorii duodecimum, & Theodoſii octauum, quorum annus currit ſub Bonifacio papa.

XLVIII.

De Donatiſtis placuit, vt conſulamus fratres & conſacerdotes noſtros Siricium & Simplicianum, Afric. 15. 1. quæſt. 4. placuit vt de infantibus.

de solis infantibus, qui baptizantur penes eosdem, ne quod suo non fecerunt iudicio, cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conuersi, parentum illos error impediat, * ne prouehantur sacri altaris ministri. Quibus insertis, Honoratus & Vrbanus episcopi legati prouinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, dixerunt: Iam dudum, cum apud sanctitatem vestram allegaremus scripta, dilati sumus, ea contemplatione, quod fratres nostri aduenire possent de Numidia legati: sed quia non pauci dies sunt, quibus expectati, minime venerunt, vltra prætermittere quæ nobis mandata sunt a nostris coepiscopis, non oportet: atque ideo, fratres, suggestionem nostram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audiuimus. Verum & de sacrificiis inhibendis post prandium, vt a ieiunis, sicut dignum est, offerantur, & tunc & nunc confirmatum est.

Anno Christi 397.

* quæ minus proficiantur.

XLIX.

12. quæst. 3. Placuit vt episcopi.

[a] Placuit, vt episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore episcopatus vel clericatus sui, agros vel quæcumque prædia nomine suo comparant, tamquam rerum dominicarum inuasionis crimine teneantur obnoxii, nisi admoniti, ecclesiæ eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicuius, vel successione cognationis obuenerit, faciant inde quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitauerint, honore ecclesiastico indigni, tamquam reprobi, iudicentur.

ANNO CHRISTI 397.

L.

Aurelius episcopus dixit: Quoniam igitur vniuersa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro conuenerunt, sermone vestro cuncta roborate. Vniuersi episcopi dixerunt: Omnibus hæc placuerunt, & hæc nostra subscriptione firmamus. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi, & relecto subscripsi. Epigonius episcopus Bullensis regionis, subscripsi. Augustinus episcopus plebis Hipponæ Regiensis, subscripsi. Similiter & omnes episcopi, quadraginta quatuor numero, subscripserunt. Codex Can. c. 32.

ALTERA EDITIO QVORVMDAM CAPITVLORVM CONCILII CARTHAGINENSIS III.

ex codice Canonum desumpta.

Ὡστε ἀπὸ Τριπόλεως ἕνα ἐπίσκοπον εἰς τοποτηρησίαν ἐλθεῖν· καὶ ὥστε τὸν πρεσβύτερον ἐκεῖσε ἀπὸ πέντε ἀκούεσθαι ἐπισκόπων.

Vt de Tripoli vnus episcopus in legationem veniat: & vt presbyter ibidem a quinque episcopis audiatur.

ιδ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν ἀπὸ Τριπόλεως, διὰ πλοῦ τῆς χώρας ἔνδειαν, ἕνα ἐπίσκοπον εἰς τοποτηρησίαν ἐλθεῖν, καὶ ἵνα ὁ πρεσβύτερος ἐκεῖσε ἀπὸ πέντε ἀκούηται ἐπισκόπων· καὶ ὁ διάκονος ἀπὸ τριῶν, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται· τῇ ἰδίου αὐτοῦ δῆλον ὂν ἐπισκόπου παρεπιδήμου.

XIV.

ITEM placuit de Tripoli, propter inopiam prouinciæ, vt vnus episcopus in legationem veniat, & vt ibi presbytera quinque audiatur episcopis, & diaconus a tribus, vt superius memoratum est, proprio episcopo residente. Carthag. 3. cap. 2.

De diuersis ordinibus eccleſiæ ſeruientibus: vt ſi quis in cauſam criminis incurrerit, & abnuerit iudiciũ eccleſiaſticum, debeat periclitari: & vt filii ſacerdotum ſpectacula ſæcularia non adeant.

Περὶ διαφόρων τάξεων τῇ ἐκκλησίᾳ δουλευουσῶν· ὥστε ἐὰν τις εἰς ἐγκληματικὸν πρᾶγμα πεσεῖν, καὶ παραιτήσηται τὸ ἐκκλησιαστικὸν δικαστήριον, ὀφείλειν τοιοῦτον κινδυνεύειν· καὶ ὥστε τὰ τέκνα τῶν ἱερέων κοσμικοῖς θεάτροις μὴ παρεῖναι. Anno Christi 387.

XV.

Carthag. 3. cap. 9. Item placuit, vt quiſquis epiſcoporum, preſbyterorum, & diaconorum, ſeu clericorũ, cum in eccleſia ei fuerit crimen inſtitutum, vel ciuilis cauſa fuerit commota, ſi relicto eccleſiaſtico iudicio, publicis iudiciis purgari voluerit, etiam ſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat; & hoc in criminali actione: in ciuili vero perdat quod euicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit. Hoc etiam placuit, vt a quibuſcumque iudicibus eccleſiaſticis ad alios iudices eccleſiaſticos, vbi eſt maior auctoritas, fuerit prouocatum: non eis obſit, quorum fuerit ſoluta ſententia, ſi conuinci non potuerint, vel inimico animo iudicaſſe, vel aliqua cupiditate aut gratia deprauati. Sane ſi ex conſenſu partium electi fuerint iudices, etiam a pauciore numero quam conſtitutum eſt, non liceat prouocari: & vt filii ſacerdotum ſpectacula ſæcularia non exhibeant, ſed nec ſpectent: licet hoc ſemper Chriſtianis omnibus interdictũ ſit, & vbi blaſphemiæ ſunt, non accedant.

Carthag. 3. cap. 10.

Carthag. 3. cap. 11.

ιε'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε τῶν ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων ἢ κληρικῶν, πράγματος αὐτῷ ἐγκληματικοῦ ἢ πολιτικοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κινουμένου, ἐὰν παραιτούμενος τὸ ἐκκλησιαστικὸν δικαστήριον, δημοσίοις θελήσῃ καθαρθῆναι δικαστηρίοις· κἂν ὑπὲρ αὐτοῦ ἡ ψῆφος ἐκφωνηθῇ, ὅμως τὸν ἴδιον τόπον ἀπολέσῃ· ἐὰν τοῦτο μὲν ἐπὶ τῷ ἐγκληματικοῦ· ἐπὶ δὲ πολιτικοῦ, ἀπολέσῃ τὸ εἰς ὃ ἐνίκησεν, ἐὰν τὸν ἴδιον τόπον θελήσῃ κατέχειν. καὶ τοῦτο μὲν ἤρεσεν, ὥστε ἐὰν ἀπό οἱωνδήποτε δικαστῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπὶ ἄλλους δικαστὰς ἐκκλησιαστικοὺς ἔχοντας μείζονα τὴν αὐθεντίαν ἐκλητος γένηται, μηδὲν βλάπτειν τούτοις ὧν ἡ ψῆφος λύεται, ἐὰν ἐλεγχθῆναι μὴ δυνηθῶσιν, ἢ κατ' ἔχθραν ἢ κατὰ προπέτειαν δεδικακέναι, ἢ μᾶλλον ἐκ τοῦ φθονεῖν. ἐὰν δὲ κατὰ συναίνεσιν τῶν μερῶν ὀλιγώτεροι ἔσονται τῶν ὡρισμένων, μὴ ἐξεῖναι ἐκκαλεῖσθαι· ὥστε τὰ τέκνα τῶν ἱερέων θεάτρα κοσμικὰ μὴ ἐκτελεῖν, μηδὲ θεωρεῖν. τοῦτο δὲ πᾶσι τοῖς χριστιανοῖς ἀεὶ κεκήρυκται, ὥστε ὅπου βλασφημίαι εἰσὶ, μὴ παρεῖναι.

ANNO CHRISTI 397.

Ωστε μηδένα ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον ⓦ ἔκλημψιν ἵνα λαμβάνειν· καὶ ὥστε τοὺς ἀναγνώστας γαμετὰς λαμβάνειν· καὶ ἵνα ⓓ κληρικοὶ γυναικῶν ἀπέχωνται· καὶ πότε δεῖ καιρὸν ἢ αὐτοὺς, ἢ τὰς παρθένους καθιεροῦσθαι.

Vt nullus episcopus, presbyter, & diaconus conductor existat: & vt lectores vxores accipiant, & clerici abstineant ab vsuris: & quo tempore vel ipsi, vel virgines consecrentur.

ιε'.

Ομοίως ἤρεσεν ἵνα ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι & διάκονοι, ἐκλήπτορες μὴ γίνωνται, ἢ πανουργοπάτορες, μηδὲ ἐκ τινος αἰσχροῦ ἢ ἀπίμου πράγματος χρηματίζωνται· ὀφείλουσι γὰρ ἀποβλέπειν εἰς τὸ γεγραμμένον· οὐδεὶς στρατευόμενος τῷ θεῷ, ἐμπλέκει ἑαυτὸν πραγματείαις κοσμικαῖς. ἤρεσεν, ὥστε τοὺς ἀναγνώστας εἰς τὸν καιρὸν τῆς ἥβης ἐρχομένους, ἀναγκάζεσθαι ἢ συμβίους ἀγαγέσθαι, ἢ ἐγκράτειαν ὁμολογεῖν. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα κληρικὸς, ἐὰν χρήματα δῷ εἰς χρῆσιν, τὰ χρήματα λάβῃ· ἐὰν εἶδος, ὅσον ἔδωκε, λάβῃ. καὶ ἵνα πρὸ τῶν εἰκοσιπέντε ἐνιαυτῶν, μήτε διάκονοι χειροτονῶνται· ἀλλὰ οἱ ἀναγνῶσται ⓦ δήμιον μὴ προσκυνῶσιν.

Item placuit, vt episcopi presbyteri, & diaconi non sint conductores, aut procuratores, neque vllo turpi negotio & inhonesto victum quærant, quia respicere debent scriptum esse: *Nullus militans Deo, implicat se negotiis secularibus*. Item placuit vt lectores, cum ad annos pubertatis peruenerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri. Item placuit, vt clericus, si commodauerit pecuniam, pecuniam accipiat: si speciem, quantum dederit accipiat: & vt ante XXV. annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur; & vt lectores populum non salutent.

Carthag. 3. cap. 15.

2. Timoth. 2.

Carthag. 3. cap. 19.

Carthag. 3. cap. 16.

Ωστε ἐκάστῃ ἐπαρχίαν διὰ τὸ μακροδαπὲς πρωτεύοντα ἔχειν ἴδιον ⓦ.

Vt vnaquæque prouincia propter longinquitatem, primatem habeat proprium.

ιζ'.

Ηρεσεν ἵνα ἡ Μαυρετανία Σιτιφένσης, ὡς ἤτησε, τὸ πρωτεύοντα τῆς Νουμιδικῆς χώρας, ἧς τινος ἐκ τοῦ συνόδου κεχώρισται, ἴδιον ἔχῃ πρωτεύοντα· συναγέσθω πάντων τῶν πρωτευόντων τῶν Αφρικανῶν ἐπαρχιῶν, καὶ πάντων ἐπισκόπων, διὰ τὸ μακροδαπὲς, ἔχειν ἐπετράπη.

XVII.

Placuit, vt Mauritania Sitiphensis, vt postulauit, primatem prouinciæ Numidiæ, ex cuius cœtu separatur, vt suum habeat primatem: quem consentientibus omnibus primatibus prouinciarum Africanarum, vel omnibus episcopis, propter longinquitatem habere permissa est.

Si quis clericus ordinatur, moneri debet constituta seruare: & vt corporibus defunctorum eucharistia non detur, nec baptisma: & vt per singulos annos per omnes prouincias ad Concilium metropolitani conueniatur.

XVIII.

Carthag. 3. cap. 3. Item placuit, vt ordinatis episcopis vel clericis, prius ab ordinatoribus suis placita Conciliorum auribus eorum inculcentur: ne se aliquid contra statuta

Carthag. 3. cap. 6. Concilii feciſſe pœniteat. Item placuit, vt corporibus defunctorum eucharistia non detur: scriptum est enim: *Accipite & edite:* cadauera autem nec accipere possunt, nec edere: & ne iam mortuos homines baptizari faciat presbyterorum ignauia: pro qua re confirmandum est in

Carthag. 3. cap. 2. hac sancta Synodo, vt secundum Nicæna statuta, propter causas ecclesiasticas, quæ ad perniciem plebium sæpe veterascunt, singulis quibusque annis Concilium conuocetur, ad quod omnes prouinciæ, quæ primas sedes habent, de Conciliis suis binos, aut quantos delegerint, episcopos legatos mittant: vt congregato conuentu plena possit esse auctoritas.

Vt si quis episcopus accusatur, ad primatem ipsius prouinciæ causa deferatur.

XIX.

Carthag. 3. cap. 7. Aurelius episcopus dixit: Quisquis episcoporum accusatur, ad primatem prouinciæ ipsius causam deferat accusator,

Ἐαν τις κληρικὸς χροτονῆται, ὀφείλει ὑπομιμνήσκεσθαι τοῦ ὅρους φυλάττειν· καὶ ἵνα τοῖς σώμασι τῶν ἀποθανόντων εὐχαριστία μὴ διδῶται, μηδὲ βάπτισμα· καὶ ἵνα καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν εἰς πάσας τὰς ἐπαρχίας πρὸς συνόδον ⓓ μητροπολῖται ἔρχωνται. Anno Christi 397.

ιη'.

Ομοίως ἤρεσεν, ὥστε χροτονεμένου ἐπισκόπου ἢ κληρικοῦ, πρότερον ὑπὸ τῶν χροτονούντων αὐτοῦ τὰ δεδογμένα τοῖς συνόδοις εἰς τὰς ἀκοὰς αὐτῶν ἐνίεσθαι· ἵνα μὴ ποιοῦντες τὸ ὅρον τῆς συνόδου μεταμεληθῶσιν. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα τοῖς σώμασι τῶν τελευτώντων εὐχαριστία μὴ δοθῇ· γέγραπται γάρ· λάβετε, φάγετε. τὰ δὲ τῶν νεκρῶν σώματα οὐδὲ λαβεῖν δυνατόν, οὐδὲ φαγεῖν. ἔτι ἵνα μὴ τοῦ ἤδη τελευτῶντας βαπτισθῆναι ποιήσῃ ἡ τῶν πρεσβυτέρων ἄγνοια. διὸ βεβαιωτέον ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε κατὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ ὅρους διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς αἰτίας, αἵτινες πολλάκις πρὸς ὄλεθρον τοῦ λαοῦ παλαιοῦνται, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν συνόδου συγκαλεῖσθαι, πρὸς ᾧ πάντες οἱ τῶν ἐπαρχιῶν τὰς πρώτας καθέδρας ἐπέχοντες, ὅτε τῶν οἰκείων συνόδων δύο, ἢ καθ' ὅσους ἐπιλέξωνται, ἐπισκόποις τοποτηρητὰς ἀποστείλωσιν· ἵνα ἐν τῇ σύναχθείσῃ συνελθούσῃ πλήρης εἶναι δύνηται ἡ αὐθεντία.

Ωστε ἐπισκόπου κατηγορουμένου, πρὸς τὸν πρωτεύοντα τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας τὸ πρᾶγμα ἀνενεχθῆναι.

ιθ'.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐάν τις τῶν ἐπισκόπων κατηγορῆται, παρὰ τοῖς τῆς αὐτῆς χώρας πρωτεύουσιν ὁ κατηγο-

ANNO CHRISTI 397.

πήγορος ἀναγάγῃ τὸ πρᾶγμα· ἢ μηδὲ ἀπὸ τῆς κοινωνίας κωλυθῇ ὁ κατηγορούμενος, εἰ μηδ' ἀν πρὸς ἀπολογίαν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐπιλεγόντων δικάζειν, γράμμασι προκληθεὶς, τῇ ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ οὐδαμῶς ἀπαντήσοι, τοῦτ' ἔστιν, ἐντὸς προθεσμίας μιᾶς ἀφ' ἧς ἡμέρας φανείη τὰ γράμματα δεξάμενος. ἐαν δὲ ἀληθεῖς τινας καὶ ἀναγκαίας αἰτίας ἀποδείξῃ τὰς αὐτὸν κωλυσάσας ἀπαντῆσαι πρὸς ἀπολογίαν τῶν κατ' αὐτὸν προτεθέντων, ἐντὸς ἑτέρας μιᾶς ἀκεραίαν ἐχέτω διχέρειαν· μὴ δὲ ἐν δευτέρᾳ μιᾷ μὴ κοινωνήσῃ, ἕως οὗ καθαρὸς ἀποδειχθείη. εἰ δὲ πρὸς σύμπασαν τὴν ἐπισκοπὴν συνόδου ἀπαντῆσαι μὴ βουληθείη, ἵνα κἂν ἐκεῖ τὸ πρᾶγμα αὐτοῦ περανθῇ, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν καταδίκην τοῦ ὑπάρχου ἐκπεφωνηκέναι κριθήσεται· ἐν ᾧ τῷ καιρῷ ὦ ἐκοινωνεῖ, μηδὲ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, μηδὲ ἐν παροικίᾳ κοινωνήσῃ. ὁ δὲ τούτου κατήγορος, ἐαν μηδαμοῦ ἀποληφθείη ἐν αἷς ἡμέραις γυμνάζεται τὰ τοῦ πράγματος, μηδαμῶς κωλυθῇ ἀπὸ τῆς κοινωνίας· ἐαν δέ ποτε ἐλλείψῃ ἑαυτὸν ὑποσύρας, ἀποκαθισταμένου τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, αὐτὸς ἀπὸ τῆς κοινωνίας ἐκβληθῇ ὁ κατήγορος· οὕτως μέντοι, ὡς μὴ ἐν τῇ διχέρειαν αὐτῷ ἀφαιρεῖσθαι τὴν κατηγορίας τοῦ πράγματος, ἐαν δοκῇ ἀποδεῖξαι κατὰ τὴν προθεσμίαν, οὐχὶ μὴ τετελευτηκέναι, ἀλλὰ μὴ δεδυνῆσθαι ἀπαντῆσαι· ἐκείνου δήλου ὄντος, ὡς ἐν τῷ κινεῖσθαι τὰ τοῦ πράγματος ἐν τῷ τῶν ἐπισκόπων δικαστηρίῳ, ἐαν διαβέβληται τὸ πρόσωπον τοῦ κατηγόρου, μὴ προσδεχθῇ εἰς κατηγορίαν· εἰ μηδ' ἀν ὑπὲρ ἰδίου πράγματος, μὴ μέντοι γε ἐκκλησιαστικοῦ, ἀκοῦσαι ἐπιβαλέσθαι.

nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum iudicum die statuta literis euocatus minime occurrerit, hoc est infra spatium mensis, ex ea die, qua eum literas accepisse constiterit. quod si aliquas veras necessitatis causas probauerit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causæ dicendæ intra alterum mensem integram habeat facultatem; verum tam diu post mensem secundum non communicet, donec purgetur. Si autem ad Concilium vniuersale anniuersarium occurrere noluerit, vt vel ibi causa eius terminetur: ipse in se damnationis sententiam dixisse iudicetur, tempore sane, quo non communicat, nec in sua ecclesia vel parœcia communicet. Accusator autem eius, si nunquam diebus causæ dicendæ defuerit, a communione non remoueatur: si vero aliquando defuerit subtrahens se, restituto in communione episcopo, ipse remoueatur a communione accusator: ita tamen, vt nec ipsi adimatur facultas causæ peragendæ, si se ad diem occurrere non noluisse, sed non potuisse probauerit. Placuit illud vero, vt cum agere cœperit in episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, asserere voluerit.

De presbyteris, vel clericis accusatis.

XX.

Cartha. III. cap. 8. Si autem presbyteri vel diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis cum proprio episcopo, legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est vna secum in presbyteri nomine sex, in diaconi tres, ipsorum causam discutiant, eadem dierum & dilationum, & a communione remotionum, & discussione personarum inter accusatores & eos qui accusantur, forma seruata. Reliquorum autem clericorum causas etiam solus episcopus loci agnoscat, & finiat.

Vt filii clericorum in matrimonio non iungantur hæreticis.

XXI.

Cartha. III. cap. 12. Iterum placuit vt filii clericorum gentilibus, vel hæreticis, matrimonio non iungantur.

Vt episcopi vel clerici in eos qui non sunt catholici, nihil conferant.

XXII.

Cartha. III. cap. 13. Et vt in eos qui catholici Christiani nō sunt, etiam si consanguinei fuerint, per donationes rerum suarum episcopi vel clerici nihil conferant.

Vt episcopi trans mare non proficiscantur.

XXIII.

Cartha. III. cap. 28. Item, vt episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consulto primæ sedis episcopo suæ cuiusque prouinciæ: vt ab eo præcipue possint sumere formatam vel commendationem.

Περὶ πρεσβυτέρων & κληρικῶν κατηγορουμένων. ANNO CHRISTI 397.

κ'.

Ἐαν δὲ πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι κατηγορηθῶσι, παρακαλούμενοι ἕνα μίμνα ἀεὶ θμῦ τὸν τῆς πλησιοχώρου μητροπόλεως ἐπισκόπων, οὓς ὁ κατηγορούμενος αἰτήσειν· τοῦτ' ἔστιν, ἐπ' ὀνόματι τῶν πρεσβυτέρων ἓξ, καὶ τῶν διακόνων τριῶν· σὺν τούτοις αὐτὸς ὁ ἴδιος τῶν κατηγορουμένων ἐπίσκοπος τὰς αἰτίας αὐτῶν ἐξετάσῃ, τῶν αὐτῶν τὴν ἡμερῶν καὶ ὑπὲρ θέσεων καὶ ἐξετάσεων καὶ προσώπων μεταξὺ τῶν κατηγορόντων καὶ κατηγορουμένων * τόπου φυλαττομένου. τῶν λοιπῶν κληρικῶν τὰς αἰτίας & μόνος ὁ ἐντόπιος ἐπίσκοπος διαγνῷ καὶ πραπάσῃ. * Alias τοπον.

Ὥστε τὰ τέκνα τῶν κληρικῶν εἰ συμπεισθείῳ μὴ συναπτεσθαι αἱρετικοῖς.

κα'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε τέκνα τῶν κληρικῶν ἐθνικοῖς ἢ αἱρετικοῖς γαμικῶς μὴ συναπτεσθαι.

Ὥστε τοῦ ἐπισκόποις καὶ τοῦ κληρικοῖς μηδένα συνεισάγειν τοῖς μὴ ὀρθοδόξοις χριστιανοῖς, εἰ μὴ συγγενεῖς ἔτι μιὼ ὦσιν.

κβ'.

Μηδὲν διὰ δωρεᾶς τῶν οἰκείων πραγμάτων, ὡς εἴρηται, τοῦ ἐπισκόπου ἢ κληρικοῖς τούτοις συνεισάγειν.

Ὥστε τοῦ ἐπισκόπους πέραν θαλάσσης μὴ ἀποδημεῖν.

κγ'.

Ὁμοίως ἐπισκόπους πέραν θαλάσσης μὴ ἀποδημεῖτωσαν, εἰ μὴ μετὰ γνώμης τοῦ πρώτης καθέδρας τῆς ἰδίου ἑκάστης χώρας ἐπισκόπου· τοῦτ' ἔστιν, εἰ μὴ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πρωτεύοντος καταξιωθέντος λαβεῖν τὸν, ἣν λέγεται ἀπολυτικήν, τετυπωμένων ἤτοι πραθέντων.

ANNO CHRISTI 397.

Ωστε ἐκτὸς τῶν κανονικῶν γραφῶν, μηδὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναγινώσκεσθαι.

Vt præter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur.

κδ'.

XXIV.

Ομοίως, ἵνα ἐκλὸς τῶν κανονικῶν γραφῶν, μηδὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναγινώσκηται, ἐπ' ὀνόματι θείων γραφῶν. εἰσὶ δὲ αἱ κανονικαὶ γραφαί, τοῦτ' ἔστι, Γένεσις, Ἔξοδος, Λευιτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον, Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, Ῥὲθ, Κριταὶ, τῶν βασιλειῶν τέσσαρες, τῶν παραλειπομένων βίβλοι δύο, Ἰὼβ, Ψαλτήριον, Σολομῶνος βίβλοι πέντε, τῶν προφητῶν βίβλοι δώδεκα, Ησαΐας, Ἱερεμίας, Ἰεζεκιὴλ, Δανιὴλ, Τωβίας, Ἰουδὶθ, Ἐσθὴρ. Ἔσδρας βίβλοι δύο. Τῆς νέας διαθήκης, εὐαγγέλια τέσσαρα, πράξεων ἀποστόλων βίβλος μία, ἐπιστολαὶ Παύλου δεκατέσσαρες, Πέτρου ἀποστόλου δύο, Ἰωάννου ἀποστόλου τρεῖς, Ἰακώβου ἀποστόλου μία, Ἰούδα ἀποστόλου μία. Ἀποκάλυψις Ἰωάννου, βίβλος μία. Τοῦτο δὲ τῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἡμῶν Βονιφατίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ἀπῶν μερῶν ἐπισκόποις, πρὸς βεβαίωσιν τοῦ προκειμένου κανόνος γνωσθῆναι, ἐπειδὴ παρὰ τῶν πατέρων ταῦτα ἐν ἐκκλησίᾳ ἀναγνωστέα παρελάβομεν.

Item placuit vt præter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesus Naue, Iudices, Ruth, Regum libri IV. Paralipomenon libri II. Iob, Psalterium, Salomonis libri V. Libri XII. prophetarum, Isaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Esther, Esdræ libri II. Machabæorum libri II. Noui testamenti, Euangeliorum libri IV. Actuum apostolorum liber I. Epistolæ Pauli XIV. Petri apostoli epistolæ II. Ioannis apostoli III. Iacobi apostoli I. Iudæ apostoli I. Apocalypsis Ioannis apostoli liber I. Hocetiam fratri & consacerdoti nostro Bonifacio, vel aliis earum partium episcopis, pro confirmando isto Canone innotescat, quia a patribus ista accepimus in ecclesia legenda. Carthag. III. cap. 47.

Περὶ ἐπισκόπων καὶ τῶν ἑπομένων τάξεων τῶν τὰ ἅγια μυστήρια ψηλαφούντων, ἤρεσεν ἀπὸ γυναικῶν ἐγκρατεύεσθαι.

De episcopis, vel sequentibus ordinibus, qui sacrosancta mysteria contrectant, placuit ab vxoribus contineri.

κε'.

XXV.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· προστίθημι ἀδελφοὶ τιμιώτατοι προστοῦτοις, ἐν τῷ διαφέρεσθαι ἕνεκεν ἐγκρατείας καὶ περὶ τὰς ἰδίας γυναῖκας ἔνιων τῶν κληρικῶν, ὡς μαρτύρως ἀναγνωσθῶν, καὶ ἐν διαφόροις συνόδοις βεβαιωθέν· ὥστε καὶ ὑποδιακόνους καὶ τὰ ἱερὰ

Aurelius episcopus dixit: Addimus fratres carissimi præterea, cum de quorumdam clericorum, quamuis lectorum, erga vxores proprias incontinentia referretur, placuit, quod & in diuersis Conciliis firmatum est, vt subdiaconi, qui sacra mysteria Carthag. V. cap. 3.

contrectant, & diaconi, & presbyteri, sed & episcopi secundum priora statuta etiam ab vxoribus se contineant, vt tamquam non habentes videantur esse: quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi, nisi maturiori ætate. Ab vniuerso Concilio dictum est: Quæ vestra sanctitas est iuste moderata, & sancta, & Deo placita sunt, confirmamus.

Cartha. III. cap. 10.

μυσήεια ψηλαφῶντας, & τοὺ διακόνους & πρεσβυτέρους, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ σκόπους, καὶ τοὺ ἰδίους ὅρους & ἐκ τῆς συμβίων ἐγκρατεύεσθαι, ἵνα ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν· ὅπερ εἰ μὴ ποιήσωσι, τῆς ἐκκλησιαστικοῦ ἀποκινηθῶσι καθήκοντος. τοὺ δὲ λοιποὺς κληρικοὺς πρὸς τὸ μὴ ἀναγκάζεσθαι, εἰ μὴ ἐν ὡρισμένῃ ἡλικίᾳ. ἀπὸ πάσης ἐλέχθη συνόδου· ἅπερ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη δικαίως ἐρύθμισεν, ἱεροπρεπῆ ὄντα καὶ θεάρεστα βεβαιοῦμεν.

Anno Christi 397.

Vt res ecclesiæ nemo distrahat.

XXVI.

Carthag. V. cap. 4.

Item placuit, vt rem ecclesiæ nemo vendat: quod si reditus non habet, & aliqua nimia necessitas cogit, hoc insinuandum esse primati prouinciæ ipsius, vt cum statuto numero episcoporum, vtrum faciendum sit, arbitretur. Quod si tanta vrget necessitas ecclesiæ, vt non possit ante consulere; saltem vicinos testes conuocet episcopos, curans ad Concilium omnes referre suę ecclesię necessitates: quod si non fecerit, reus Deo & Concilio venditor, honore amisso, teneatur.

Ὡστε μὴ ἐκποιεῖσθαι τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα.

κς'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν μηδεὶς πωλήσῃ· ὅπερ πρᾶγμα ἐὰν πρόσοδος μὴ ἔχῃ, καὶ πολλὴ ἡ ἐπείγουσα ἀνάγκη, ὅπερ ἐμφανίζεσθαι τῷ πρωτεύοντι τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, καὶ μὴ πρὸ ὡρισμένου ἀριθμοῦ τῶν ἐπισκόπων βουλεύεσθαι, εἰ δεῖ πρᾶξαι. εἰ δὲ τοσαύτη ἐπείγει ἀνάγκη τῆς ἐκκλησίας, ὡς μὴ δύνασθαι πρὸ πολλῶν βουλεύεσθαι, καὶ τοὺ γνησίους εἰς μαρτυρίαν καλέσῃ ὁ ἐπίσκοπος, φροντίδα ποιούμενος πρὸ ἀποδεῖξαι τῇ συνόδῳ πάσας τὰς συμβάσας τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ πρόφασεις· ὅπερ εἰ μὴ ποιήσῃ, ἐπιτιμίοις τῷ ἀρχῷ καὶ τῇ συνόδῳ φανῇ, καὶ ἀλλότριος τῆς οἰκείας τιμῆς.

Presbyteri & diaconi in grauiore culpa conuicti, manus impositionem, tamquam laici, nequaquam suscipiant.

XXVII.

Carthag. V. cap. 1.

Item confirmatum est, vt si quando presbyteri vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit remoueri, non eis manus

Πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι ἐπὶ βαρυτέρῳ ἁμαρτήματι ἐλεγχθέντες, χειροτονεῖσθαι, ὡς λαϊκοὶ, μηδαμῶς ἐπιδέξωνται.

κζ'.

Ὁμοίως ἐβεβαιώθη, ὡς ἐάν ποτε πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι, ἐπί τινι βαρυτέρᾳ ἁμαρτίᾳ ἐλεγχθῶσι τῇ ἀναγκαίως αὐτοὺ τῆς λειτουργίας ἀποκινούσῃ, μὴ

ANNO CHRISTI 397.

ἐπιθῆναι αὐτοῖς χεῖρας ὡς μετανοοῦσιν, ἢ ὡς πιστοῖς λαϊκοῖς· μηδὲ ἐπιτρέπειν αὐτοῖς, ὥστε ἀναβαπτιζομένους πρὸς τὸν κλήρου βαθμὸν προκόπτειν.

tamquam pœnitentibus, vel tamquam fidelibus laicis, imponatur; neque permittendum, vt rebaptizati ad clericatus gradum promoueantur.

Πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι ἢ κληρικοί, οἱ ἐν τῷ ἰδίῳ πράγματι ἔκκλητον παρέλθοντες ἐπὶ τὰ πέραν τῆς θαλάσσης, εἰς κοινωνίαν μηδαμῶς δεχθῶσιν.

Presbyteri, diaconi, vel clerici, qui in causa sua ad transmarina putauerint appellandum, in communionem minime suscipiantur.

κη'.

XXVIII.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι, καὶ οἱ λοιποὶ κατώτεροι κληρικοί, ἐν αἷς ἔχουσιν αἰτίαις, ἐὰν τὰ δικαστήρια μέμφωνται τῶν ἰδίων ἐπισκόπων, οἱ γείτονες ἐπίσκοποι ἀκροάσωνται αὐτῶν, καὶ μετὰ συναινέσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τὰ μεταξὺ αὐτῶν διαιτῶσιν οἱ προσκαλούμενοι δι' αὐτῶν ἐπίσκοποι. διὸ εἴ τις περὶ αὐτῶν ἔκκλητον πρέπειν νομίσοι, μὴ ἐκκαλέσωνται εἰς τὰ πέραν τῆς θαλάσσης δικαστήρια, ἀλλὰ πρὸς τοὺς προτιθέντας τῶν ἰδίων ἐπαρχιῶν, ὡς καὶ περὶ τῶν ἐπισκόπων πολλάκις ὥρισται. οἱ δὲ πρὸς πέραν καλοῦντες δικαστήρια διεκκαλούμενοι, μηδ' οὑδενὸς ἐν τῇ Ἀφρικῇ δεχθῶσιν εἰς κοινωνίαν.

Mileuitan. II. sub Innoc. cap. 22.

Item placuit, vt presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de iudiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos cum consensu sui episcopi audiant, & inter eos definiant adhibiti ab eis episcopi: quod si & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent ad transmarina iudicia, sed ad primates suarum prouinciarum, aut ad vniuersale Concilium, sicut & de episcopis sæpe constitutum est. Ad transmarina autem qui putauerit appellandum, a nullo intra Africam ad communionem suscipiatur.

Εἴτις ὑπὸ κοινωνίας ὤν, πρὸ τοῦ ἀκουσθῆναι κοινωνῆσαι τολμήσοι, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν καταδίκην πεποίηκεν.

Si quis excommunicatus ante audientiam communicare præsumpserit, ipse in se damnationem protulit.

κθ'.

XXIX.

Ὁμοίως ἤρεσε συμπάσῃ τῇ συνόδῳ, ἵνα ὁ διὰ ῥαθυμίαν αὐτοῦ ὑπὸ κοινωνίας γενόμενος, εἴτε ἐπίσκοπος, εἴτε οἱοσδήποτε κληρικός, ἐὰν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀκοινωνησίας αὐτοῦ, πρὸ τοῦ ἀκουσθῆναι, εἰς κοινωνίαν τολμήσοι, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τῆς καταδίκης τὴν ψῆφον ἐξενηνοχέναι κριθῇ.

Item placuit vniuerso Concilio, vt qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, siue episcopus, siue quilibet clericus, & tempore excommunicationis suæ ante audientiam communionem præsumpserit, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam.

II. quæst. 3. cap. 9. vbi citatur sub nomine Concilii Africani: sed non reperitur nisi in codice Canonum, & refertur in V. Synodo sessione 7. in epist. Vigilii papæ.

De accusato, vel accusatore.

XXX.

Item placuit, vt accusatus vel accusator in eo loco, vnde est ille qui accusatur, si metuit aliquam vim temerariæ multitudinis, locum sibi eligat proximum, quo non sit difficile testes producere, vbi causa finiatur.

Si qui clerici ab episcopis suis promoti contempserint, nec illic maneant, vnde recedere noluerunt.

XXXI.

Item placuit, vt quicumque clerici, vel diaconi pro necessitatibus ecclesiarum non obtemperauerint episcopis suis, volentibus eos ad honorem ampliorem in sua ecclesia promouere, nec illic ministrent in gradu suo, vnde recedere noluerunt.

Si quis clericorum pauper promotus in ordine, postea habuerit aliquid, ecclesiæ potestati subiaceat.

XXXII.

Cartha. III. c. 49. & 12. quæst. 3. c. 1. Item placuit, vt episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore episcopatus vel clericatus sui, agros vel quæcumq; prædia nomine suo comparant, tamquam rerum dominicarum inuasionis crimine teneantur: nisi admoniti in ecclesiam eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicuius, vel successione cognationis obuenerit, faciant διαδοχὴ συγγενείας προελήλυθεν, ὃ ἐξ αὐτῶν ποιήσωσιν ὃ ἔχει ἡ προθεσις αὐτῶν.

Περὶ κατηγορουμένου καὶ κατηγορήσαντος.

λ'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁ κατηγορούμενος ἢ ὁ κατηγορῶν ἐν τῷ τόπῳ, ὅθεν ἐστὶν ὁ κατηγορούμενος, ἐὰν φοβῆται ἀπιμίαν τερατώδη τῶν πολυπληθίας, τόπον ἑαυτῷ ἐπιλέξηται ἔγγιστα, ἐν ᾧ οὐκ ἔστιν ἀπὸ δυσχέρεια μάρτυρας προκομίσαι, ἔνθα τὸ πρᾶγμα πραθῆναι.

Εἰ τινες κληρικοὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων προβιβαζόμενοι καταφρονήσωσι, μηδὲ ἐκεῖ μείνωσιν, ὅθεν ἀναχωρῆσαι οὐκ ἠθέλησαν.

λα'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα οἱοιδήποτε κληρικοὶ ἢ διάκονοι, ἐὰν μὴ πειθαρχῶσι τοῖς ἐπισκόποις αὐτῶν βουλομένοις διά τινας ἀναγκαίας αἰτίας τὴν ἐκκλησιῶν αὐτῶν, τούτοις πρὸς μείζονας ἀποβιβάζειν τιμὰς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτῶν, μηδὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ βαθμῷ διακονήσωσιν, ἐξ οὗ ἀναχωρῆσαι οὐκ ἠθέλησαν.

Εἰ τις τῶν κληρικῶν πενιχρὸς, προσκόψας εἴς τινα τάξιν κληρικὴν ἔποτε, ὑποκείσθω τῇ ἐξουσίᾳ τῶν ἐπισκόπων.

λβ'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα ἐπίσκοποι, πρεσβύτεροι, διάκονοι, ἢ οἱοιδήποτε κληρικοὶ οἱ μηδὲν ἔχοντες, ἐὰν προσκόψαντες τῷ καιρῷ τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τῆς κληρώσεως αὐτῶν, ἀγροὺς ἢ οἱασδήποτε χωρία ἐπ' ὀνόματι αὐτῶν ἀγοράσωσιν, ἵνα ὡς ἴδιά κτήματα προσλαβόντες, συνέχωνται· εἰ μὴ ἅρα λοιπὸν ὑπομνήσαντες, τῇ ἐκκλησίᾳ ταῦτα εἰσκομίσωσιν. ἐὰν δὲ εἰς αὐτοὺς κυρίως φιλοτιμία τινὸς ἢ

ANNO CHRISTI 397.

εἰ δὲ καὶ μὴ τὸ προτεθὲν εἰς τοὐπίσω μεταστραπῶσι, τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀμοιβῆς ἀνάξιοι, ὡς ἀδόκιμοι, κριθῶσιν.

inde, quod eorum proposito congruit: quod si a suo proposito retrorsum exorbitauerint, honore ecclesiastico indigni, tamquam reprobi, iudicentur.

Ὡστε πρεσβυτέρους πρᾶγμα τῆς ἐκκλησίας ἐν ᾗ καθιέρωνται, μὴ προδόσκειν· ἢ ὥστε μηδενὶ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι πράγματα καταχεχρῆσθαι τῆς πόλεως τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάζικος.

Vt presbyteri rem ecclesiæ, in qua sunt constituti, non vendant: & nulli episcopo liceat rem tituli matricis ecclesiæ vsurpare.

λγ'.

XXXIII.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων πρᾶγμα μὴ προδόσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ καθιέρωνται· ὃν ζῆλον καὶ τοῖς ἐπισκόποις ἐκ ἔξεστι πράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. μὴ οὔσης τοίνυν ἀνάγκης, μηδὲ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι καταχρήσασθαι πράγματι ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος.

Item placuit, vt presbyteri non vendant rem ecclesiæ, vbi sunt constituti, nescientibus episcopis suis; quomodo & episcopis non licet vendere prædia ecclesiæ, ignorante Concilio, vel presbyteris suis. Non habente ergo necessitatem, nec episcopo liceat matricis ecclesiæ rem tituli sui vsurpare.

12. quæst. 2. cap. 51.

CAPITVLA NVMERO QVINQVE,

ex Gratiano & aliis desumpta, quæ scribuntur esse vel alicuius Concilii Carthaginensis, vel Africani: verumtamen non satis certum est, an sint Concilii primi, vel secundi, vel tertii, &c.

PRIMVM.

Non est aliquid exigendum ab his, qui infantes suos ad baptizandum adducunt.

Placuit vt vnusquisque episcopus per ecclesias suas hoc faciat, vt hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntarie pro suo voto offerunt, ab eis suscipiatur. Si vero per necessitatem paupertatis, aliquid non habeant quod offerant, nullum eis pignus violenter * trahatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios suos a baptismo retrahunt. Quidam vero dum differuntur, si sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est vt ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes, a baptismi gratia se subtraxerunt.

1. quæst. 1. Placuit vt vnusquisque.

* abstrahatur

ANNO CHRISTI 397.

SECVNDVM.

Eccleſiaſticarum rerum precariæ qualiter fieri debeant.

10. quæſt. 2. De precariis, quæ a.

De precariis, quæ a rectoribus eccleſiarum irrationabiliter fiebant, ſuoſque ſucceſſores pœna graui obligabant, vt facta ipſorum nequiuiſſent diſſoluere, præcipimus, vt nemo ſucceſſor in anteceſſoris ſui pœna ſit obligatus, ſed ſuæ prouidentiæ ſit conceſſum, vt ſi anteceſſor eius res eccleſiæ irrationabiliter diſtribuit, ab eo adius eccleſiæ eiuſdem reuocentur.

TERTIVM.

De his qui clericum falſo crimine impetunt.

2. quæſt. 2. Si quis epiſcopum. ſub Damaſi nomine.

Si quis epiſcopum, aut presbyterum, vel diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, niſi in fine dandam ei communionem.

QVARTVM.

Ex codice ſexdecim librorum, lib. 2. cap. 30.

De clericis ſcurris.

Si quis clericus aut monachus verba ſcurrilia, ioculatoria riſumque mouentia loquitur, acerrime corripiatur.

QVINTVM.

Ex eodem codice, lib. 15. c. 4.

De præuaricatoribus diuinarum legum.

Vt laici contemptores Canonum, excommunicentur: clerici honore priuentur.

CANO-

ANNO CHRISTI 397.

CANONES CONCILII CARTHAGINENSIS,

HABITI SVB DIE IDVVM AVGVSTARVM,

circa tempora Siricii papæ, Attico & Cæsario consulibus; & epistola Aurelii & Musonii ad episcopos.

Dilectissimis fratribus & coepiscopis diuersarum prouinciarum, Numidiæ, Mauritaniæ vtriusque, Tripolis & prouinciæ proconsularis, Aurelius, Musonius, & ceteri episcopi.

ECCLESIASTICÆ vtilitatis causa dum in Carthaginensi vrbe conueniremus in vnum, a plerisque suggestum est, ea quæ in Concilio Hipponensi iamdudum maturata sunt, & legitime ad corrigendam disciplinam salubriter gesta & statuta noscuntur, effrenata temeritate quosdam minime custodire. Ad huiusmodi vero excusandos excessus, illud ab aliquibus prætendi, quod ea quæ iamdudum legibus statuta sunt ignorantes, prætermiserint. Ob quam rem, hæc communi Concilio per vniuersam prouinciam Byzacenam, in notitiam cunctis deducenda censuimus, vt in his quisquis de cetero temerator extiterit, sciat se status sui operatum fuisse iacturam. Breuem vero statutorum (in quo omnia videntur esse complexa, & quædam diligentius custodita) huic epistolæ subdi fecimus, vt compendio, quæ decreta sunt, recensentes, solicitius obseruare curemus. Optamus vos, fratres, in Deo semper bene valere, & nostri memores esse. & manu senis Musonii: Optamus vos, fratres, beatos semper in Deo gaudere, & nostri memores.

Anno Christi 397.

STATVTA CONCILII HIPPONENSIS BREVIATA, ET QVÆDAM EORVM in Concilio Carthaginensi cum Byzacenis episcopis collata, & diligentius pertractata, hæc sunt:

Nicæni Concilii professio & fides recitata & confirmata est, quæ ita se habet.

Sequens fidei Nicænæ professio alium interpretem sapit, quam superius habita; præterquam quod nonnulla addita aut adempta esse liquido constat.

CREDIMVS in vnum Deum, patrem omnipotentem, visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei, natum de patre vnigenitum, homousion, hoc est, de substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, vnius substantiæ cum patre, per quem omnia facta sunt, siue quæ in cælo, siue quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit. Incarnatus est, homo factus est per virginem. Passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit in cælum, venturus iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat quando non erat, & priusquam nasceretur, non erat: &, quia ex vllis non extantibus factus est, aut ex alia substantia, dicentes mutabilem & conuertibilem filium Dei; hos anathematizat catholica ecclesia, & apostolica disciplina.

ANNO CHRISTI 397.

CONCILII HIPPONENSIS ABBREVIATIONES FACTÆ IN CONCILIO CARTHAGINENSI * III.

I.

Placuit etiam, propter errorem qui sæpe solet oboriri, vt omnes Africanæ prouinciæ obseruationem diei Paschalis ab ecclesia Carthaginensi curent accipere. Ponitur hæc constitutio Carthag. 3. supra habito cap. 1. & 41.

II.

Vt lectores populum non salutent.

III.

Vt clerici instructi promoueantur. Ibid. cap. 3.

IV.

Vt sacramenta catechumenis non dentur. Ibid. cap. 4.

V.

Corporibus defunctis eucharistia non detur. Ibid. c. 5.

VI.

Vt per singulos annos Concilium conuocetur. Ibid. cap. 6.

VII.

Si episcopus accusatus fuerit, ad primatem prouinciæ causam suam referat. Ibid. cap. 7.

VIII.

Episcopus accusatus, si ad Concilium anniuersarium non venerit, sententiam damnationis suæ tulisse iudicetur. Ibid. cap. 8.

IX. X.

Presbyter, si accusatus fuerit, cum quinque collegis ex vicinis episcopis, causa sua discutiatur; diaconus cum duobus. Ibid. cap. 9. Ibid. c. 10.

XI.

Episcopo aut clerico si fuerit crimen institutum. Ibid. ca. 11.

XII.

Vt iudices ecclesiastici ad alios iudices causam non prouocent. Ibid. cap. 12.

XIII.

Ibid. c. 13. Vt filii clericorum ſpectacula non exhibeant. ANNO CHRISTI 397.

XIV.

Ibid. c. 14. Vt filii epiſcoporum hæreticis non coniungantur.

XV.

Ibid. c. 15. Vt epiſcopi & clerici filios ſuos non eiiciant.

XVI.

Ibid. c. 16. Vt epiſcopi & clerici nihil conferant rerum ſuarum, niſi catholicis.

XVII.

Ibid. c. 17. Epiſcopus, presbyter, aut diaconus, non ſint conductores.

XVIII.

Ibid. c. 18. Vt clerici cum extraneis feminis non habitent.

XIX.

Ibid. c. 19. De ſacris gradibus.

XX.

Ibid. c. 20. De lectoribus.

XXI.

Ibid. c. 21. Vt clericum alienum nemo retineat.

XXII.

Ibid. c. 22. Vt clericus non ordinetur, antequam probatus ſit.

XXIII.

Ibid. c. 23. Vt in precibus nec Pater pro Filio, nec Filius pro Patre nominetur.

XXIV.

Ibid. c. 24. Vt nullus clericus amplius accipiat, quam dedit.

XXV.

Ibid. c. 25. In ſacramentis aliud non offeratur, quam panis, & vinum aqua mixtum.

ANNO CHRISTI 397.

XXVI.

Vt episcopi, presbyteri, aut clerici, ad viduas vel virgines soli non accedant. Ibid. ca. 26.

XXVII.

Vt primæ sedis episcopus princeps sacerdotum non appelletur. Ibid. ca. 27.

XXVIII.

Clerici in tabernis nec manducent, nec bibant. Ibid. ca. 28.

XXIX.

Vt episcopus trans mare non proficiscatur. Ibid. ca. 29.

XXX.

Vt a ieiunis altaris sacramenta celebrentur. Ibid. ca. 30.

XXXI.

Vt in ecclesia neque episcopus, vel clerici conuiuentur. Ibid. ca. 31.

XXXII.

Vt presbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem. Ibid. ca. 32.

XXXIII.

Vt virgines grauioribus feminis commendentur. Ibid. ca. 33.

XXXIV.

Vt ægrotantes baptizentur. Ibid. ca. 34.

XXXV.

Vt reuersis reconciliatio non negetur. Ibid. ca. 35.

XXXVI.

Vt presbyter chrisma non conficiat. Ibid. ca. 36.

XXXVII.

Vt in aliena ciuitate clerici non morentur. Ibid. ca. 37.

XXXVIII.

Ibid. ca. 38. Scripturæ Canonicæ in ecclesia legendæ quæ sint, & præter quas aliæ non legantur. Anno Christi 397.

XXXIX.

Ibid. ca. 39. Vt episcopus minus quam a tribus episcopis non ordinetur.

XL.

In Concilio Carthag. 5. c. 6. De his qui in nullo testimonio se baptizatos nouerunt, vt baptizentur.

XLI.

Vt Donatistæ in numero laicorum recipiantur.

SEQVITVR CAPITVLVM SEV STATVTVM.

Placuit etiam, vt quia in præcedentibus Conciliis statutum est, ne quis Donatistarum cum honore suo recipiatur a nobis, sed in numero laicorum; propter salutem, quæ nulli deneganda est, (tantum autem inopiæ clericorum ordinandorum in Africa patiuntur ecclesiæ, vt quædam loca omnino deserta sint) seruetur quidem in *istis*, quod iam antea * creditum est: sed exceptis his, quos aut * male non rebaptizasse constiterit, aut qui cum suis plebibus ad communionem catholicam transire voluerint. Sic enim scriptum est: *Matth. 18.* *Quod duobus si conuenerit Christianis, quidquid petierint, impetrabunt.* Non oportet dubitari, quod remoto scandalo dissensionis vniuersæ plebis, inuitatæ pacis compensatione & sacrificio caritatis, aboleantur, quæ maiorum suorum auctoritatem sequentes, repetitione baptismi commiserunt.

ANNO CHRISTI 397.

Sed hanc rem placuit non confirmari prius, quam exinde transmarina ecclesia consulatur. Et alia manu:

Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, placitis a nobis omnibus confirmatis, exceptis emancipationibus, de quibus consulendum censuimus, relictis & agnitis, subscripsi.

Muzonius episcopus, placitis superius comprehensis, emancipatione ad tractatum meliorem dilata, subnotaui, primæ sedis episcopus prouinciæ Byzacenæ.

Victorianus episcopus plebis * Mascilianensis, subscripsi. * Massylienſis,

Lupianus episcopus plebis * Tamugadensis, subscripsi. * Thamudatensis,

Ninus episcopus plebis * Tubaltanensis, subscripsi. * Thabaltanésis,

Philologus episcopus plebis Adrumentanæ, subscripsi.

Ferox episcopus Macriensis, subscripsi.

Hoc modo & omnes subscripserunt, qui huic Concilio interfuerunt.

APPENDIX AD CONCILIVM HIPPONENSE immediate præmissum.

Præsens vero Concilium ordine supra scripto habebatur in quodam codice vetusto monasterii Sancti Bauonis Flandriæ ciuitatis. Verumtamen Canonum ipsius tituli dumtaxat, omissis capitulis, hic scribuntur, vitandæ prolixitatis gratia; quod in Concilio Carthaginen. 3. immediate supra habito, fere omnia ad longum ponantur: hic autem ad illa remittuntur.

Sciendum quoque, Concilium præsens ob certas causas non haberi sub numero aliquo, vt in ordine dicatur quartum vel quintum &c. ne forte error committatur propter sequentia Concilia eiusdem ciuitatis, quæ in exemplaribus potioribus sub numero assignantur. Idem sentiendum est de his quæ immediate sequuntur.

NOTÆ.

[a] *Concilium.*] Huius celebrandi ratio, causa & necessitas quæ fuerit, constitutiones illius manifeste ostendunt. Ex pluribus Carthaginensibus Synodis diuerso tempore celebratis, hanc, quæ ab antiquo collectore tertia nominatur, collectam, adeoque non simpliciter vnam esse, Can. 19. 30. 47. & 48. euidenter arguunt; quod in notis eorumdem Canonum indicabimus. An sit vnũ Concilium.

[b] *Tertium nomine.*] Si enim, quod infra dicitur, Cæsario & Attico consulibus habitum fuit, in annum Christi 397. coincidit. Cum itaque præcedens Synodus Theodosio XI. & Valentiniano iuniore coss. anno nimirum Christi 424. celebrata sit, negari non potest, hanc longo tempore ante illam præcedentem habitam fuisse. Quotum inter Carthaginẽsia.

[c] *Capitula.*] Canones quinquaginta, quorum tituli hic assignan- An 50. Canones hae

Synodo sanciti.

tur, non omnes in hac Synodo, sed diuersis aliis Conciliis Carthaginensibus sanciti probantur. Inter alios 19. 30. & 47. aliis Synodis editos fuisse, infra dicemus. Anno Christi 397.

Quo tempore habita fuerit.

[d] *Cæsario & Attico consulibus.*] Anno nimirum Christi 397. qui est Siricii pontificis 13. Arcadii & Honorii imperatorum 3. Hanc rationem temporum Canon 48. confirmat. Cum enim ex eo manifestum sit, Siricium pontificem adhuc vixisse, Ambrosio autem defuncto Simplicianum in Mediolanensi ecclesia successisse; non alio tempore, quam præd. anno Christi & consulatu hæc Synodus haberi potuit. Nam anno præcedente Ambrosius adhuc in viuis fuit: anni sequentis initio Siricius Romanæ ecclesiæ pontifex in viuis esse desiit. Supereſt igitur vt Kalendis Septembribus celebrata, hoc anno qui prædicta consulum nota est insignitus, habita fuisse concedatur.

[e] *Kalendas Septembris.*] Sexto Kalendas Iulias iisdem consulibus celebratam fuisse Carthagine Synodum, qua de nauigando absque Formata, Canon aliquis sancitus fuerit, dicetur in principio Africani Concilii infra. vnde quæ de pluralitate Carthaginensium Conciliorum, & diuersitate Canonum supra diximus, non parum confirmantur.

[f] *In secretario.*] Quid sit basilicæ alicuius secretarium, supra in notis Laodiceni aliorumve Conciliorum diximus.

Basilica Restituta quæ & vnde dicta.

[g] *Basilicæ Restitutæ.*] Sic dicta, quod a Donatistis diu possessa, a catholicis imperatoribus, catholicis restituta fuerit. Præcedēti Concilio Cathag. II. appellatur eadem Perpetua, a primaria nimirum martyre, cuius ossa ac reliquiæ ea basilica cum reliquiis Felicitatis continebantur. Vide notas præcedentis Concilii, verbis; *In basilica Perpetua Restituta.*

Can. 3. Causa sanciendi Canonis quæ.

[h] *Ordinandis episcopis vel clericis.*] Hunc Canonem ex suggestione S. Augustini editum fuisse, testatur Possidius in vita eiusdem, cap. 8. his verbis: *Vnde etiam sategit, vt Conciliis constitueretur episcoporum, ab ordinatoribus deberi ordinandis vel ordinatis omnium statuta sacerdotum in notitiam esse deferenda.* Idque ideo solicite curasse videtur, ne accideret aliis, quod sibi contra Nicænum Canonem ignoranter ordinato accidisse dolebat. Baron. 395. num. 33.

Can. 5. Quibus diebus a sumptione fermenti abstinendum.

Sacramentū hic quid significet.

[i] *Sacramentum, & nisi solitum sal,* &c.] Sicut paschalibus diebus de eulogiis aut fermentato pane communicare Can. 14. Concil. Laodiceni fidelibus interdictum; contra vero, sacramenta in baptismate susceptа vsurpare, permissum fuit; ita constituitur hic, ne intra paschales dies catechumeni inferioris ordinis ad participandas eulogias publicas, quæ alias sacramentum & fermentum appellantur, admittantur: salis autem sacramentum, quo exordio sui catechismi ad salutem conditi erant, accipere liceat. Vnde per sacramentum hoc loco, non eucharistia sacra, de qua expresso nomine sequenti Canone agitur, sed quidquid mysticum est & sacrum signum, accipi debet. Vide notas Can. 14. Conc. Laod. item in vitam Melchiadis.

Can. 17. Quo tempore & a

[k] *Cum omnibus clericis extraneæ feminæ non cohabitent.*] Hunc Canonem de continentia clericorum, eo tempore ab aliquo Carthaginensi

ANNO CHRISTI 397.

nensi Concilio editum fuisse, probabile est, quo Siricius papa ea de re Africanam ecclesiam per literas supra positas admonuerat, post consulatum Arcadii & Bautonis, anno nimirum Christi 386. atque adeo per hunc Canonem ea, quæ supra de pluralitate & diuersitate huius Concilii asseruimus, multum corroborantur.

quo Concilio hic Canon editus sit.

[1] *Primæ sedis episcopus.*] Cum hoc Concilium nationale fuerit, non vniuersæ, sed tantum Africanæ ecclesiæ leges tulisse potuit. Itaque hoc Canone non prohibuit, neque potuit prohibere, ne Romanus pontifex diceretur sacerdotum princeps, vel summus sacerdos; sed tantum ne ita appellaretur vllus metropolitanus Africæ. Ita Bellarm. lib. 2. de Conc. cap. 8. ad 9. Optima responsio est Baronii hæc; quod sicut Christus Matth. 20. his verbis: *Reges gentium dominantur eorum*, &c. *non sic erit inter vos*, &c. ecclesiasticam hierarchiam nequaquam confundere, sed mentis dumtaxat tumorem curare, & præsidum superbiam amputare voluit: ita Africana ecclesia inter communia episcoporum nomina ea respui mandauit, quæ superbiam & arrogantiam Christiana præfectura indignam præ se ferebant; qualia nomina erant, princeps sacerdotum, & summus sacerdos: nomen autem primatis, quo metropolitanus Carthaginensis, Mauritaniæ & Numidiæ appellabantur, quantumuis maius esset, retineri voluit, quia vox illa minus fastuosa videretur. His itaque nominibus interdictis, non potestatis aut decentis tituli quidquam sublatum voluit, sed nominum dumtaxat arrogantiam eliminatam optauit. Fuisse autem hoc tempore communi vsu in ecclesia receptum, vt omnes episcopi summi pontifices & summi sacerdotes dicerentur, ideo quod episcopatus summum sacerdotium esset: item vt metropolitani multis episcopis præsidentes, principes episcoporum appellarentur, ex epistolis Ambrosii ad Felicem, Zosimi papæ ad Hesychium, Gelasii ad episcopos Lucaniæ; ex Can. 3. Concilii Aurel. I. & Can. 6. Concilii Agathensis probat Baronius in notis mart. die 19. April. Item anno 397. num. 50. Ea quæ distinct. 99. in decretis Gratiani subiiciuntur, his verbis: *Vniuersalis autem, nec etiam Romanus pontifex appelletur*; sunt Gratiani. Quod schola imperitorum centuriatorum ignorans, Canonem hunc magno præconio extulit; quasi Africana ecclesia inferior superiori Romanæ leges præscribere potuerit, & non potius eidem obtemperare debuerit. Siricium epistola ad Africanos scripta, sub pœna excommunicationis, decreta Romani Concilii obseruari præcepisse certum est; Africanam Romanæ simile quid præscripsisse, hactenus nondum probatum fuit. Vide Baron. an. præd. num. 48.

Metropolitanus Africanæ ecclesiæ prohibetur appellari summus sacerdos. Causa prohibitionis quæ fuerit.

Omnes episcopi communibus nominibus olim summi pontifices, & summi sacerdotes appellati.

[m] *Nulli episcopi vel clerici in ecclesia conuiuentur.*] Agapes vsus antiquissimus non simpliciter interdictus fuit: vtilissime enim etiamnum in hodiernum vsque diem apud fideles multis in locis frequentatur, vt ostendit Baronius anno 57. num. 132. sed hoc dumtaxat prohibitum fuit, quod ante in oriente vetuerant patres Concilii Laodiceni, & in occidente S. Ambrosius, ne eædem in ecclesiis peragerentur. Idque ideo, quod sic fieri solitæ, imaginem quamdam pa-

Agape in ecclesiis celebrari quomodo prohibita.

rentalium repræsentarent, adeoque symbolo aliquo & affinitate gentilitiis ritibus coniunctæ esse viderentur. Cum itaque eædem in Africana ecclesia adhuc cum multis abusibus, quos recenset S. Augustinus epistola 4. ad Amelium, frequentarentur; anno Christi 391. presbyterio initiatus S. Augustinus per Aurelium episcopum prauos vsus emendari petit, quos a S. Ambrosio in transmarinis ecclesiis correctos esse viderat. Cum itaque S. Augustinus Aurelio episcopo ante decennium succesſerit, dignum est existimare, hunc Canonem esse alterius cuiusdam Carthaginensis Concilii, eo tempore post acceptas Augustini literas celebrati. Verisimile non est, cum post acceptas Siricii & Augustini epistolas ab Aurelio episcopo Carthagin. in Africa alia Concilia celebrata fuisse sciantur, huius abusus correctionem post decennium esse dilatam. Vide notas Can. 28. Conc. Laodic. Baron. anno 57. num. 142. anno 367. num. 14. anno 388. num. 38. & 39. item anno 397. num. 47. Anno Christi 397.

Hunc Canonem alterius Concilii esse verisimile videtur.

Can. 47. Hic Canon est alterius Concilii.

Hunc Canonem alterius cuiusdam Concilii Carthaginensis, Bonifacii tempore habiti, esse, verba ipsius Canonis infra in fine posita manifeste declarant. Verissimum itaque est id quod supra notauimus, hac Synodo Canones aliarum plurium Synodorum coagmentatos fuisse, adeoque non simpliciter vnum Concilium esse. Quod auctoritate huius Canonis sacri libri Tobiæ, Iudith, Baruch, Sapientiæ &c. in numerum sacrorum librorum referantur, & apocryphorum numero eximantur, Laodiceni Concilii Canoni vltimo nihil obstat aut repugnat. Hoc enim eos dumtaxat, de quibus nulla in ecclesia dubitatio erat, in Canonem retulit: ceteros vero, de quibus dubitabatur, omisit. Et sicut deinceps auctoritate Nicæni Concilii liber Iudith in Canonem receptus fuit, vt supra in notis Laod. & Nicæni Concilii diximus: ita post aliquot tempora patres Concilii Carthaginensis reliquos, de quibus antea dubitatum erat, re magis discussa, in numerum sacrorum librorum retulerunt, quodque hactenus de eorumdem auctoritate controuersum fuerat, definiuerunt. Bellar. lib. 2. de Conc. cap. 8. ac 10.

An Canon hic Laodiceni Concilii Canoni obstet.

In oriente simul & occidente temporis vsu pessima illa consuetudo inoleuerat, qua fideles quam plurimi vsque ad prouectiorem ætatem baptismum differrent, vt constat ex Ambrosio serm. de sanctis. Hanc in occidente Ambrosius, in oriente Basilius, Gregorius Nazianzenus & Nyssenus extirpare & euellere plurimum conati fuerunt, vt constat ex ipsorum orationibus de baptismo editis. Quapropter de baptizatis in infantia, de his quæ ambigua videbantur, ad Siricium pontificem Romanum, & Simplicianum Mediolanensem episcopum Ambrosii succesſorem hanc consultationem miserunt. Ad illum quidem, quod scirent eum ecclesiæ catholicæ præsidere episcopum atque doctorem: ad hunc autem ob egregiam totoque orbe spectatam scientiam. Ceterum Simplicianus bene conscius, quantus doctor esset in Africa Augustinus, datis ad eum literis, de quibusdam perdifficilibus diuinæ scripturæ quæstionibus eumdem pulsat, & duorũ librorum scriptionem ad se missorum ab eodem

Can. 48. Consuetudo mala differendi baptismi emendata.

ANNO CHRISTI 397. extorquet. Hinc probauimus supra, Ambrosium huius Concilii tempore defunctum, atque adeo præallegatis consulibus hanc Synodum celebratam fuisse. Vide Baronium anno 397. numero 25. & 55.

[n] *Placuit.*] Memoria dignum est, quod a patribus hoc Canone sancitum fuit: nimirum, vt quæ episcopus aut clericus ex paupere ditior factus ex bonis ecclesiæ emisset, eadem ecclesiæ cederent, eidemque illa in quemlibet quouis titulo transferendi facultas non esset. Occasio sanciendi huius Canonis ista fuit. Cum reddita pace, ecclesia vbique bonis affluerent, complures ex iis qui eidem ministrabant, pietatem in quæstum conuertentes, studio sanctitatis & cura pauperum abiectis, diuitias colligendi ardore dumtaxat flagrabant. De quibus hæc Hieron. epist. 2. ad Nepotianum: *Nonnulli sunt ditiores monachi, quam fuerant sæculares; & clerici qui possident opes sub Christo paupere, quas sub locuplete & fallace diabolo non habuerunt: vt suspiret eos ecclesia diuites, quos mundus tenuit ante mendicos.* Et paulo post: *Negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum quasi quamdam pestem fuge.* Cum itaque hæc, vt ait S. Hieron. *Ecclesia ingemisceret*, optime a sanctis patribus huius Canonis sanctione statutum est, vt ecclesia ipsa sibi vendicet, quæ clericus ex rebus ecclesiæ bona quæsiuit. Baronius numero 53.

Can. 49.

Occasio Canonis.

In bonis ecclesiasticorum ecclesia succedere debet.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA ANASTASII PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

ANNO CHRISTI 398. [a] ANASTASIVS natione Romanus ex patre Maximo, [b] sedit annos tres, dies decem. [c] Hic constituit vt quotiescumque sancta euangelia recitarentur, sacerdotes non sederent, sed curui starent. Hic fecit constitutum de ecclesia. Hic fecit basilicam, quæ dicitur Crescentiana, in regione secunda, in via Mamertina in vrbe Roma. Et hoc constituit, nulla ratione transmarinum hominem in clericatus honorem suscipi, nisi quinque episcoporum designaret chirographos, quia & eodem tempore Manichæi inuenti sunt in vrbe Roma. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros octo, diacones quinque, episcopos per diuersa loca decem. Qui etiam sepultus est in cœmeterio suo ad vrsum pileatum, quinto Kalendas Maii. Et cessauit episcopatus dies viginti vnum.

NOTÆ.

Anno Christi 397.

Anastasius quando pontificatum adeptus.

[a] *Anastasius.*] Post obitum Siricii & interregnum viginti dierum, pridie Idus Martias, anno Domini 398. qui est Arcadii & Honorii quartus, Anastasius, teste Hier. vir insignis, ditissimæ paupertatis & apostolicæ solicitudinis, apostolicam sedem Origenistarum turbinibus agitatam occupat, *statimque*, inquit Hier. *noxium caput percutit, & sibilantia hydræ ora compescuit.* Ioannes cognomento Chrysostomus Antiochia abductus, post obitum Nectarii, Constantinopolitanus episcopus eligitur: eiusque auctoritate Africanæ ecclesiæ pax & concordia reddita fuit. Gamæ pro Arianis templum petenti negauit. Arianos in contumeliam Consubstantialis cantilenas cantantes, cantilenis catholicis oppressit; ac demum tumultuantes, prohibitis eorum cantilenis, vrbe expellit. Ob patrocinium miserabilium viduarum aduersus Eudoxiam imperatricem, auaritia insatiabili laborantem, susceptum, eius offensionem grauiter incurrit. Hoc tempore præclarum illud de eucharistia miraculum contigit; quo buccella profana, pro sacra eucharistia dentibus admota, in lapidem conuersa fuit. De quo Sozom. lib. 8. cap. 5. Origenis hæreses iam ante Concilio Alexandrino damnatas, Anastasius auctoritate apostolica condemnat, & per encyclicas totum orbem terrarum hac de re certiorem reddit. Hieron. epist. 78. & Apoll. lib. 1.

Ioannis Chrysostomi episcopatus.

Eudoxia Chrysostomo infensa.

Eucharistiæ miraculum.

Origenistarum hæreses damnantur.

Rufinus damnatus ab Anastasio.

Quibus damnatis, Rufinum, qui ea de causa S. Hieronymum scriptis suis grauiter exagitarat, per literas Romam euocat. Cum scriptis apologiis ad rem parum spectantibus se defenderet, & venire contemneret, in absentem sæpe vocatum damnationis sententiam intorquet. Hieron. apologia ad Rufinum, & epist. Anast. ad Ioannem Hierosolymitanum.

[b] *Sedit annos tres.*] Verius annos quatuor, mensem vnum & dies tredecim. Omnium enim consensu, obiit in fine mensis Aprilis; non quidem anni 401. sed 402. Nam ex Concilio Africano 3. Idibus Septembris, Vincentio & Flauito consulibus, sub Anastasio celebrato constat, eum tunc adhuc in viuis superstitem fuisse. Quare cum auctoritate Marcellini Comitis, & Prosperi in suis chronicis, initium Innocentii referatur ad Arcadii & Honorii consulatū v. qui est Christi 402. eiusdem anni mense Aprili Anastasium e vita migrasse, atque adeo facta computatione annorum ab initio & sedis ingressu, tempore supradicto pontificatum tenuisse oportuit. Baron. anno 402. numero 42.

Tempus sedis.

[c] *Constituit vt quoties euangelia recitarentur, sacerdotes non sederent, sed curui starent.*] Occasio huius decreti sanciendi hinc fluxisse videtur. Tempore Anastasii Romæ inter presbyteros & diacones grauis contentio oborta fuit. Hi enim administrantes res ecclesiæ, supercilio elati, presbyteros spernebant. Presbyteri autem in eosdem insurrexere, atque ex consuetudinis Romanæ ecclesiæ præscripto, ipsis sedentibus eos stare debere cõtendebant. Sed eo vsque contentio pertinax progressa est, vt etiam cũ stantes diaconi corã populo legerent

Cur presbyteris præceptũ, vt stantes euangelium audirent.

euangelium, presbyteri tamen minime a sessione exurgerent. Anastasius itaque hoc factum merito detestatus, huiusmodi decreto emendandum esse putauit. Hæc ex Augustino & Hieronymo. Baron. anno 402. núm. 45. Quod autem diaconi Romanæ ecclesiæ maiori fastu tumescerent, testimonio sancti Augustini, accidit partim propter magnificentiam vrbis Romanæ, quæ omnium ciuitatum caput esse videretur: partim etiam quod ordinandis presbyteris astarent, causas diuersorum ad summum pontificem referrent, acceptaque ab eo responsa petentibus redderent. Ex bonorum vero administratione, non Romæ tantum, sed vbique maiore obsequio diaconi quam sacerdotes frequentabantur; eaque occasione aduersus presbyteros ceruicem erigebant. Apud sanctum Gregorium libro secundo epistola 14. 15. & 16. Honoratus archidiaconus Salonitanus conquestus est degradari se potius, quam prouehi, cum ab eo in presbyterum ordinari tentaretur, non aliam sane ob causam, quam quod diaconi maiore honore propter bonorum administrationem sibi commissam a populo obseruarentur. Quid vero ad huiusmodi procaciam retundendam contra eos statutum sit, vide Can. 18. Concilii Nicæni, & Arelat. 1. supra.

EPISTOLA I.

ANASTASII PAPÆ I.

AD OMNES GERMANIÆ AC BVRGVNDIÆ EPISCOPOS.

I. *Vt sanctum euangelium vniuersi, non sedentes, sed stantes audiant.*

II. *Transmarini quomodo ad clerum recipi debeant.*

III. *De Manichæis in vrbe Romana repertis.*

Anastasius episcopus cunctis Germaniæ & Burgundiæ regionis episcopis in Domino salutem.

EXIGIT dilectio vestra, carissimi, vt ex auctoritate sedis apostolicæ vestris deberemus respondere consultis. Et quamuis non prolixe, sed succincte hoc agere, propter quasdam alias occupationes festinaremus, denuo tamen, si necesse fuerit, ob has vel alias necessitates, quasi ad caput, mittere caritatiue non dubitetis, quia vestras preces & nunc & tunc acceptas habemus.

I.

Significastis enim quosdam sacerdotes in ecclesia, quando leguntur euangelia, sedere, & Domini Saluato- De consecr. dist. 2. apostolica auctoritate.

ris verba non ſtantes, ſed ſedentes audire, & hoc ex maiorum traditione ſe accepiſſe narrant : quod vt nullatenus deinceps fieri ſinatis, apoſtolica auctoritate mandamus. Sed dum SS. euangelia in eccleſia recitantur, ſacerdotes & ceteri omnes præſentes, non ſedentes, ſed venerabiliter curui, in conſpectu ſancti euangelii ſtantes, dominica verba intente audiant, & fideliter adorent.

II.

Diſtin. 99. Tranſmarinos. Et in decret. Iuo. lib. 3.

Similiter & tranſmarinos homines, de quibus nos conſuluiſtis, in clericatus honore nolite ſuſcipere, niſi quinque aut eo amplius epiſcoporum chirographis ſint deſignati; quia multa per ſubreptionem ſolent euenire. Ideo & hæc ſummopere ſunt cauenda.

III.

Manichæos vero, quos in vrbe Roma inuenimus, & ſequaces eorum nolite recipere, neque eis communicare, aut vllam cum eis participationem habere, priuſquam ad rectam conuertantur fidem; ne eorum male pullulantia ſemina, quæ a nobis in vrbe extinguuntur, peſſimis vobiſcum radicibus ſeminentur vel germinent. Plurimos vero eorum, & ſuæ ſequaces impietatis, atque illorum doctores inueſtigatio noſtra reperit, vigilantia diuulgauit, auctoritas & cenſura coercuit. Quos potuimus emendare, correximus : & vt damnarent Manichæum cum prædicatione & diſciplinis ſuis, publica in eccleſia profeſſione & manus ſuæ ſubſcriptione compulimus : & ita de voragine impietatis ſuæ confeſſos, pœnitentiam concedendo, leuauimus. Aliquanti vero, qui ita ſe demerſerunt, vt nullum his auxiliantis remedium poſſet ſubuenire, ſubditi legibus, ſecundum Chriſtianorum principum conſtituta, ne ſanctum gregem ſua contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo ſunt exilio relegati, & omnia quæ tam in ſcriptis, quam in occultis traditionibus ſuis habent profana vel turpia, vt noſſet populus quid fugeret aut vitaret, oculis Chriſtianæ plebis certa manifeſtatione * probauimus, adeo vt ipſe qui eorum dicebatur epiſcopus, a nobis tentus, proderet flagitioſa in ſuis * myſteriis, quæ teneret, ſicut geſtorum vos ſeries poterit edocere. Ad inſtructionem enim veſtram etiam ipſa direximus: quibus lectis, omnia

* propalauimus.

* myſteriis

quæ a nobis deprehensa sunt, nosse poteritis. Et quia aliquantos de his, quos, ne absoluerentur, * arctior reatus inuoluerat, cognouimus aufugisse, hanc ad dilectionem vestram epistolam misimus, vt effecta certior sanctitas vestra, solicitius agere dignetur & cautius, necubi Manichææ peruersitatis homines plebes vestras facultatem lædendi, & huius sacrilegii possint inuenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere non possumus, nisi hos, qui sunt peruersi * doctores & perditi, zelo fidei dominicæ persequamur, & a sanis mentibus (ne pestis hæc latius diuulgetur) seueritate, qua possumus, abscindamus. Vnde hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, vt qua debetis & potestis, solicitudine vigiletis ad inuestigandos eos, necubi occultandi se reperiant facultatem. Hi fratres, valde cauendi sunt, ne dominicum gregem peruersitatibus, quibus possunt, contaminare valeant. Sunt ergo quidam eorum veste sua oues significantes, interius vero lupi rapaces existunt: *Quos* (iuxta veritatis vocem) *ex fructibus eorum debemus agnoscere.* Quando autem cœperint assumere impietatem, illud quod occultabatur in illis, aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus. Inueniuntur quoque infirmæ fidei homines, & qui diuinas lectiones sitiunt, secum eos in perditionem præcipitant. Dissipant enim & vituperant patrum disciplinas, & relinquunt sanctas scripturas ad suam perditionem. Quos, vt prædictum est, debemus præuidere, & ab his multum cauere, ne in malitia sua aliqui occupati, concidant de sua firmitate. Saluto itaque vos, fratres, & omnes quæ vobiscum bene sentiunt, ecclesias. Nos quoque, vt modo facitis, & alloquamini, peto, crebrius literis, & frequentius de fide & bona intentione vestra atque sospitate, lætificate, vt & gaudium commune habeamus, & Domino pari voto fideliter seruiamus. Data Nonis Octobris, Arcadio & Bautone viris clarissimis consulibus.

* atrocior

* prodi-tores *al.* perdi-tores

Matth. 7.

NOTA.

* *Epistola.*] Anastasius plures scripsit epistolas in causa Origenistarum & Donatistarum, & inter alias ad Vrsinum de incarnatione filii Dei, cuius tria extant fragmenta in appendice ad breuiarium Liberati diaconi. Hæc si, quod reperitur in fine illius, scripta fuit Arcadio atque Bautone consulibus, anno Domini 385. atque

Epistolæ Anastasii quæ & quot.

An prima epistola subreptitia sit.

adeo quatuordecim annis ante ingressum Anastasii exaratam fuisse oportet. Vnde si eam legitimam & non potius suppositiam esse velimus, apparet, eam vel aliis pontificibus quam Anastasio adscribendam esse, vel in notam consularem mendum irrepsisse. Impositurae suspicionem auget, quod maxima pars epistolae, qua agitur de Manichæis, reperiatur apud sanctum Leonem magnum Romanum pontificem, in epistola illius secunda ad vniuersos Italiæ episcopos scripta. Hæc post Surium. Baron. anno 402. num. 48.

EPISTOLA II.

ANASTASII PAPÆ I.

AD NERIANVM.

Nerianum religiosum virum ob parentum amissionem solatur.

Dilectissimo fratri Neriano Anastasius.

MVLTA mihi in omnibus fidei & bonitatis tuæ literis causa gaudii est, quod tantum studium circa religionis cultum exhibes, & Domini sacerdotes tuis in partibus adiuuare studes. Vnde & Deo gratias ago, quite ad hoc instigat, & vt perseuerabilem in bonis operibus te faciat, exoro. Vos tamen & in prosperis & aduersis Deum laudare magnifice oportet, eius sub potenti humiliari manu: *Vt in tempore vos tribulationis* (iuxta Petrum apostolum) *confortet & exaltet.* Fraternitatis ergo vestræ afflictio, quam de amissione parentum vestrorum vos habuisse audiuimus, tantam nobis causam mœroris iniecit, *vt quia* nos de duobus caritas vnum fecit, cor nostrum in vestris specialiter vri tribulationibus sentiremus. Sed in hoc dolore multum me consolata est sanctitatis tuæ ad animum res deducta, * quia & patienter ferre tristitiam decet, & * quia de morte plebis tuæ vlterius longam non habere mœstitiam. Ne tamen aliqua adhuc tribulatio in vestra mente resideat, hortor * quiescere a dolore: quia indecens est, te * quia illis tædio affectionis addici, quos credendum est ad veram moriendo vitam peruenire. Habent forsitan illi iustam longi doloris excusationem, qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc sæculo ad melius esse trāsitum non confidūt. Nos autem qui nouimus, qui credimus & docemus, contristari nimium de obeuntibus non debemus, ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc nobis magis in culpa sit.

1. Petr. 5.

13. q. 2. Habent forsitan.

sit. Nam diffidentiæ quodammodo genus est; contra quod quisque prædicator queritur, iustitiam amans, dicente Apostolo: *Nolumus autem vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent.* 1. Thess. 4. Hac itaque, frater carissime, ratione perspecta, studendum nobis est, ne (sicut diximus) de mortuis affligamur, sed affectum viuentibus impendamus, quibus & pietas ad vtilitatem, & sit ad fructum dilectio. Depone ergo, carissime, mœrorem, & assume spiritualem fructum lætitiæ ad vtilitatem sanctæ Dei ecclesiæ, seruorumque eius profectum: & vitæ huius quæcumque sunt spatia æternis diuinisque officiis illustrare contende, vt qui insignem te præstitit, reddat per sæcula clariorem.[b] Data septimo Idus Iunii, Theodosio Augusto VII. & Palladio viris clarissimis consulibus.

NOTÆ.

Quæ auctoritas epistolæ secundæ.

[a] *Epistola II.*] Eadem fere suspicione impostura hæc, sicut etiam præcedens epistola, laboraret, si non in manuscriptis codicibus nota consularis hic circa finem addita abesset. Septimus enim consulatus Theodosii, habens collegam Palladium, incidit in annum Domini 416. qui est 15. post obitum Anastasii. Qua ratione isto tempore Anastasius epistolam scripsisse dicatur, non video. Ne igitur totius epistolæ fides & auctoritas periclitetur, ob manuscriptos codices, vnde hæc Anastasii in tomum primum epistolarum pontificiarum relata est; notam consularem in fine superadditam, hac virgula censoria perstringendam esse iudicauimus.

[b] *Data septimo Idus Junii.*] Hæc est illa consularis nota, de fide integre suspecta, quæque tomo 1. epistolarum pontificiarum ab hac epistola ex manuscriptis codicibus scripta, abest.

EPISTOLA III.

ANASTASII PAPÆ I.

AD IOANNEM HIEROSOLYMORVM EPISCOPVM.

A Ioanne Hierosolymorum episcopo Anastasius pontifex de Rufino, qui Origenis librum e Græco in Latinum sermonem verterat, consultus, respondet se hominem approbare, si Origenis errores tamquam execrandos prodat; secus autem, si illis fidem habeat.

PROBATÆ quidem affectionis est hoc, vt laudabiliter de sacerdote sacerdos loquaris. Pro tanto igitur præconio, quod in merita mea effusissime contulisti, vt amori tuo gratias ago, ita splendorem tuæ sanctitatis & eas, quas in Domino habes virtutes subinde quodammodo

paruitatis noſtræ fauorabilis ſermo proſequitur; tam eminenter vir omnium præſtantiſſime, laudum tuarum fulges nitore conſpicuus, vt par eſſe meritis ſermo non poſſit. Porro autem tanto titulorum tuorum rapior incitamento, vt etiam quod impetrare nequeo, audere non deſinam. Iam hoc de laudibus eſt tuis, quod me tantum de cæleſtis animi iſtius ſerenitate laudaſti. Tui enim epiſcopatus ordo perſpicuus per diuerſum orbem velut radians, etiam ad nos ſplendoris ſui detulit claritatem. In me quippe totum amicitiæ tribuis, examini nihil relinquis. Aut ſi iure me laudas, tu quoque ſimiliter relaudandus non es? obſecro igitur ob vtrumque, vt memetipſum laudare iam deſinas. Duplex enim cauſa me hoc poſcere conſtringit, ne conſacerdotis tui ſenſibus aut dolorem falſa laus ingerat, aut pudorem vera ſuccendat. ſed ad cauſam reuertar. Rufinus de quo me conſulere dignatus es, conſcientiæ ſuæ habet arbitrum diuinam maieſtatem, apud quam ſe integro deuotionis officio ipſe viderit qualiter debeat approbare. Origenes autem, cuius in noſtram linguam compoſita deriuauit, ante quis fuerit, in quæ proceſſerit verba, noſtrum propoſitum neſciuit. Quod vero ſit animi mei ſtudium, cum tua pauliſper hoc conferam ſanctitate. Hoc igitur mente concepi, quod qui vrbis noſtræ populis de tranſlata Origenis lectione patefecit, quamdam puris mentibus velut nebulam excitans iniectam, fidem apoſtolorum, maiorum traditione firmatam, velut deuiis anfractibus illũ voluiſſe diſſoluere. Diſcere hoc loco libet, quid agat in Romanam linguam iſta tranſlatio. Approbo, ſi accuſat auctorem, & execrandum factum populis prodit: vt iuſtis tandem odiis teneatur, quem iamdudum fama conſtrinxerat. Si vero interpres tantorum malorum erroribus conſenſum præſtat, & legẽda impia dogmata prodit in populos; nihil aliud ſui opera laboris extruxit, niſi vt propriæ velut mentis arbitrio, hanc quæ ſola, & quæ prima apud catholicos Chriſtianos vera fides iam ab apoſtolis exinde vſque ad tempus præſens tenetur, inopinatæ titulo aſſertionis euerteret. Abſit hæc ab eccleſia Romana nequaquã catholica diſciplina. Nunquam profecto eueniet, vt aliqua hoc admittamus ratione, quod iure meritoque damnamus. Quapropter in toto orbe Chriſti Dei noſtri diffu-

sa prouidentia probare dignabitur, accipere nos omnino non posse, quæ ecclesiam maculent, probatos mores euertant, aures circumstantium vulnerent, iurgia, iras, dissensiones que disponant. Quare nosce qualem epistolam ad fratrem & coepiscopum nostrum * Venerium diligentiori cura perscriptam paruitas nostra transmiserit, sibique hanc conscientiam fecerim, quod non superflua laborem formidine, neque vano timore soliciter: mihi certe cura non deerit euangelii fidem circa meos custodire populos, partesque populi mei per quæque spatia diuersa terrarum diffusas, quantum possim, literis conuenire: ne qua profanæ interpretationis origo subrepat, quæ deuotas mentes immissa sui caligine labefactare conetur. Illud quoque quod euenisse gaudeo, tacere non potui, beatissimorum principum manasse responsa, quibus vnusquisque Deo seruiens, ab Origenis lectione reuocetur: damnandumque sentẽtia principum, quem lectio rerum profana prodiderit. Hactenus sententiæ meæ forma processerit. Quod te vero vulgi de Rufino querela solicitat, vt quosdam malis suspicionibus persequaris; hanc etiam opinionem constringam diuinæ lectionis exemplo, sicut scriptum est: *Non sicut videt homo, ita & Deus. Nam Deus videt in corde, homo in facie.* Itaque, frater carissime, omni suspicione sepositа, Rufinum scito, quod propria mente Origenis dicta in Latinum transtulit ac probauit: nec dissimilis ab eo est, qui alienis vitiis præstat assensum. Illud tamen scire cupio, ita haberi a nostris partibus alienum, vt quid agat, vbi sit, nescire cupiamus. Ipse denique viderit vbi possit absolui.

* Venerius Mediolanẽsis episcopus, cuius meminit S. Paulinus in vita S. Ambrosii, & S. Hieron. in apologia 2. contra Rufinum, & Concilium Carthag. post consulatum Stiliconis celebratum.

1. Reg. 16.

NOTA.

* *Ad Ioannem Hierosolymorum episcopum.*] Hic aliquando Origenis errores sectatus, per sanctum Hieronymum meliori frugi redditus, fide deinceps catholica his temporibus saltem exterius nituit. De ipsius sede, vt catholicæ fidei egregii professoris, hæc Augustinus contra Petilia. lib. 2. cap. 51. *Cathedra tibi quid fecit Romanæ ecclesiæ, in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet: vel ecclesiæ Hierosolymitanæ, in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioannes sedet, quibus nos in catholica vnitate connectimur, & a quibus vos nefario furore separatis?* Sed in sententia vsque ad finem minime perstitisse refert Baron. anno 415. Anastasius hanc epistolam scripsit aduersus Rufinum. Hieronymus in apologia sua contra Rufinum eiusdem Ioannis frequentissime meminit. Baron. anno 399. num. 38. Item anno 402. num 26. & 30.

Anno Christi 398.

[a] CONCILIVM CARTHAGINENSE

[b] NOMINE ET TEMPORIS ORDINE QVARTVM,

habitum ab episcopis 214. [c] æra 436. sub Anastasio, qui hoc anno pontificatum iniuit; & est prouinciale, probatum a Leone III.

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *Qualiter debeant episcopi ordinari.*

II. *Qualiter consecrentur episcopi.*

III. *Qualiter presbyteri ordinentur.*

IV. *Quemadmodum diacones constituantur.*

V. *Quemadmodum subdiaconi ordinentur.*

VI. *Quemadmodum acolythi ordinentur.*

VII. *Qualiter exorcistæ constituantur.*

VIII. *Qualiter lectores fiant.*

IX. *Qualiter ostiarii ordinentur.*

X. *Qualiter psalmistæ.*

XI. *Qualiter virgines sanctimoniales.*

XII. *Qualiter viduæ vel sanctimoniales ad baptisterium ordinentur.*

XIII. *Qualiter Sponsi & Sponsæ benedicantur.*

XIV. *De cellula sacerdotis.*

XV. *De victu & habitu sacerdotis.*

XVI. *Vt episcopus libros gentilium non legat.*

XVII. *Vt episcopus indigentium curam per presbyteros & diacones agat.*

XVIII. *Vt episcopus testamentorum tuitionem non suscipiat.*

XIX. *Vt episcopi pro rebus sæcularibus non litigent.*

XX. *Vt episcopus tantum diuinis vacet.*

XXI. *Vt episcopus ægrotans pro se legatum ad Synodum mittat.*

XXII. *Vt episcopus sine testimonio clericorum & plebis, clericos non instituat.*

XXIII. *Vt episcopus causas, clericis præsentibus, audiat.*

XXIV. *Vt quando episcopus verbum facit, nullus discedat.*

XXV. *De discordantibus episcopis.*

XXVI. *Vt episcopus dissidentes concordare compellat.*

XXVII. *De episcopo vel clerico in alio loco non transferendo.*

XXVIII. *De damnatione episcoporum a Synodo tractanda.*

XXIX. *De episcopo, qui alicui crimen obiecerit.*

XXX. *Quod irrita sit sententia episcoporum in absentem.*

XXXI. *Qualiter res ecclesiæ ab episcopo habeantur.*

XXXII. *De irritis distractionibus episcoporum.*

XXXIII. *De episcopis vel presbyteris, vt a cuiuscumque ecclesia in ordine suo recipiantur.*

XXXIV. *De primatu consessus presbyterorum cum episcopo.*

XXXV. *De consessu presbyterorum in ecclesia cum episcopo.*

XXXVI. *Vt presbyteri parochiani aut per se, aut per alios qui sacra tractant, chrisma ab episcopo petant.*

ANNO CHRISTI 398.

XXXVII. *De obedientia diaconorum erga presbyteros.*
XXXVIII. *Vt diaconus eucharistiam iussu presbyteri ministret.*
XXXIX. *Vt diaconus, iubente presbytero, sedeat.*
XL. *Vt diaconus coram presbyteris interrogatus, respondeat.*
XLI. *Vt diaconus tempore tantum officii, albam induat.*
XLII. *De clericis, qui pro fide tentati sunt.*
XLIII. *De his qui pro fide ab infidelibus persecutiones passi sunt.*
XLIV. *De tonsura clericorum.*
XLV. *De habitu clericorum.*
XLVI. *De continentia clericorum.*
XLVII. *De incessu clericorum.*
XLVIII. *De clericis, qui extra necessitatem ad nundinas vadunt.*
XLIX. *De vigiliis clericorum.*
L. *De clericis ab officio continentibus.*
LI. *De clericis, vt artificio victum quærant.*
LII. *De clericis, qualiter sibi victum & vestitum quærant.*
LIII. *Vt artificiolum & literas discant clerici, qui operari possunt.*
LIV. *De clericis inuidis.*
LV. *De clericis accusatoribus.*
LVI. *De clericis adulatoribus & proditoribus.*
LVII. *De clericis maledicis.*
LVIII. *De clericis frequenter litigantibus.*
LIX. *De clericis discordantibus.*
LX. *De clericis turpiloquis siue vagis.*
LXI. *De clericis per creaturas iurantibus.*
LXII. *De clericis inter epulas cantantibus.*
LXIII. *De clericis sanis, ieiunia polluentibus.*
LXIV. *De his qui studiose Dominico die ieiunant.*
LXV. *De Pascha suo tempore celebrando.*
LXVI. *Vt clericus ab episcopo iniuste damnatus, recurrat ad Synodum.*
LXVII. *De seditionariis aut vsurariis, ne clerici fiant.*
LXVIII. *Vt ex pœnitentibus ordinatus clericus deponatur.*
LXIX. *Vt episcopus, viduæ vel repudiatæ maritum ad clerum promouens, deponatur.*
LXX. *Vt clericus hæreticorum conuiuia vel consortia fugiat.*
LXXI. *Quod hæreticorum cœtus, non ecclesia, sed conciliabulum sit.*
LXXII. *Quod cum hæreticis nec orandum sit, nec psallendum.*
LXXIII. *Vt cum excommunicatis communicans vel orans, excommunicetur.*
LXXIV. *De pœnitentium lege.*
LXXV. *De negligentioribus pœnitentibus.*
LXXVI. *De poscentibus pœnitentiam, si postea obmutescant.*
LXXVII. *De pœnitentibus, vt in morte viaticum accipiant.*
LXXVIII. *De pœnitentibus, si post viaticum superuiuant.*
LXXIX. *De pœnitentibus, si casu aliquo moriantur.*
LXXX. *De manus impositione super pœnitentes.*
LXXXI. *Vt pœnitentes mortuos efferant & sepeliant.*
LXXXII. *Vt pœnitentes semper genua flectant.*
LXXXIII. *De senibus honorãdis.*
LXXXIV. *Vsque ad Missam catechumenorum nullus ecclesiam ingredi prohibeatur.*
LXXXV. *Vt qui baptizandi sunt, nomen dent, & a vino & a carne abstineant.*

LXXXVI. *Vt nuper baptizati caste & continenter viuant.*
LXXXVII. *De catholicis, qui causam apud infideles proponunt.*
LXXXVIII. *De his qui ecclesia praetermissa ad spectacula pergunt.*
LXXXIX. *De his qui auguriis, vel incantationibus, vel Iudaicis superstitionibus seruiunt.*
XC. *De energumenis.*
XCI. *Item de energumenis.*
XCII. *De victu energumenorum.*
XCIII. *Vt oblationes discordantium non recipiantur.*
XCIV. *Vt oppressorum pauperum oblationes non suscipiantur.*
XCV. *De his qui oblationes defunctorum ecclesiis fraudant.* Anno Christi 398.
XCVI. *De accusatore & accusato.*
XCVII. *De eo qui religiosis feminis praficitur, vt probetur.*
XCVIII. *Vt laicus praesentibus clericis non doceat.*
XCIX. *Vt mulieres publice docere non praesumant.*
C. *Vt mulieres baptizare non praesumant.*
CI. *De viduis, adolescentibus & infirmis.*
CII. *Ne clerici viduarum familiaritati associentur.*
CIII. *De viduis quae ecclesiae stipendiis sustentantur.*
CIV. *De viduis quae professae continentiam, praeuaricatae sunt.*

Pro vniuersorum capitulorum sequentium titulo vniuersali ponebatur, tam in Gamblacensi cœnobii codice, quam S. Bauonis in Gandauo, solum istud.

STATVTA ECCLESIÆ ANTIQVA.

AVGVSTO Honorio quarto & Eutychiano consulibus, sexto Idus Nouembris, cum Aurelius episcopus in Concilio vniuersali, Carthagine in secretario cum omnibus consacerdotibus suis consedisset, placuit cum eo cunctis qui fuerunt in eadem sancta Synodo, constituere haec, quae ad ordines ecclesiasticos canonicis sunt necessaria disciplinis. Ibi in principio constitutum est, qualis ordinari debeat episcopus.

CAPITVLA.

I.

Distin. 23. Qui episcopus ordinan.

Qui[d] episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis * cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ec- * VACAT.

ANNO CHRISTI 398. clesiasticis exercitatus: & ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vnum Deum esse confirmans, totamque Trinitatis deitatem coessentialem, & consubstantialem, & coæternalem, & coomnipotentem prædicans: si singularem quamque in Trinitate personam plenum Deum, & totas tres personas vnum Deum: si incarnationem diuinam non in Patre neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum credat; vt qui erat in diuinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris Filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens, & animam humanam rationalem, simul in eo ambæ naturæ, id est, Deus & homo, vna persona, vnus Filius, vnus Christus, vnus Dominus creator omnium quæ sunt, & auctor, & Dominus, & rector, cum Patre & Spiritu sancto, omnium creaturarum: qui passus sit vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte: resurrexit vera carnis suæ resurrectione, & vera animæ resumptione, in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quærendum etiam ab eo, si noui & veteris testamenti, id est, legis & prophetarum, & apostolorum vnum eumdemque credat auctorem & Deum: si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo, si credat huius quam gestamus, & non alterius, carnis resurrectionem: si credat iudicium futurū, & recepturos singulos pro his quæ in carne gesserunt, vel pœnas vel gloriam: si nuptias non improbet, si secunda matrimonia non damnet, si carnium perce-

ptionem non culpet, si pœnitentibus reconciliatis communicet, si in baptismo omnia peccata, id est, tam illud originale contractum, quam illa quæ voluntarie admissa sunt, dimittantur: si extra ecclesiam catholicam nullus saluetur. Cum in his omnibus examinatus, inuentus fuerit plene instructus, tunc cum consensu clericorum & laicorum, & conuentu totius prouinciæ episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate vel præsentia ordinetur episcopus. Suscepto in nomine Christi episcopatu, non suæ delectationi, nec suis motibus, sed his patrum diffinitionibus acquiescat. In cuius ordinatione etiam ætas requiratur, quam sancti patres in præeligendis episcopis constituerunt. Dehinc disponitur, qualiter ecclesiastica officia ordinantur. Anno Christi 398.

II.

Dist. 23. Episcopus dum ordi. Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant & teneant euangeliorum codicem super caput & * ceruicem eius, & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant. * vernic

III.

Ibi. Presbyter cum ordi. Presbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri qui præsentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant.

IV.

Ibi. Diaconus dum ordi. Diaconus cum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat: quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

V.

ANNO CHRISTI 398.

V.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum. De manu vero archidiaconi, vrceolum cum aqua, & * mantile, & manutergium. Ibid. Subdiaconus.

* aquamanilé,

VI.

Acolythus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat & vrceolum vacuum, ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi. Ibi. Acolythus.

VII.

Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, siue baptizatum, siue catechumenum. Ibi. Exorci.

VIII.

Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium. Post hæc, spectante plebe, tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe, & esto * lector verbi Dei, habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum eis qui verbum Dei ministrauerint. Ibi. Lector.

* relator

IX.

Ostiarius cum ordinatur, postquam ab archi- Ibi. Ostiarius.

diacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem archidiaconi, tradat ei episcopus claues ecclesiæ de altario, dicens: Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur. ANNO CHRISTI 398.

X.

Ibi. Psalmist. Psalmista, id est, cantor potest absque scientia episcopi, sola iussione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide, vt quod ore cantas, corde credas: & quod corde credis, operibus comprobes.

XI.

Ibi. Sanctimonialis. Sanctimonialis virgo, cum ad consecrationem suo episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper vsura est, professioni & sanctimoniæ aptis.

XII.

Viduæ vel sanctimoniales, quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, tam instructæ sint ad officium, vt possint * apto & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres, tempore quo baptizandæ sunt, qualiter baptizatori interrogatæ respondeant, & qualiter, accepto baptismate, viuant. * spem

XIII.

Dist. 23. & 30. q. 5. Sponsus & sponsa. ᵉ Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel paranymphis offerantur. Qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis, in virginitate permaneant.

XIV.

Dist. 41. Episcopus vilem. Vt episcopus non longe ab ecclesia hospitiolum habeat.

ANNO CHRISTI 398.

XV.

Vt episcopus vilem supellectilem, & mensam ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide & vitæ meritis quærat. Ibidem.

XVI.

Vt episcopus gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro necessitate & tempore. Dist. 37. Episcopus gentil. lib.

XVII.

Vt episcopus gubernationem viduarum & pupillorum ac peregrinorum non per seipsum, sed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat. Dist. 88. Episcopus.

XVIII.

Vt episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat. Ibidem.

XIX.

Vt episcopus pro rebus transitoriis non litiget prouocatus. 14. q. 1. Episcopus.

Gratianus & quidam vetusti codices sic legunt hunc Canonem. Vt episcopus nec prouocatus pro rebus transitoriis litiget. Expositionem Canonis lege apud Gratianum loco hic citato.

XX.

Vt episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni & orationi & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet. Dist. 88. Episcopus nullam rei.

XXI.

Vt episcopus ad Synodum ire non sine satis graui necessitate inhibeatur: sic tamen, vt in sua persona legatum mittat, susceptus, salua fidei veritate, quidquid Synodus statuerit. Dist. 18. Episcopus ad Synod.

XXII.

Vt episcopus sine consilio clericorum suo- Dist. 24. Episco-

pus sine consilio. rum, clericos non ordinet, ita vt ciuium conniuentiam & testimonium quærat. Anno Christi 398.

Admodum antiqui codices hic addunt: Quod si præaccepta ordinatione in fraude inuentus fuerit, ipsi qui eum testimoniant, quamdiu episcopo visum fuerit, ab ecclesiæ liminibus arceantur.

XXIII.

15. q. 7. Nullius causam. De consc. dist. 1. Sacerdote ver. Vt episcopus nullius causam audiat absque præsentia clericorum suorum: alioquin irrita erit sententia episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur.

XXIV.

Dist. 90. Dissiden. Sacerdote verbum faciente in ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

XXV.

Dist. 90. Statuendũ est episcopis. Dissidentes episcopos, si non timor Dei, Synodus reconciliet.

XXVI.

Statuendum est episcopis, vt dissidentes fratres, siue clericos, siue laicos, ad pacem magis quam ad iudicium cohortentur.

XXVII.

7. q. 1. Episcopus de loco ignobili. Vt episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sane si id vtilitas ecclesiæ fiendum popoſcerit, decreto pro eo clericorum & laicorum episcopis porrecto, * in præsentia Synodi transferatur, nihilominus alio in loco eius episcopo subrogato. Inferioris vero gradus sacerdotes, vel alii clerici, concessione suorum episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare. * per literas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 398.

XXVIII.

Irritam esse iniustam episcoporum damnationem: & idcirco a Synodo retractandam. 11. q. 3. Irritam esse & iniustam.

XXIX.

Episcopus, si clerico vel laico crimen impegerit, deducatur ad probationem in Synodum. 6. q. 1. Episcopus si cleric.

XXX.

Caueant iudices ecclesiæ, ne absente eo cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, imo & causam in Synodo profecto dabunt. 3. q. 9. Caueant.

XXXI.

Vt episcopus rebus ecclesiæ, tamquam commendatis, non tamquam propriis, vtatur. 12. q. 1. Sine exceptione.

XXXII.

Irrita erit donatio episcoporum, vel venditio, vel commutatio rei ecclesiasticæ, absque conniuentia & subscriptione clericorum. Ibidem.

XXXIII.

Episcopi vel presbyteri si causa visitandæ ecclesiæ ad alterius ecclesiam venerint, in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam inuitentur. 7. q. 1. Episcopi vel presbyteri.

XXXIV.

Vt [f] episcopus quolibet loco sedens, stare presbyterum non patiatur. Distinct. 95. Episcopus in quolibet loco.

XXXV.

[g] Vt episcopus in ecclesia, & in confessu presbyterorum, sublimior sedeat. Intra domum vero, collegam se presbyterorum esse cognoscat. Distinct. 95. Episcopus in ecclesia.

XXXVI.

Distinct. 95. Presbyteri qui per. Presbyteri, qui per diœceſes eccleſias regunt, non a quibuſlibet epiſcopis, ſed a ſuis; nec per iuniorem clericum, ſed aut per ſeipſos, aut per illum qui ſacrarium tenet, ante Paſchæ ſolennitatem chriſma petant. Anno Christi 398.

XXXVII.

Distinct. 93. Diacon. ita ſe. Diaconus ita ſe presbyteri, vt epiſcopi miniſtrum nouerit.

XXXVIII.

Ibidem. Vt diaconus, præſente presbytero, euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, iuſſus eroget.

XXXIX.

Ibidem. Vt diaconus quolibet loco, iubente presbytero, ſedeat.

XL.

Ibidem. Vt diaconus in conuentu presbyterorum interrogatus loquatur.

XLI.

Ibidem. Vt diaconus tempore oblationis tantum vel lectionis, alba vtatur.

XLII.

Clericum inter tentationes officio ſuo incubantem, gradibus ſublimandum.

XLIII.

Chriſtianum catholicum, qui pro catholica fide, & pro eccleſiaſtica re, & Chriſtiana religione tribulationes patitur, honore omni a ſacerdotibus honorandum. Etiam & per diaconum ei victus adminiſtretur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 398. Hunc Canonem peruetusti codices ita habent: Christianum catholicum, qui pro catholica fide tribulationes patitur, omni honore a sacerdotibus honorandum, etiam in quotidiani victus ministerio.

XLIV.

Clericus nec comam nutriat, nec * barbam.

Alias, * barbam tondeat: ita in libro Gemblacens. Alias, barbam radat, additur in libro Gandensi sancti Bauonis, titulo: Statuta ecclesiæ antiqua. Pleraque autem exemplaria non habent, Radat, vel tondeat: vt sit sensus, clerico nec comam nec barbam nutriendam.

XLV.

Clericus professionem suam & in habitu & in incessu probet: & nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat. Dist. 42. clericus profess.

XLVI.

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

XLVII.

Clericus per plateas & andronas, nisi certa & maxima officii sui necessitate, non ambulet.

XLVIII.

Clericus, qui non pro emendo aliquid in nundinis vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur. Dist. 91. clericus quilibet.

XLIX.

Clericus, qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendiis priuetur. Ibi. cle. vict.

L.

Clericum inter tentationes ob officio suo declinantem, vel negligentius agentem, ab officio suo remouendum. Ibid. cle. quili.

LI.

Clericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificio victum quærat. Ibidem.

* artificio honesto victum & vestitū.

LII.

Ibidem. Clericus victum & veſtimentum ſibi artificiolo vel agricultura, abſque officii ſui detrimento, paret. LIII.

Omnes clerici, qui ad operandum validiores ſunt, & artificiola & literas diſcant.

LIV.

Diſt. 46. clericus inuidens. Clericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio eſt, non promoueatur.

LV.

Ibi. accuſatores fratrum. Vt epiſcopus accuſatores fratrum excommunicet. Et ſi emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

LVI.

Ibid. cle: qui adul. Clericus, qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

LVII.

Ibid. cle. mal. Clericus maledicus, maxime in ſacerdotibus, cogatur ad poſtulandum veniam. Si noluerit, degradetur, nec vnquam ad officium abſque ſatisfactione reuocetur.

LVIII.

Eius qui frequenter litigat,& ad cauſandum facilis eſt, teſtimonium nemo abſque grandi examine recipiat. LIX.

Diſt. 90. diſt. Diſcordantes clericos epiſcopus vel ratione, vel poteſtate ad concordiam trahat: inobedientes Synodus * per audientiam damnet.

LX.

Diſt. 46. cleri. Clericum ſcurrilem, & verbis turpibus iocularem, ab officio retrahendum.

LXI.

ANNO CHRISTI 398.

LXI.

Clericum per creaturas iurantem, acerrime obiurgandum. Si perſtiterit in vitio, excommunicandum. 22. qu. 1. Clericum per crea.

LXII.

Clericum inter epulas cantantem, ſupradictæ ſententiæ ſeueritate coercendum. Ibidem.

LXIII.

Clericum, qui tempore ieiunii abſque ineuitabili neceſſitate ieiunium rumpit, minorem habendum.

LXIV.

[k] Qui Dominico die ſtudioſe ieiunat, non credatur catholicus. 26. qu. 7. Sacerdos pœniten.

LXV.

Paſchæ ſolennitas vno die & tempore celebranda. De conſecr. diſt. 3. Paſchæ ſo.

LXVI.

Clericus, qui epiſcopi circa ſe diſtrictionem iniuſtam putat, recurrat ad Synodum. 11. q. 3. Cle. qui.

LXVII.

Seditionarios nunquam ordinandos clericos, ſicut nec vſurarios, nec iniuriarum ſuarum vltores. Diſt. 46. Sed.

LXVIII.

Ex pœnitentibus (quamuis ſit bonus) clericus non ordinetur. Si per ignorantiam epiſcopi factum fuerit, deponatur a clero, quia ſe ordinationis tempore non prodidit fuiſſe pœnitentem. Si autem ſciens epiſcopus ordinauerit talem, etiam ab epiſcopatus ſui ordinandi dumtaxat poteſtate priuetur. Diſt. 50. Ex pœniten.

LXIX.

Anno Christi 398.

Simili ſententiæ ſubiacebit epiſcopus, ſi ſciens ordinauerit clericum eum qui viduam aut repudiatam vxorem habuit, aut ſecundam.

LXX.

24. qu. 3. Clericus hæreticorũ.

Clericus hæreticorum & ſchiſmaticorum tam conuiuia, quam ſodalitates euitet æqualiter.

LXXI.

Conuenticula hæreticorum non eccleſia, ſed Conciliabula appellantur.

LXXII.

Cum hæreticis nec orandum, nec pſallendum.

LXXIII.

11. q. 3. Qui communicauerit.

Qui communicauerit, vel orauerit cum excommunicato, ſiue clericus, ſiue laicus, excommunicetur.

LXXIV.

26. qu. 7. Sacerdos pœnitentiam.

Vt ſacerdos pœnitentiam imploranti, abſque perſonæ acceptione, pœnitentiæ leges iniungat.

LXXV.

Vt negligentiores pœnitentes tardius recipiantur.

LXXVI.

26. qu. 6. Is qui in infirmitate.

Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum ſacerdos inuitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius euchariſtia. Si ſuper-

ANNO CHRISTI 398. uixerit, admoneatur a supradictis testibus, petitioni suæ satisfactum; & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit.

LXXVII.

Pœnitentes qui in infirmitate sunt, viaticum accipiant.

LXXVIII.

Pœnitentes qui in infirmitate viaticum eucharistiæ acceperint, [m] non se credant absolutos sine manus impositione, si superuixerint. Ibidem.

LXXIX.

Pœnitentes, qui attente leges pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint, vbi eis subueniri non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur. 26. q. 7. Sacerdos pœnitentiam.

LXXX.

Omni tempore ieiunii, manus pœnitentibus a sacerdotibus imponatur. Ibidem.

LXXXI.

Mortuos pœnitentes ecclesiæ *afferant & sepeliant. *for. efferant

LXXXII.

Pœnitentes etiam diebus remissionis genua flectant.

LXXXIII.

Pauperes & senes ecclesiæ, plus ceteris honorandi sunt.

LXXXIV.

[n] Vt episcopus nullum prohibeat ingredi ec- De consecr. Dist. 1. Episcop. nul.

Dist. 1. Episcop. nul. clesiam, & audire verbum Dei, siue gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum, vsque ad missam catechumenorum. Anno Christi 398.

LXXXV.

De consecr. dist. 4. Baptizandi nomen suum dent, & diu abstinentia vini & carnium, ac° manus impositione crebra examinati, baptismum percipiant.

LXXXVI.

De consecr. distinct. 5. Neophyti *al.* 2. qu. 6. cat. Neophyti aliquamdiu a lautioribus epulis & spectaculis & coniugibus abstineant.

LXXXVII.

De consecr. distinct. 1. Qui die solen. Catholicus qui causam suam siue iustam, siue iniustam ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur.

LXXXVIII.

Qui die solenni, prætermisso solenni ecclesiæ conuentu, ad spectacula vadit, excommunicetur.

LXXXIX.

26. qu. 5. Augur. Auguriis vel incantationibus seruientem, a conuentu ecclesiæ separandum. Similiter & superstitionibus Iudaicis vel feriis inhærentem.

XC.

De consecr. distinct. 5. Omni die. Omni die exorcistæ energumenis manus imponant.

XCI.

Pauimenta domorum Dei energumeni verrant.

XCII.

Energumenis, in domo Dei assidentibus, victus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministretur.

ANNO CHRISTI 398.

XCIII.

[q] Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario, neque in [p] gazophylacio recipiantur. Dist. 90. Oblationes dissiden.

XCIV.

Eorum qui pauperes opprimunt, dona a sacerdotibus refutanda. Et ibid. Eorũ qui.

XCV.

Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tamquam egentium necatores excommunicentur. 13. q. 2. Qui oblationes def.

XCVI.

Quærendum in iudicio, cuius sit conuersationis & fidei is qui accusat, & is qui accusatur. 2. q. 7. Quærendũ est.

XCVII.

* Vir, qui. * Qui religiosis feminis præponendus est, ab episcopo loci probetur. 18. q. 2. Qui.

XCVIII.

Laicus, præsentibus clericis, nisi ipsis iubentibus, docere non audeat.

XCIX.

Mulier, quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere non præsumat. Dist. 23. Mulier.

C.

[r] Mulier baptizare non præsumat.

CI.

Viduæ adolescentes, quæ corpore debiles sunt, sumptu ecclesiæ, cuius viduæ sunt, sustententur. De conse. dist. 5. In decret. Iuo. lib. 1.

CII.

Ad reatum episcopi pertinet, vel presbyteri qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis cau- Dist. 81. Ad reatum.

sa, adoleſcentiores viduæ vel ſanctimoniales cleri- Anno Christi 396.
corum familiaritatibus ſubiiciantur.

CIII.

Ibid. Viduæ, quæ. Viduæ, quæ ſtipendio eccleſiæ ſuſtentantur, tam aſſiduæ in Dei opere eſſe debent, vt & meritis & orationibus ſuis eccleſiam adiuuent.

CIV.

27. q. 1. Sicut. Sicut bonum eſt caſtitatis præmium, ita & maiori obſeruantia & præceptione cuſtodiendum eſt. Vt ſi quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis poſitæ, & matura ætate a viro relictæ, ſe deuouerunt Domino, & veſte laicali abiecta, ſub teſtimonio epiſcopi & eccleſiæ religioſo habitu apparuerint, poſtea vero ad nuptias ſæculares tranſie-
1. Tim. 5. runt, ſecundum Apoſtolum, *damnationem habebunt, quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere * auſæ ſunt.* Tales ergo perſonæ * al. ſine Chriſtianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuio cum Chriſtianis communicent. Nam ſi adulteræ coniuges reatu *ſunt viris* ſuis obnoxiæ, quanto magis viduæ, quæ religioſitatem mutauerunt, crimine adulterii notabuntur, ſi deuotionem, quam Deo ſponte, non coactæ, obtulerunt, libidinoſa corruperint voluptate, atque ad * ſecundas nuptias tranſitum fecerint? Quæ & * al. ſecundas ſi violentia irruente, ab aliquo præreptæ fuerint, ac poſtea delectatione carnis atque libidinis, permanere in coniugio, raptori vel violento viro conſenſerint, damnationi ſuperius comprehenſæ tenebun-
1. Tim. 5. tur obnoxiæ. De talibus ait Apoſtolus: *Cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem,*

ANNO CHRISTI 398.

quia primam fidem irritam fecerunt. Aurelius episcopus Carthaginensis ecclesiæ subscripsi. Donatianus Talabricensis primæ sedis, subscripsi. Augustinus Hipponæ Regiensis, subscripsi. Similiter omnes episcopi subscripserunt.

Capitulum quod subiungitur, scriptum erat in quodam vetusto codice sancti Bauonis, cui præscriptus fuerat talis titulus: Statuta ecclesiæ antiqua. in quo quidem codice etiam præscripta capitula Carthag. Concilii quarti habebantur.

Falsus accusator deprehensus, absque ecclesia fiat, donec pœnitendo emendetur.

NOTÆ.

[a] *Concilium Carthaginense.*] Gildone tyranno, qui Africam turbabat, sublato, cunctisque iam pacatis, copioso episcoporum numero ad sacra comitia Carthagine celebranda, facultas concessa fuit. In his summa diligentia de ecclesiastica disciplina in integrum restituenda laborarunt. Primo ea quæ episcopos, deinde quæ inferioris ordinis clericos concernunt, consilio saluberrimo instituerunt, vel potius restituerunt: adeo vt hoc Concilium ecclesiasticæ disciplinæ ad pristinam consuetudinem reuocatæ, quasi promptuarium semper meritoque apud posteros habitum fuerit. Centum & quatuor Canones edidit; horum pauci contra nouas Origenistarum hæreses emergentes, nouiter constituti fuerunt: potissima pars disciplinam ecclesiasticam antiquitus traditam, receptam & obseruatam, Africanis motibus paulisper laxatam, in pristinam consuetudinem reuocat. In titulo Can. 17. distinct. 93. apud Anselmum additum fuisse reperitur, quod Zosimus papa huic per vicarios interfuerit. Verum acta Concilii Carthaginensis sexti huic sententiæ omnino repugnant. Nam cap. 2. & 3. eiusdem Concilii constat, quod Zosimus papa Faustinum Potentinæ ecclesiæ episcopum, Philippum & Asellum legatos miserit. Cum itaque inter hanc & illam sextam, viginti circiter annorum interuallum sit, Zosimus vero in sede pontificia biennio non sederit, nequaquam id quod apud Anselmum in titulo prædicti Canonis superadditum est, sustineri potest. Hæc ex Baronio anno 398. numero 67. Item ex notis prædicti Canonis.

Occasio Concilii.

Acta Concilii.

Canones quot editi sint in hoc Concilio.

An Zosimus papa huic per legatos interfuerit.

[b] *Nomine & temporis ordine quartum.*] Si, quod diximus in notis Concilii Carthaginensis II. idipsum Theodosio XI. & Valentiniano

Hoc Concilium Car-

thaginense quotum sit.

iuniore coss. anno nimirum Christi 424. habitum fuerit; quæ de ordine Carthaginensium Conciliorum constituimus nequaquam fallere possunt. Anno Christi 398.

Tempus Concilii celebrati.

[c] *Æra* 436.] A qua si viginti octo annos sustuleris, remanent trecenti nonaginta octo anni: in quem consulatus 4. Honorii & Eutychiani coincidit. Verissima itaque est computatio Baronii asserentis, hanc Synodum celebratam esse anno Christi 398. Arcadii & Honorii imperatorum quarto, Anastasii primo. Prædictis consulibus hoc Concilium coactum fuisse, ipsa acta synodalia in principio manifeste indicant. Mense Nouembri, adeoque post illud quod appellatur Carthaginense V. hanc Synodum celebratam fuisse, eorumdem actorum initium testatur. Ita enim exordiuntur: *Augusto Honorio* IV. *& Eutychiano consulibus, sexto Idus Nouembris*, &c. Cum igitur Synodus Carthaginensis quinta nomine, iisdem consulibus in Maio iam ante vere congregata fuerit, dubium esse nequit, hanc illa temporis ordine posteriorem, atque adeo illam tertio, hanc quarto temporis ordine celebratam esse.

Cap. 1. Episcopi ordinandi præuio examine fidem profiteri iubentur.

[d] *Episcopus ordinandus antea examinetur.*] Origenistarum, Cælestii, aliorumque hæreticorum nouæ aut saltem resuscitatæ hæreses huic constitutioni, qua episcopi recens ordinandi præuio examine fidem profiteri iubentur, causam dederunt; ideo quod qui ad alios docendos deliguntur, probatæ spectatæque scientiæ esse deberent. Hunc pristinum morem a Clemente octauo in ecclesia restitutum esse, eosque qui ordinandi sunt episcopi, vna cum aliquot delectis ad hoc cardinalibus, adhibitis simul qui in vrbe sunt, doctissimis theologis, & canonici iuris consultissimis, diligenti atque improuiso examine probari, atque ita nunc non nisi bene diserto ad episcopatum aditum patere, scribit Baronius anno 398. num. 69.

Can. 13. In Domino nubere, quid sit. Ritus in contrahendo matrimonio obseruandi.

[e] *Sponsus & sponsa.*] Quod inquit Apost. 1. ad Corinth. cap. 7. *Cui vult nubat, tantum in Domino;* hoc idem hac sanctione constituitur. In Domino enim nubere nihil aliud est, quam secundum leges & ritus ecclesiæ ab ipsis apostolis traditos matrimonium contrahere. Ritus ab apostolis instituti, ab vniuersa ecclesia recepti, hi sunt potissimi. 1. vt contrahatur in præsentia sacerdotis. *Decet vero*, inquit Ignatius epist. 11. ad Polycarpum, *vt & ducentes vxores, & nubentes, cum episcopi arbitrio coniungantur; vt nuptiæ iuxta præceptum Domini, non autem ob concupiscentiam coiisse videantur.* 2. Vt per sacerdotes in ecclesia proclamentur. 3. Vt in confœderatione matrimonii sacrificium missæ offeratur. 4. Vt a paranymphis ad ecclesiam ducantur. 5. Vt contrahentes matrimonium eucharistiam percipiant, eorumdemque manus interuentu, oscula & velationis, coniungantur. De quibus post Euaristum in epistola sua, hæc Tertullianus ad vxorem libro 2. in fine. *Vnde sufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonii, quod ecclesia conciliat, & confirmat oblatio* (Missæ sacrificium) *& obsignatum angeli* (id est sacerdotes) *renuntiant.* Item de veland. virg. capite 11. in fi-

ANNO CHRISTI 398. in fine: *Ad desponsationem velantur; quia & corpore & spiritu masculo mixtæ sunt, per osculum & dexteras, per quæ primum resignarunt pudorem spiritu*, &c. Quo autem loco a Christianis occultæ nuptiæ haberentur, idem Tertull. lib. de pudicit. declarat his verbis: *Penes nos occultæ quoque coniunctiones, id est, non prius apud ecclesiam professæ, iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur.* Ex his videas non esse nouum, quod a S. Trident. Concil. sess. 24. de reformat. cap. 1. est nuper potius restitutum, quam institutum, vt nec sine explorato per parochum partium consensu, nec clandestine, sed in facie ecclesiæ sacra nuptiarum fœdera contrahantur. Vide Baron. tom. 1. anno 57. num. 47. 48. 49. & 50.

[f] *Episcopus stare presbyterum non patiatur.*] In Romana ecclesia, teste Hieron. epist. 58. ad Euagrium, receptum fuit, vt coram episcopis diaconi stent, presbyteri sedeant. Verba Hieronymi hæc sunt: *Ceterum etiam in ecclesia Romæ presbyteri sedent, & stant diaconi. Licet paulatim increbrescentibus vitiis inter presbyteros absente episcopo sedere diaconum viderim.* Itaque Romanæ ecclesiæ consuetudini conuenientissime statutum fuit hac sanctione, ne episcopus presbyterum apud se stare patiatur. Quod Can. 1. Concil. Romani II. sub Siluestro celebrati, presbyteri cum diaconis a tergo sedentium episcoporum stetisse narrantur, id modestiæ causa, ista dumtaxat vice contigisse, diximus supra in notis eiusdem capituli. Vide Baron. anno 324. num. 125.

Can. 34. Presbyter stare præsente episcopo prohibetur.

Diluitur obiectio.

[g] *Episcopus collegam se presbyterorum esse cognoscat.*] Africani episcopi omnes ministerii sui consortes, quantumuis hierarchico ecclesiastico ordine superiores aut inferiores essent, collegas appellare consueuerunt. Cyprianus epist. 4. ad clerum Romanum, Fabianum pontificem collegam nominat. Concilii Africani Can. 20. 22. & 31. Primates Africanæ ecclesiæ, episcopos sibi subiectos collegas appellant. Vnde quod hic constituitur, sublimiori episcoporum potestati hierarchicæ nihil præiudicat. Vide quæ hac de re ex Baronii annalibus anno 58. num. 3. & seqq. item anno 253. num. 27. diximus in notis Can. 1. apost. & epist. 2. Anacleti.

Can. 35. Quomodo episcopi presbyteros collegas appellarint.

[h] *Clericum inter tentationes officio suo incubantem*, &c.] Iugis illa Africanæ ecclesiæ persecutio, Donatistis auctoribus concitata, qua plures catholici ab iisdem grauissima paterentur, hisce Canonibus occasionem dedisse videtur.

Can. 42. & 43. Occasio Canonum.

Clericus nec comam nutriat, nec barbam.] Quædam exemplaria habent additamentum hoc, *sed radant, vel tondeant*. Nutriendam non esse communi codicum omnium lectioni concordat. Hic Canon cum quibusdam aliis sequentibus a sancta Synodo editus esse videtur, propter Euchaitarum & Massalianorum hæreticorum sectarios. Hi enim manibus operandum esse negantes, intonsi prolixam comam ac barbam alebant. Muliebrem comam circumferentes vagari consueuisse, testatur Epiphanius hæresi 80. S. Augustin. de opere monach. cap. 31. eos facete depingens, inter alia hæc scribit: *Et hoc quo pertinet quæso, tam aperte contra præcepta Apostoli*

Can. 44. Clericis nutrire comã aut barbam interdicitur. Euchaitarum & Massalianorum hæreses & mores.

conari? an ita vacandum est, vt nec tonsores operentur? An quia euangelicas volucres imitari se dicunt, quasi depilari timent, ne volare non possint? Ex his satis euidenter conuinci potest, S. Augustinum reliquosque Africanæ ecclesiæ non tantum clericos, sed etiam monachos prolixam barbam gestare non consueuisse. Nam in Africana ecclesia monachismus in clerum tunc adscitus erat, nomenque cum clericis commune habebat, vt ex l. 32. Cod. de episc. & clericis probat Baron. anno 398. num. 74. De modo & causis tonsuræ clericalis, vide quæ diximus supra in notis epist. Aniceti. Ex Baronii annalibus anno 58. num. 122. vsque ad 142. Anno Christi 398.

Monachi Africanæ ecclesiæ barbâ promissam non alebant.

Can. 51. 52. 53.

[i] *Artificio victum quærat.*] Massaliani in Africa hoc tempore docebant, non licere religiosis operari, & pro victu laborare; sed debere eos in Dei prouidentia confidere, & ex alienis laboribus viuere. Ita Epiph. hæresi 80. August. lib. 2. retract. cap. 21. Quod dogma cum exemplo & doctrinæ apostolorum omnino repugnet, ad errorem illum verbo & opere refellendum, conuenienter constitutum fuit, vt ad imitationem apostolorum victum & vestitum labore manuum suarum sibi acquirerent. De causa editæ sanctionis hæc August. *Cum apud Carthaginem monasteria esse cœpissent, alii se suis manibus transigebant obtemperantes Apostolo: alii vero ita ex oblationibus religiosorum viuere volebant, vt nihil operantes, vnde necessaria vel haberent vel supplerent, se potius implere præceptum euangelicum existimarent, atque imitarentur, vbi Dominus ait Matth. 16. Respicite volatilia cæli & lilia agri. Vnde etiam inter laicos inferioris propositi, sed tamen studio feruentes, existere cœperant tumultuosa certamina, quibus ecclesia turbaretur, aliis hoc, aliis aliud defendentibus. Huc accedebat, quod criniti erant quidam eorum, qui operandum non esse dicebant. Vnde contentiones hinc reprehendentium, inde quasi pugnantium partium studiis augebantur. Propter hoc venerabilis senex Aurelius, ecclesiæ ipsius ciuitatis episcopus, vt hinc aliquid describerem, iussit, & feci.* Paulum apostolum opificio manuum suarum, cum locus & tempus id permitteret, sibi victum quæsiuisse, constat Act. 18. & 20. 1. ad Corint. cap. 4. & 9. 1. ad Thessal. cap. 2. Item 2. ad Thessal. cap. 3. Ceteros apostolos quandoque pro commoditate loci ac temporis opificia exercuisse, aliosque ad eadem exercenda admonuisse, testatur Clemens libro 2. Const. capite 67. his verbis: *Qui in ecclesia iuuenes estis, curate in omnibus rebus necessariis sedulo ministrare, cum omni sanctitate operi vestro vacare; vt omni tempore & vobis & egentibus suppeditare possitis, ne ecclesiam Dei oneretis. Etenim nos quoque vacantes verbo euangelii, subsiuas operas non negligimus: alii enim ex nobis piscatores sunt, alii scenarum artifices, alii agricolæ; nec vnquam otiosi sumus.* Huc spectare videtur, quod ait Ignatius epistola septima ad Tarsenses: *Nemo inter vos otiosus sit.* Iustinus martyr de vita Christiana: *Pudor,* inquit, *ille in vitio est, vt vereamur, si ipsi manibus nostris opus fecerimus, ne quis nos miseros & auxilio destitutos suspicetur.* Epiphanius hæresi 80. hæc in eamdem sententiam: *Ex ipsis Dei sacerdotibus quidam vna cum prædicatione verbi imi-*

Labor & opificia manuum non sunt clericis prohibita.

Apostoli labore manuum victum quæsiuerunt.

ANNO CHRISTI 398.

tantes ſanctum ipſorum poſt Deum in Chriſto patrem, Paulum, inquam, ſanctum apoſtolum, etiam ipſi pro viribus, tametſi non omnes, attamen plures propriis manibus operantur, qualemcumque tandem iuxta proportionem dignitati & eccleſiaſticæ curæ aſsiduitati conuenientem repererint artem: quo cum verbo & prædicatione conſcientia ipſa gaudeat, dum etiam per manus proprias fructum affert, & ſibiipſi ſuppeditat, fratribuſque ac indigentibus impertit miniſterii fructum, ex primitiis inquam & oblationibus, & ex manuum labore partis, &c. *Quamquam ipſi ad hoc non cogantur neque deputati ſint, ſed iuſtitiæ labores & operationem eccleſiaſticam habeant, & ſecundum iuſtitiam alantur; verum propter excellentem voluntatis promptitudinem ipſi hoc faciant.* Hæc Epiphanius. Hæc eadem illo commentariolo, quem contra vagos ac deſides monachos, opera manuum prætermittentes, ſcripſit, & de opere monachorum inſcripſit S. Auguſtinus. Vnde clericis & monachis opera & exercitia manuum non tantum non interdicta, ſed etiam ad fugandum otium & carnis tentationes, ad vitam, ſi aliter non poſſit, ſuſtentandam, aliiſve quibuſdam caſibus imperata fuerunt. De quibus vide Bellarm. lib. 2. de clericis cap. 41. & 42. Baron. anno 52. num. 15. 16. &c. anno 398. num. 70.

Opera & exercitia manuum quibuſdam caſibus clericis imperata.

[k] *Qui dominico die.*] Vide notas Can. 65. apoſt. Can. 64.

[l] *Qui communicauerit cum excommunicato.*] Vide quæ notauimus ad Can. apoſt. Can. 73.

[m] *Non ſe credant abſolutos ſine manus impoſitione.*] Sententia Canonis hæc eſt: Qui ob vitæ periculum priuatim a ſacerdotibus abſoluuntur, nondum completa actione publicæ pœnitentiæ, ii ſi ſuperuixerint, redeant ad ordinem pœnitentium, & cum illis manus impoſitionem ſuis temporibus percipiant: & niſi id fecerint, non exiſtiment ſe abſolutos a vinculo excommunicationis, vel a pœna temporali, quæ ipſis a ſacerdote præſcripta fuerit. Hos a culpa abſolutos fuiſſe dubitari non poteſt, cum viaticum euchariſtiæ perceperint, quod eccleſia nunquam diſtribuere ſolet, niſi illis dumtaxat, quos a culpa lethali liberos eſſe credit. Vnde per manus impoſitionem patres Concilii hoc & ſequente Canone 80. accipiunt illam actionem pœnitentiæ, qua pœnitentibus frequenter reconciliatiua manus imponebatur, quæque olim inter alios publicæ pœnitentiæ ritus in eccleſia frequentata fuit. Vide Bellarm. lib. 1. de pœnit. cap. 15. Item notas epiſt. Melchia. verbo *manus impoſitio.*

Can. 78. Interpretatio Canonis.

Quid hoc loco per manus impoſitionem ſignificetur.

[n] *Vt epiſcopus*, &c.] Hoc Canone confirmantur ea, quæ ſupra in notis Concilii Ancyrani diximus de catechumenis vſque ad prædicationem euangelii incluſiue in eccleſiam admiſſis, poſtea vero excluſis, dum Miſſa fidelium & publicæ orationes incipiebantur. Vnde factum, quod S. Auguſtinus ad populum concionatus, pro diuerſa audientium conditione hæc monens ſuos aptare conſueuerat: Interdum Manichæos, Arianos & Donatiſtas: interdum gentiles, ſæpe etiam Iudæos exagitauerit. Quod ad dubiorum quorumdam locorum S. Auguſtini interpretationem, notatu dignum eſſe putaui. Can. 84.

S. Auguſt. diuerſa ratio concionandi.

Can. 85. Impositio manus ceremonialis ad baptismum.

[o] *Ac manus impositione.*] Intellige de manus impositione ceremoniali ad baptismum, quæ ad quamdam catechumeni sanctificationem in baptismo adhiberi solet. De qua S. August. lib. 2. de peccat. merit. & remiss. cap. 26. hæc: *Catechumenos secundum modum suum per signum Christi & orationem, manus impositione sanctificari.* Vide quæ diximus supra in notis epist. Melch. verb. *manus impositio.* Anno Christi 398.

Can. 93.

[p] *In gazophylacio.*] Quid sit gazophylacium, diximus supra in notis Can. 4. apost.

Can. 95.

[q] *Oblationes defunctorum aut negant.*] Cum vt supra diximus in notis Concil. Carthag. 3. comessationes istas in ecclesiis, in sepulcris sanctorum martyrum, & in memoriis defunctorum cum quodam abusu exhiberi solitas, ex Augustini consilio, vt patet ex eius epist. 64. Aurelius Carthaginensis episcopus sustulisse, & vt oblationibus pius consuleretur animabus defunctorum, oblationes quæ ad sepulcra ferebantur, in pauperes erogari iussisset, atque ex eo accidisset, vt populus ab omni frequentatione piorum officiorum pro defunctis cessaret; ad præstandas oblationes, quæ statim pro defunctis in pauperes erogarentur, hac lege ecclesiastica populum compellere, patres huius Concilii necessarium ac religiosum esse iudicarunt. Vnde manifestum est, quam iniuste atque impie recentiores hæretici calumnientur, qui oblationes a populo pro defunctorum animabus præstandas, a maioribus ob lucrum clericorum ecclesiis ministrantium excogitatas esse tradunt. Vide Baron. anno 391. num. 43.

Oblationes pro defunctis antiquitus introductæ.

Can. 100. Mulier an & quomodo baptizare possit.

[r] *Mulier baptizare non præsumat.*] Intellige sacerdotibus aut clericis præsentibus, vt patet Can. præced. vel etiam extra casum necessitatis, vt citant & exponunt hunc Canonem Petrus Lombardus 4. lib. sent. dist. 6. Gratianus Can. mulier. dist. 4. de consecrat. Sicut enim apost. Paulus 1. ad Corint. cap. 14. & 1. Timoth. cap. 2. prohibet, ne mulieres extra casum necessitatis loquantur & doceant, in casu necessitatis autem docere & loqui permittit; ita patres *huius* Concilii permittentes mulieres in casu necessitatis baptizare, ne extra casum necessitatis, aliisve clericis præsentibus, id facere præsumant, recte prohibent. Ita Bellarm. lib. 1. de baptismo, capite 7. Cum itaque mulieribus extra casum necessitatis baptizandi potestas hac constitutione patrum sit interdicta, optimo iure id quod Concil. Florentino definitum est, contra Caluinum etiam hinc inferimus, non clericis dumtaxat, sed etiam laicis: non viris tantum, sed etiam feminis concessum esse, vt in casu necessitatis citra solennitates ab ecclesia præscriptas, baptismatis sacramentum licite & valide administrare possint. Vide Thom. 3. p. quæst. 67. art. 4. ad 1. Suarez ibidem.

VARIÆ LECTIONES FRONTONIS DVCÆI SOCIETATIS IESV.

Can. 1. *non suæ delectationi.*] *non suæ dignationi, nec suis motibus.*
Can. 5. *cum aqua & mantile.*] *cum aqua & aquamanile.*

ANNO CHRISTI 398.

Can. 22. *sine consilio clericorum.*] *sine consilio presbyterorum suorum clericos non ordinet, ita vt ciuium conniuentiam & testimonium.* vtitur tamen eadem voce Can. 32. *absque conniuentia & subscriptione clericorum.*

Can. 27. *vtilitas ecclesiæ fiendum.*] *vtilitas ecclesiæ poposcerit.* M.S. omittit barbarum illud, *fiendum.*

Can. 32. *donatio episcoporum.*] *donatio episcopi,* &c. *absque conniuentia & subscriptione clericorum, vel comprouincialium episcoporum.*

Can. 43. *honorandum. Etiam & per.*] *honorandum etiam quotidiani victus ministerio.*

Can. 44. *nec comam nutriat.*] *nec comam nutriat, nec barbam radat.*

Can. 45. *& nec vestibus.*] *& ideo nec vestibus.*

Can. 47. *plateas & andronas.*] *plateas aut andronas.*

Can. 98. *nisi ipsis iubentibus.*] *nisi ipsis prouocantibus.*

[a]CONCILIVM CARTHAGINENSE,

[b]NOMINE QVINTVM, ORDINE TEMPORIS vero III. [c]ab episcopis septuaginta tribus, [d]circa tempora Anastasii papæ, [e]post consulatum Cæsarii & Attici, sexto Kalendas Iunii habitum [f] (æra 438.) Estque prouinciale.

Probatum a Leone quarto, d. 20. c. de libellis.

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *De clericis ad testimonium non pulsandis.*

II. *De clericis pro crimine suo damnatis, vt a quolibet non defensentur.*

III. *De sacerdotibus & Leuitis, vt ab vxoribus se contineant.*

IV. *De rebus ecclesiæ sine consilio metropolitani episcopi non alienandis.*

V. *Vt nullus episcopus relicta cathedra, in diœcesi resideat.*

VI. *De his qui nullo testimonio se baptizatos nouerunt, vt baptizentur. Similiter de consecratione ecclesiarum faciendum est.*

VII. *De tempore paschali seu Concilii.*

VIII. *De intercessoribus, ne cathedram morientis episcopi diu retineant, sed infra annum sacerdotem prouideant.*

IX. *De defensore ecclesiarum a principe postulando.*

X. *Vt episcopi ad diem Concilii occurrant.*

XI. *Vt lapsis sacerdotibus manus, sicut laicis, non imponatur.*

XII. *De clericis excommunicatis, quamdiu eis asserere liceat innocentiam suam.*

XIII. *De clericis vel monachis ab alio episcopo ordinatis.*

XIV. *De basilicis quæ sine martyrum reliquiis dedicatæ sunt.*

XV. *De idololatris destruendis.*

POST consulatum placuit, vt die sexta Kalendarum Iunii Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ subter inserta statuerentur. Cum Aurelius episcopus vna cum episcopis suis consedisset, adstantibus diaconibus, constituta sunt hæc, quæ in sequenti Concilio definita sunt. Anno Christi 398.

CAPITVLA.

I.

2. q. 6. Statutum est, vt qui in.

In principio statuendum est, vt qui forte in ecclesia quamlibet causam iure apostolico ecclesiis imposito agere voluerit, & fortasse decisio clericorum vni parti displicuerit, non liceat clericum in iudicium ad testimonium deuocari eum, qui cognitor vel præsens fuit; & nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

II.

21. qu. 5. Si quis cuiuslibet bono.

Et illud statuendum, vt si quis cuiuslibet honoris clericus, iudicio episcoporum pro quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, siue ab ecclesiis quibus præfuit, siue a quolibet homine defensari, interposita pœna damni, pecuniæ atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipimus.

III.

Afric. c. 37. Cod. Can. c. 25. supra. Dist. 84. Cũ de quorumdam. Dist. 32. Placuit episcopis, presbyt. diac.

Præterea cum de quorumdam clericorum, quamuis erga vxores proprias, incontinentia referretur, placuit episcopos & presbyteros & diaconos, q secundum * propria statuta, etiam ab vxoribus continere. Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusque ecclesiæ consuetudinem obseruari debere. * pium vel pium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IV.

Anno Christi 398.

Placuit etiam, vt rem ecclesiæ nemo vendat. Quod si aliqua necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati prouinciæ ipsius, vt cum statuto numero episcoporum, vtrum faciendum sit, arbitretur. Quod si tanta vrget necessitas ecclesiæ, vt non possit ante primatem consulere, saltem *post factum curiositatem habeat & vicinis episcopis hoc ante indicare, & ad Concilium referre eat suæ ecclesiæ necessitates. Quod si non fecerit, reus *Concilii venditor teneatur.

Cod. Can. c. 26. supra. 17. q. 4. Nullus res ecclesiæ.

*vicinos testes cõuocet episcopos, curans &

* Deo & Concilio venditor

V.

Placuit, vt nemini sit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diœcesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius quam oportet, constitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

Conc. Afr. 7. 38. c. q. 1. Placuit vt nemini.

VI.

Placuit de infantibus, quoties non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque vllo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales a barbaris redimunt. Similiter & de ecclesiis (quoties super earum consecratione hæsitatur) agendum est, id est, vt sine vlla trepidatione consecrentur.

Conc. Afr. c. 39. De consecr. dist. 4. Placuit de infantibus.

VII.

Placuit, vt dies venerabilis Paschæ, formatarum

Conc. Afr. c. 40.

De consecr. dist. 3. Placuit vt dies venerabilis.

subscriptione omnibus intimetur: dies vero Concilii, vndecimo Kalendarum Nouembris seruetur: & scribendum ad singularum quarumcumque prouinciarum primates, vt quando apud se Concilium congregant, istum diem non impediant. Anno Christi 398.

VIII.

Conc. Afr. c. 41. 7. q. 1. Constitutũ est vt nulli. 23. q. 3. Ab imperatoribus vniuersis.

Item constitutum est, vt nulli intercessori licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus retinere, sed dare operam, vt intra annum eisdem episcopum prouideat. Quod si neglexerit, anno exempto, interuentor alius tribuatur.

IX.

Conc. Afr. c. 42.

Ab imperatoribus vniuersis visum est postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, [h] vt defensores eis aduersus potentias diuitum cum episcoporum prouisione delegentur.

X.

Conc. Afr. c. 43. Dist. 18. Placuit, vt quotiescumque.

Item placuit, vt quotiescumque congregandum est Concilium, episcopi qui neque ætate, neque ægritudine, neque alia grauiori necessitate impediuntur, competenter occurrant, primatibusque suarum quarumcumque prouinciarum intimetur, vt de vniuersis episcopis vel duæ, vel tres fiant turmæ, ac de singulis turmis vicissim, quotquot electi fuerint, ad diem Concilii instantissime occurrant. Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in tractatoria subscribant: vel si post aduentum tractatoriæ aliquæ necessitates

repente

ANNO CHRISTI 398.

repente forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint, * ab ecclesiæ communione debere esse contemptos.

* Ecclesiæ suæ communione debere esse contentos.

XI.

Item confirmatum est, vt si quando presbyteri vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos a ministerio necesse fuerit remoueri, non eis manus, tamquam pœnitentibus, vel tamquam fidelibus laicis, imponatur, neque vnquam permittendum, vt rebaptizati, ad clericatus gradum promoueantur. Dist. 50. Cõfirmandum est.

XII.

Rursus constitutum est, vt quoties clericis conuictis & confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum atque gentilium, si forte causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur. Cod. Can. 27. Conc. Afr. c. 46. 11. q. 3. Rursus constitutum est.

XIII.

Item placuit, vt si quis de alterius monasterio repertum, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterii constituere; episcopus qui hoc fecerit, a ceterorum communione seiunctus, suæ tantum plebis communione contentus sit: & ille neque clericus, neque præpositus perseueret. Conc. Afr. c. 47. Dist. 58. Si quis de alterius.

XIV.

Anno Christi 398.

Conc. Afr. c. 50. De consecr. dist. 1. Placuit vt altaria quæ.

Item placuit, vt altaria quæ passim per agros aut vias, tamquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab episcopis, qui eisdem locis præsunt, si fieri potest, euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ sint, aut vbi origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbique constituuntur altaria, omnimode reprobentur.

XV.

Conc. Afr. c. 51.

Item placuit, ab imperatoribus glorioſissimis peti, [i] vt reliquiæ idololatriæ non solum in simulacris, sed in quibuscumque locis, vel lucis, vel arboribus omnimode deleantur. Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginis, supra comprehensis in nostro Concilio statutis subscripsi. Similiter septuaginta duo episcopi subscripserunt.

Græcolatina editio horum Canonum ex codice Canonum sumpta, extat partim supra post Concilium Carthag. III. partim infra in Concilio Africano sub Cælestino papa.

NOTÆ.

Causa celebrati Concilii.

[a] *Concilium Carthaginense.*] Celebratum est ad disciplinam Africanæ ecclesiæ restaurandam, & mores eiusdem corruptos reformandos; vt singulorum Canonum titulos intuenti patet.

[b] *Nomine quintum*, &c.] Concilium Carthaginense nomine se-

ANNO CHRISTI 398.

cundum, vere inter omnia alia postremum esse, adeoque post illam Synodum sub consulatu Cæsarii & Attici Carthagine habitam, hanc tertio ordine celebratam fuisse, temporis ratio vtrobique superaddita demonstrat. Vtraque quidem habita est anno eodem, sed diuersis mensibus. Illa mense Nouembri, hæc sexto Kalendas Iunii. Ne Concilia apud auctores hoc nomine & ordine antiquo allegata lectori confusionem afferant, nomen ordinemque antiquum retinere voluimus, satis fore iudicantes, si collectoris errorem in notis ostenderimus. Quo mense & die habitum fuerit.

[c] *Ab episcopis 73.*] Non septuaginta tantum, sed septuaginta tres episcopos Concilio interfuisse & subscripsisse, infra Canone vltimo patet. Numerus episcoporũ.

[d] *Circa tempora Anastasii.*] Anno pontificatus Anastasii primo, qui est Arcadii & Honorii imperatorum quartus, & Christi nati 398. Annus enim ille, qui post consulatum Cæsarii & Attici inscribitur, cum prædictis temporibus coincidit. Baron. anno 398. Quo anno Christi, pontificis & imperatoris.

[e] *Post consulatum Cæsarii & Attici.*] Hæc ex scripto codice addidit Baron. anno 398. num. 33. & merito: ante enim quam Honorius imperator edictum de reliquiis idololatriæ tollendis promulgasset, hanc Synodum celebratam fuisse constat. Nam ad petitionem legatorum, quos inter alias causas patres Concilii ad imperatorem ablegauerant, de reliquiis idololatriæ extirpandis, edictum imperatoris extorserunt. Legati de extirpanda idololatria edictum imperatoris impetrant.

[f] *Æra 438.*] Sicut aliis plerisque in locis, ita hic etiam mendosus numerus æræ trigesimæ octauæ inhæret. Nam si triginta octo, quibus æræ computatio chronologiam nati Christi excedit, ab ea demas, remanebunt anni 400. Vnde sequeretur hanc Synodum anno 400. habitam fuisse, quam 398. celebratam esse, ex præcedentibus patet. Numerus æræ mendosus.

[g] *Secundum propria statuta.*] id est, secundum legem in prioribus Carthaginensibus Conciliis conditam. Quædam alia lectio melior habet: *Secundum priora statuta.* Græci hæc verba male intelligentes, verterunt κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους. Hac translatione nostri temporis hæretici cælibatum clericorum impugnant, quasi huius Canonis auctoritate clerici ab vxoribus in ordine tantum vicis suæ abstinere deberent, reliquis vero temporibus iisdem maritali consortio cohabitare liceret. Quam inepte, nemo non videt. Siquidem præter hoc, quod maior sit auctoritas Latinæ editionis, quam Græcæ translationis, prædicta verba exponi possent, *secundum proprias regulas ac leges.* ὅρος enim non tantum significat terminum, sed etiam regulam ac præceptum. Hoc Concilio omnem vsum vxorum sacris hominibus prohiberi, ex sancto Augustino lib. 2. de adulterinis coniugiis, qui huic Concilio interfuit, liquidissime patet. Vide Bellarm. lib. 1. de clericis, cap. 21. &c. Can. 3. Clericis vsus vxorum interdicitur.

[h] *Vt defensores.*] Defensores pauperum ad petitionem patrum hac Synodo congregatorum, rescripto imperatorum in Africa aliisve ecclesiis constitutos fuisse, eosque in posterum perseuerasse, Possidius Can. 9. Defensores pauperum.

in vita sancti Augustini cap. 12. sanctus Gregorius per multas epistolas testantur. Baron. anno 398. num. 33. Anno Christi 398.

Can. 13. Quis & quatus terminus Christianæ religionis a fallo oraculo præscriptus.

[i] *Vt reliquiæ idololatriæ*, &c.] Hic Canon a patribus huius Concilii editus fuit hac occasione: Gentiles vt cultores idolorum suorum in officio continerent, ex diuinis oraculis & responsis acceptis iactitabant fore, vt in fine anni 365. a passione Christi, qui est nati Saluatoris 398. Christiana religio plane extirparetur, finemque vltimum acciperet. Qua de re hæc August. lib. 18. Can. cap. vlt. *Cum enim viderent* (gentiles) *nec tot tantisque persecutionibus eam* (Christianam religionem) *potuisse consumi, sed his potius mira incrementa sumpsisse, excogitauerunt nescio quos versus Græcos, tamquam consulenti cuidam diuino oraculo effusos, vbi Christum quidem ab huius tamquam sacrilegii crimine faciunt innocentem, Petrum autem maleficia fecisse subiungunt, vt coleretur Christi nomen per annos trecentos sexaginta quinque; deinde completo memorato numero annorum, sine mora sumeret finem.* Vt ergo vanitas & stultitia ethnicorum, falsitas oraculorum gentilium toti mundo innotesceret, atque adeoipsi radicitus euellerentur, qui Christianam religionem extinctam exoptabant, per deputatam ad comitatum legationem petiuerunt, reliquias idololatriæ extirpari. Arcadius & Honorius petitionem æquam esse iudicantes, promulgatis edictis per orientem & occidentem, Manlio Theodoro consule, anno nimirum Christi 399. omnes idololatriæ reliquias sustulerunt, simulacra fregerunt, sacrificia gentilium prohibuerunt, eorumque templa funditus euerterunt: verum cum clarissima ædificia omnino euersa, vrbibus immensam deformitatem adderent, posterioribus edictis rescripsere, vt omni gentilitate sublata, publicorum operum ornamenta seruarentur. Vide Baron. anno 399. num. 18. 20. & 21. Item anno 399. num. 54. & sequentibus.

Arcadius & Honorius imper. idololatriam radicitus euelli iubét.

[a] ALEXANDRINA SYNODVS SVB ANASTASIO. Anno Christi 399.

in qua Origenistæ damnantur.

NOTÆ.

Causa Cócilii. Melaniæ in Christianos exules beneuolentia.

[a] *Alexandrina.*] Causam habiti Concilii exponam a primo initio. Melania Romanarum nobilissima, quæ tempore persecutionis Valentis quinque millia monachorum occultarat, triduoque panibus suis sustentauerat, relegatos magno fidei ardore prosecuta est, vt de suis facultatibus iisdem vitæ subsidia ministraret. Quibus ab exilio reuocatis, ipsa monasterium Hierosolymis sibi construxit, in quo præter 50. virgines secum habitantes, 27. annis sanctos & peregrinos episcopos, monachos & virgines ex voto suscepit & fouit. Qua occasione accidit, vt ipsa cum Rufino a cæco, sed erudito & magni

ANNO CHRISTI 399.

nominis viro, Didymo Alexandrino, operum Origenis nimio admiratore, erroribus eiusdem Origenis imbuti fuerint, eiusque Periarchon, (verum multarum hæreseon promptuarium) tamquam magnum thesaurum non modo ipsi reciperent, verumetiam toto terrarum orbe vulgari desiderarent. Post 25. igitur annos absentiæ, in Ægypto & Palæstina exactos magna sanctitatis fama, Romam reuertentes, particulamque crucis secum afferentes, Origenis errores, magna fraude vulgatis Periarchon libris circumtectos, Romanæ ecclesiæ obtrudere moliuntur. Sed fraudem Melaniæ feminæ Deus per feminam Marcellam detexit. Detecta fraude, ipsum Periarchon sua opera in Latinum conuersum esse, seque cum Origene sentire negarunt: & vt se catholicos esse simularent, communicatorias literas a Siricio pontifice impetrarunt, & ab vrbe vicissim recesserunt. Interim Pammachius & Oceanus viri clarissimi atque doctissimi multa improbantes in eo libro Periarchon, quem Latine versum & quasi emendatum Romæ Melania & Rufinus vulgauerant, Hieronymum Hierosolymis agentem per epist. 64. rogant, vt Periarchon Origenis Latine integre edat, auctoris etiam errores simul & interpretis in eo notet. Quod cum vir sanctus doctissime præstitisset, opus a se absolutum anno Christi 399. ad eosdem Romam misit præfatione apposita, qua omnes qui in eo libro sunt errores Origenis, omnibus manifestos redderet, ac dolum pariter prioris interpretis aperiret; demum etiam a suspicione hæreseos Origenistarum, quam per laudes Rufini interpretis incurrisse potuerat, sese expurgaret. Hac occasione, Rufini & Melaniæ sectatores in S. Hieronymum commoti, turbasque ac rumores excitantes, Theophilo Alexandrinæ sedis episcopo causam dederunt, vt indicta Synodo Alexandriæ celebranda, errores Origenis cognoscerentur. Anno itaque Christi 399. qui est Anastasii 2. Arcadii & Honorii 5. hac occasione in vnum Alexandrinæ ecclesiæ episcopi conuenientes, Origenem eiusque sectatores condemnant, atque synodicam epistolam ad Anastasium Romanum pontificem, Constantinopolitanum, Epiphanium Cypri, aliosve episcopos ac monachos transmiserunt. interea Theophilus per se suosque legatos, Origenis sectatores ex Ægypto & Palæstina expulit. Expulsi Constantinopolim ad Chrysostomum profecti, ibidem de iniuriis sibi velut hominibus catholicis & innocentibus a Theophilo illatis conquesti fuerunt, eiusque auxilium implorarunt: ille benigne exceptos communione tantum peregrina, id est, orationis, non sacramentorum, dignatus, reconciliandi eos Theophilo negotium suscepit. Epiphanius Constantinopolim secutus, a Chrysostomo eos damnari & expelli volebat. Chrysostomus contra, qui se calumniam passos esse dicebant, & speciem pietatis præ se ferebant, absque Synodo damnare & expellere non audebat. Qua ex causa Epiphanius Chrysostomo infensus, communionem eius vitauit. Hæc Sozomenus, Socrates & Palladius Origenistarum fautores prolixe. Hieron. epist. 67. 73. 78. Baron. anno 399. num 36. & sequentibus. Errores Origenis qui fuerint, Hieronym. apolog. 1. aduersus Rufi-

Melania cũ sociis, Origenis hæreses Romanæ ecclesiæ obtrudit.

Hieronymus Periarchon Origenis transtulit.

Tempus & acta Concilii.

Origenistæ ad Chrysost. profecti.

Epiphanius cur Chrysostomo infensus fuerit.

Origenis errores qui.

num insinuat his verbis: *Quæ cum legissem, contulissemque cum Græco, illico animaduerti, quæ Origenes de Patre, Filio, & Spiritu sancto impie dixerat, & quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata: cetera autem dogmata de angelorum ruina, de animarum lapsu, de resurrectionis præstigiis, de mundo vel mundis Epicuri, de restitutione omnium in æqualem statum, & multo his deteriora, quæ longum esset retexere, vel ita vertisse, vt in Græco inuenerat; vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est, exaggerata & firmiora posuisse, vt qui in Trinitate catholicum legerat, in aliis hæreticum non curaret.* Anno Christi 399.

[a] CONCILIVM AFRICANVM I. SVB ANASTASIO.

Extat infra sub nomine Concilii Africani his verbis.

POST consulatum glorioſiſſimi imperatoris Honorii Auguſti IV. & Eutychiani V. conſulum, quinto Kalendas Maias, Carthagine in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ. In hoc Concilio legationem ſuſceperunt Epigonius & Vincentius epiſcopi, vt pro confugientibus ad eccleſiam quocumque reatu inuolutis, legem de glorioſiſſimis principibus mereantur, ne quis eos audeat abſtrahere.

NOTA.

Gildo Tyrannus quomodo a Maſcezil occiſus.

Maſcezil ſacrilegii pœnas luit.

Occaſio, tempus & acta Concilii.

[a] *Concilium.*] Cum Gildonem tyrannum potentiſſimum, ſeptuaginta millibus militum Africam deuaſtantem, Maſcezil parua militari manu, quinque millium ſcilicet, in ſomno admonente eum Ambroſio, Deoque auxiliante feliciſſime fudiſſet & profugaſſet, fratremque germanus frater pro ſuo merito ſtrangulari mandaſſet, rei proſperæ inſolentia Maſcezil victor elatus, poſthabito ſanctorum conſortio, quorum ope ac monitu Deo militans vicerat, eccleſiæ immunitatem violare auſus, fugientes ad eccleſiam ab ea extraxit, atque paulo poſt pœnas ſacrilego dignas Deo vindici perſoluit, vt teſtantur Oroſius & Zoſimus lib. 5. Hac occaſione Africanæ eccleſiæ epiſcopi, anno 399. quinto Kalendas Maias Carthagine Synodo conuocata ac celebrata, legatos deputarunt, qui ad imperatorem profecti edictum exorarent & impetrarent, ne quis quocumque reatu inuolutos ab eccleſia abſtrahere auderet, ſi ad eam confugiſſent. Et dubium non eſt, quin hæc legatio ab imperatore obtinuerit, quod Honorius imperator ad Sapidianum vicarium Africæ pro Africana eccleſia reſcripſit, his verbis.

ANNO CHRISTI 399.

Si ecclesiæ venerabilis priuilegia cuiusquam fuerint vel temeritate violata, vel dissimulatione neglecta; commissum quinque librarum auri (sicut etiam prius constitutum est) condemnatione plectatur. Si quid igitur contra ecclesias vel clericos per obreptionem, vel ab hæreticis, vel ab huiuscemodi hominibus fuerit contra leges impetratum, huius sanctionis auctoritate vacuamus. Data VII. *Kalendas Iulii Brixiæ, Theodoro* V. C. *consule.*

Extat l. 34. de episc. & clericis. C. Theod. Baron. ann. 399. nu. vlt.

[a] CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM SVB ANASTASIO.

NOTA.

ANNO CHRISTI 400.

[a] *Concilium Constantinopolitanum.*] Anno Domini 400. Anastasii 3. Arcadii & Honorii 6. Constantinopoli ecclesiasticarum necessitatum gratia viginti duo Asiæ episcopi conuenerunt, & hanc Synodum ibidem celebrarunt, in qua ab Eusebio Valentinianopolitano episcopo accusatus est Antoninus Ephesi episcopus de septem criminibus, & maxime de simoniacis ordinationibus; de quibus hæc Palladius in vita Chrysost. *Tertiadecima distributione* (id est, indictione) *venerunt Constantinopolim Asiæ episcopi, necessitatum ecclesiasticarum gratia: nobiscum remorati sunt præsentibus & aliis episcopis, ex Scythia quidem Theotimo, ex Thracia vero Ammone Ægyptio, & ex Galatia Arabiano, metropolitis omnibus ac senibus, qui viginti duorum implebant numerum. Conuenientibus autem omnibus & communicantibus, obseruato Eusebius quidam Valentinianopolitanus episcopus congregato Concilio, vna sabbati astitit, libellosque tradidit Synodo, præposito (vt decuit) Ioannis nomine, contra Antoninum episcopum Ephesi septem capitula continentes: vnum quidem, quod fusis sacris vasis, argentum in nomine filii deposuerat. Secundum, quod sumptum de ingressu baptisterii marmor in suo balneo posuit. Deinde columnas ecclesiæ plures annos iacentes intra suum erexit triclinium. Quartum, quod puer eius homicidium perpetrauit, quem habet in ministerio irreprehensum. Quintum, quod prædia relicta ecclesiæ a Basilissa imperatoris Iuliani matre vendidit, sibique detinuit precium. Sextum, quod cum vxori propriæ abrenuntiasset, rursus illi congressus est, filiosque ex ea procreauit. Septimum vero accusationis caput, quod pro lege atque decreto habet, ordinationes episcoporum vendere pro modo reddituum: adsuntque & qui dederunt & ordinati sunt, & ipse qui accepit. Eorumque omnium probationes se habere asserebat.* Hoc iudicium cum ob testium absentiam agi non potuisset, mortuo interim Ephesi episcopo, ad petitionem cleri Ephesini cum Ioanne Chrysostomo 70. episcopi Asiæ Ephesum conuenerunt, ibique in locum demortui episcopi Ephesini Heraclidem dia-

Tempus & locus Concilii. Numerus episcoporũ.

Causa & acta Concilii.

Ephesina Synodus 70. episcoporum.

conum elegerunt, & iudicium defuncti Constantinopoli inchoatum hic absoluerunt, sexque episcopos per simoniam ab ipso ordinatos deposuerunt. Hæc Palladius in vita Chrysost. Socrates lib. 6. cap. 10. Sozom. lib. 8. cap. 6. Vide Baron. anno 400. numero 73. & sequentibus. Anno Christi 400.

[a] CONCILIVM TOLETANVM [b] I.

[c] NOVEMDECIM EPISCOPORVM,

tempore Anastasii, Honorii & Arcadii,[d] Stilicone consule habitum, æra 438. anno Domini 400. Patrono episcopo præsidente, sub die septimo Idus Septembris.

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *De presbyteris & diaconibus, si post ordinationẽ filios genuerint.*

II. *Vt pœnitentes, si necessitas cogat, lectores aut ostiarii fiant.*

III. *De his qui viduas acceperint, ne diacones efficiantur.*

IV. *Vt subdiaconus, si defuncta vxore aliã duxerit, ostiarius fiat.*

V. *Vt cuiuslibet ordinis clericus, si ad ecclesiam non venerit, deponatur.*

VI. *Vt religiosa puella virorum familiaritatem non habeat.*

VII. *Vt clericus, cuius vxor peccauerit, præter necem, potestatem habeat distringendi eam, & cum ea cibum non sumat.*

VIII. *De eo qui post baptismum militauerit, vt ad * diaconum non promoueatur.*

* diaconatum

IX. *Vt nulla professa vel vidua, absente sacerdote, in domo sua sacerdotale officium vel lucernale impleat.*

X. *Vt nullus obligatum cuiquam, absque consensu domini vel patroni, clericum faciat.*

XI. *Vt si quis potentium quemlibet spoliauerit, & admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.*

XII. *Vt nullus clericus de episcopo suo recedat, & ad alium se transferat.*

XIII. *De his qui in ecclesiam intrant, & non communicant, vt excommunicentur.*

XIV. *De eo qui acceperit eucharistiam, & non * sumpserit, vt sacrilegus repellatur.*

* intinctam

XV. *De his qui excommunicantur a sacerdotibus, vt nullus ad eos accedat.*

XVI. *Deuota si adulterauerit, decem annos pœniteat; si maritum duxerit, non permittendam ad pœnitentiam, nisi maritus decesserit.*

XVII. *De eo qui vxorem habet, si concubinam habuerit, vt non communicet.*

XVIII. *Si sacerdotis vidua, vel Leuitæ, maritum acceperit, in fine tantum communionem accipiat.*

XIX. *Si sacerdotis vel diaconi filia religiosa peccauerit, in fine tantum communionem accipiat.*

XX. *Vt præter episcopum, nullus chrisma conficiat.*

XXI. *De regulis fidei catholicæ contra Priscillianos.*

CON-

ANNO CHRISTI 400.

PRÆFATIO.

CONVENIENTIBVS episcopis in ecclesia, Toleto, id est, * Patruinus, Marcellus, Aphrodisius, * Licianus, Iucundus, Seuerus, Leonas, Hilarius, [c] Olympius, Ortizius, Asturius, * Lampidius, Serenus, Florius, Leporius, Statius, Aurelianus, Lāpadius, Exuperantius de Gallicia, Lucensis conuentus, municipii [f] Celenis, omnes decem & nouem isti sunt, qui & aliis gestis aduersus Priscilliani sectatores, & hæresim quam adstruxerat, libellarem * direxere sententiam. Considentibus presbyteris, adstantibus diaconibus, & ceteris qui intererant Concilio, congregatis, * Patruinus episcopus dixit: [g] Quoniam singuli cœpimus in ecclesiis nostris facere diuersa, & inde tanta scandala sunt, quæ vsque ad schisma perueniunt, si placet, communi Concilio decernamus, quid ab omnibus episcopis in ordinandis clericis sit sequendum. Mihi autem placet [h] constituta primitus Concilii Nicæni perpetuo esse seruanda, nec ab iis esse recedendum. Episcopi dixerunt: Hoc omnibus placuit: ita vt si quis cognitis gestis Concilii Nicæni, aliud quam statutum est, facere præsumpserit, & non in eo perseuerandum putauerit, * tunc excommunicatus habeatur, nisi per correptionem fratrum emendauerit errorem.

* Patronus,
* Alicianus,
* Lampadius,
* dedere
* Patronus
* hic

CAPITVLA.

I.

Placuit, vt diacones, si vel integri, vel casti sint, & continentis vitæ, etiamsi vxores habeant, in ministerio constituantur: ita tamen, vt si qui etiam ante interdictum, quod per * Lusitanos episcopos constitutum est, incontinenter cum vxoribus suis vixerint, presbyterii honore non cumulentur. Si quis vero ex presbyteris ante interdictum filios susceperit, de presbyterio ad episcopatum non * permittatur.

In decret. Iuon. lib. 3.

* priores ante nos episc.
* admittatur.

II.

Item placuit, vt * de pœnitente non admittatur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut vsus exegerit,

* pœnitētes non admittātur ad

Dist. 50. Placuit. & in dec. Iuon. lib. 6.

cap. 138. & Burchar. li. 2. cap. 37.

* inter ostiarios deputetur, vel inter lectores: ita vt euangelia & Apostolum non legat. Si qui autem ante ordinati sunt diacones, inter subdiacones habeantur: ita vt manum non imponant, aut sacra non contingant. * Pœnitente vero dicimus de eo, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauissimisque peccatis publicam pœnitentiam gerens, sub * cilicio, diuino fuerit reconciliatus altario.

Anno Christi 400.

* & tem inter s. diaconos deputetur.

* nam ne qui pœnitentiam dicimus qui

* cilicio,

III.

Item constituit sancta Synodus, vt lector fidelis, si viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur, aut forte subdiaconus.

IV.

Subdiaconus autem, defuncta vxore, si aliam duxerit, ab officio in quo ordinatus fuerat, remoueatur, & habeatur inter ostiarios, vel inter lectores: ita vt euangeliũ & * Apostolum non legat; propterea, ne qui ecclesiæ seruierit, publicis officiis seruire videatur. Qui vero tertiam, quod nec dicendum aut audiendum est, acceperit, abstentus biennio, postea inter laicos reconciliatus per pœnitentiam, communicet.

* epistolam

V.

Burc. lib. 2. c. 151. Decret Iuon. part. 6. ca. 243.

Presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet ecclesiæ deputatus clericus, si intra ciuitatem fuerit, vel in loco in quo ecclesia est, aut castello, aut vico, aut villa, & ad ecclesiam ad sacrificium quotidianum non accesserit, clericus non habeatur, si * castigatus per satisfactionem veniam ab episcopo * noluerit promereri.

* castigatus non emendauerit, * noluit

ANNO CHRISTI 400.

VI.

Item neque puella Dei aut familiaritatem habeat cum confessore, aut cum quolibet laico, sibi sanguinis alieni: aut conuiuium sola adeat, nisi vbi sit seniorum frequentia, aut honestorum, aut viduarum honestarumque; vbi honeste confessor quilibet, cum plurimorum testimonio, conuiuio interesse poterit. Cum lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus, nec videndas; nisi forte consanguinea soror sit, vel vterina.

VII.

Placuit, vt si quorumcumque clericorum vxores peccauerint (ne forte licentiam peccandi plus habeant) accipiant mariti earum hanc potestatem, præter necem, custodiendi ac ligandi in domo sua, ad ieiunia salutaria non mortifera cogentes: ita vt inuicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si seruitia forte non habeant. Cum vxoribus autem ipsis quæ peccauerint, nec cibum sumant; nisi forte ad timorem Dei, acta pœnitentia, reuertantur.

33. q. 2. Placuit, vt si quocumque. Dec. Iuo. p. 8. cap. 283.

VIII.

Si quis post baptismum militauerit, & chlamydem sumpserit, aut * cingulum; etiamsi grauiora non admiserit, si ad clerum admissus fuit, diaconii non accipiat dignitatem.

Dist. 51. Si quis post baptism.

* cingulum ad necandos fideles, etiã

IX.

Nulla professa, vel vidua, absente episcopo vel presbytero, in domo sua antiphonas cum confessore, vel seruo suo faciat: [i] lucernarium vero, nisi

in ecclesia, non legatur; aut si legitur in villa, præ- Anno Christi 400.
sente episcopo vel presbytero vel diacono, legatur.

X.

Dist. 55. c. Si quis obligatus est. Et habetur inter Canones a Martino Braca. 1. episcopo collectos c. 46.

Clericos, si qui obligati sunt, vel * pro æqua- * per æquationem,
tione, vel * genere alicuius domus, non ordinan- * de genere
dos, nisi probatæ vitæ fuerint, & patronorum consensus accesserit.

XI.

24. q. 3. Si quis de potent.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet * pauperiorem, aut religiosum expoliauerit, & man- * pauperem,
dauerit ad ipsum episcopus, vt eum audiat; & si contempserit, inuicem mox scripta percurrant per omnes prouinciæ episcopos, & quoscumque adire potuerint; vt excommunicatus * habeatur, donec * habeatur, & non
* audiatur, vt reddat aliena. audiatur,

XII.

Item, vt liberum vlli clerico non sit, discedere de episcopo suo, & alteri episcopo communicare: nisi forte ei, quem episcopus alius libenter habeat de hæreticorum schismate discedentem, & ad fidem catholicam reuertentem. Si qui autem de catholicis discesserint, & in communione eorum vel palam, vel occulte, * qui vel excommunicati sunt, * eum qui
vel per sententiam iam notati, fuerint inuenti, habeant illorum ad quos ire voluerunt, etiam in * damnationem consortium. * damnationem

XIII.

De conf. d. 2. Hi qui intrant.

De his qui intrant in ecclesiam, & deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur, * vt * quod
si non communicant, ad pœnitentiam accedant; si communicant, non * super abstineantur; si non fe- * semper abstineantur,
cerint, abstineantur.

ANNO CHRISTI 400.

XIV.

Si quis autem acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.

XV.

* Si quis laicus abstinetur, ad hunc, vel ad domum eius, clericorum vel religiosorum nullus accedat. Similiter & clericus si abstinetur, a clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui aut conuiuari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eius sint episcopi, & ad omnes, qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur, siue laico, siue clerico.

11. qu. 3. Si quis laicus abst. Adducitur ex Concilio Toletano. Canon II. vocaturque ibi Concilium primũ Toletan. Dec. Iuo. p. 13. c. 30.

XVI.

*in ecclesia censemus * veram

Deuotam peccantem non recipiendam * in ecclesiam, nisi peccare desierit, & desinens egerit * aptam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullum conuiuium Christianæ mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam hæc quæ eam recepit, habeatur abstenta. Corruptorem etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc viuente ipso viro, caste viuere cœperit, aut postquam ipse decesserit.

27. q. 1. Deuotam peccantem non. Et in cap. Mart. c. 31.

XVII.

* fidelis

Si quis habens vxorem fidelem, * si concubinam habeat, non communicet. Ceterum qui non habet vxorem, & [1] pro vxore concubinam habet, a communione non repellatur; tantum vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) sit coniunctione contentus; alias vero viuens

Dist. 34. c. Is qui non habet. Iuo p. 8. c. 64. In notis decreti Gregoriani exponitur hoc decretũ, de iusta concubina, ex sentent. B. Augustin. lib. de bono

coniugali, quæ est vxor minus solenniter ducta.

abiiciatur, donec desinat, & per pœnitentiam reuertatur. Anno Christi 420.

XVIII.

Si qua vidua episcopi, siue presbyteri, aut diaconi, maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea conuiuium sumat, nunquam communicet; morienti tantum ei sacramentum subueniat.

XIX.

Episcopi, siue presbyteri, siue diaconi filia, si Deo deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit; si eam pater vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni. Pater vero causas in Concilio se nouerit præstaturum: mulier vero non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto, egerit pœnitentiam. Si autem viuente eo, secesserit, & pœnituerit, vel petierit communionem, * in vltimo vitæ deficiens, accipiat communionem.

* nullo modo si viuat deficiens acc.

XX.

Quamuis pene vbique custodiatur, vt absque episcopo chrisma nemo conficiat; tamen quia in aliquibus locis vel prouinciis, presbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit ex hac die nullum alium, nisi episcopum chrisma facere, & per diœcesim destinare: ita vt de singulis ecclesiis ad episcopum ante diem Paschæ diaconi destinentur, aut subdiaconi; * vt confectum chrisma ab episcopo destinatum ad diem Paschæ * possit occurrere. Episcopo sane certum est omni tempore licere chrisma conficere: sine conscientia autem episco-

* vt confectum
* possit ad tempus deferre.

ANNO CHRISTI 400.

pi, nihil penitus * faciendum. [m] Statutum vero est, diaconum non chrismare, sed presbyterum, absente episcopo; præsente vero, * si ab ipso fuerit præceptum. Huiusmodi constitutionem meminerit semper archidiaconus, vel præsentibus, vel absentibus episcopis suggerendam; vt eam episcopi custodiant, & presbyteri non relinquant.

* presbyteri agere præsumant.

* non nisi

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

* Patrinus

* Patruinus episcopus subscripsi.

Aphrodisius episcopus subscripsi.

Seuerus episcopus suscripsi.

Hilarius episcopus subscripsi.

* Ortigius

* Asturius

* Ortizius episcopus subscripsi.

* Asterius episcopus subscripsi.

Serenus episcopus subscripsi.

Leporius episcopus subscripsi.

Aurelianus episcopus subscripsi.

Lampadius episcopus subscripsi.

Marcellus episcopus subscripsi.

* Alicianus

* Licianus episcopus subscripsi.

Leonas episcopus subscripsi.

Olympius episcopus subscripsi.

Iocundus episcopus subscripsi.

Lampadius episcopus subscripsi.

Florus episcopus subscripsi.

* Eustochius

* Statius episcopus subscripsi.

Exuperantius episcopus subscripsi.

[n] INCIPIT regula fidei catholicæ contra omnes hæreses, & quam maxime contra * Priscillianos, quam episcopi Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitani & Bætici fecerunt, & cum præcepto papæ vrbis Romæ Leonis, ad Balconium episcopum Galliciæ transmiserunt.° Ipsi etiam & supra scripta viginti Canonum capitula statuerunt in Concilio Toletano.

* Priscillianistas,

* vnum verum Deum

* facta

CREDIMVS in * vnum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, visibilium & inuisibilium factorem, per quem * creata sunt omnia in cælo & in terra: hunc vnum Deum, & hanc vnam esse diuinæ substantiæ Trinitatem: Patrem autem non esse ipsum Filium, sed habere Filium, qui Pater non sit: Filium non esse Patrem, sed Filium Dei de Patris esse natura: Spiritum quoque paracletum esse, qui nec Pater sit ipse, nec Filius, sed a Patre Filioque procedens. Est ergo ingenitus Pa-

De hac regula habes in primo Bracar. Cócil. in princip.

ter, genitus Filius, non genitus Paracletus, sed a Patre Filioque procedens. Pater est, cuius vox hæc est audita de cælis: *Hic est filius* * *meus, in quo mihi bene complacui; ipsum audite.* Filius est, qui ait: *Ego a Patre exiui, & a Deo veni in hunc mundum.* Paracletus spiritus est, de quo Filius ait: *Nisi abiero ego ad Patrem, Paracletus non veniet ad vos.* Hanc Trinitatem personis distinctam, substantia vnitam, virtute & potestate & maiestate indiuisibilem, indifferentem; præter hanc nullam credimus diuinam esse naturam, vel angeli, vel spiritus, vel virtutis alicuius, quæ Deus esse credatur. Hunc igitur Filium Dei, Deum natum a Patre ante omne omnino principium, sanctificasse vterum Mariæ virginis, atque ex ea verum hominem, sine virili generatum semine suscepisse, duabus dumtaxat naturis, id est deitatis & carnis, in vnam conuenientibus omnino personam, id est Dominum nostrum Iesum Christum: nec imaginarium corpus, aut phantasmatis alicuius in eo fuisse, sed solidum, atque verum: hunc & esuriisse, & sitisse, & doluisse, & fleuisse, & omnes corporis iniurias pertulisse; postremo a Iudæis crucifixum, & sepultum tertia die resurrexisse; conuersatum postmodum cum discipulis suis, & quadragesima post resurrectionem die ad cælum ascendisse. Hunc Filium hominis etiam Dei Filium dici; Filium autem Dei Dominum Filium hominis appellamus. Resurrectionem vero futuram humanæ credimus carnis, animam autem *hominis* non * diuinam esse substantiam aut deiparem, sed creaturam dicimus diuina voluntate creatam.

Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. Ioan. 16.

Ioan. ibid.

* *Anat. Comm. 400.*

* *mea addit.*

* *diuinam esse substantiam aut Deiparam*

I. Si quis autem dixerit, aut crediderit, a Deo omnipotenti mundum hunc factum non fuisse, atque eius omnia instrumenta, anathema sit.

II. Si quis dixerit, atque crediderit, Deum Patrem eundem esse Filium atque Paracletum, anathema sit.

III. Si quis dixerit, vel crediderit, Dei Filium eundem esse Patrem vel Paracletum, anathema sit.

IV. Si quis dixerit, vel crediderit, Paracletum vel Patrem esse, vel Filium, anathema sit.

V. Si quis dixerit, vel crediderit, carnem tantum sine anima a Filio Dei fuisse susceptam, anathema sit.

VI.

ANNO CHRISTI 400.

VI. Si quis dixerit, vel crediderit Christum innascibilem esse, anathema sit.

VII. Si quis dixerit, vel crediderit, deitatem Christi * conuertibilem esse, vel passibilem, anathema sit.

* nascibilem

VIII. Si quis dixerit, vel crediderit, alterum Deum esse priscæ legis, alterum euangeliorum, anathema sit.

IX. Si quis dixerit, vel crediderit, ab altero Deo mundum factum fuisse, & non ab eo, de quo scriptum est: In principio fecit Deus cælum & terram: anathema sit.

X. Si quis dixerit, vel crediderit, corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit.

XI. Si quis dixerit, vel crediderit, animam humanam Dei portionem, vel Dei esse substantiam, anathema sit.

XII. Si quis dixerit, vel crediderit, alias scripturas, præter quas ecclesia catholica recipit, in auctoritate habendas, vel esse venerandas, anathema sit.

XIII. Si quis dixerit, vel crediderit, deitatis & carnis vnam esse in Christo naturam, anathema sit.

XIV. Si quis dixerit, vel crediderit, esse aliquid, quod se extra diuinam Trinitatem possit extendere, anathema sit.

XV. Si quis astrologiæ, vel mathesi existimat esse credendum, anathema sit.

XVI. Si quis dixerit, vel crediderit, coniugia hominum, quæ secundum legem diuinam * licita habentur, execrabilia esse, anathema sit.

*licet habere

XVII. Si quis dixerit, carnes auium vel pecorum, quæ ad escam datæ sunt, non tantum pro castigatione * corporis abstinendas, sed execrandas esse, anathema sit.

* hominum

XVIII. Si quis in his erroribus Priscilliani sectam sequitur, vel profitetur, aut aliud in salubri baptismo contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit.

INCIPIVNT EXEMPLARIA PROFESSIONVM IN CONCILIO TOLETANO, contra sectam Priscilliani.

AEra CCCCXXXVIII.

POST habitum iam Concilium Kalend. Septemb. tertio Nonas Septembris, post diuersas cognitiones tunc ha-

bitas, sub die octauo Iduum Septembrium excerptæ sunt de plenariis gestis professiones domini Symphosii, & domini Dictinii, sanctæ memoriæ episcoporum, & domini sanctæ memoriæ Comasii, tunc presbyteri, quas inter reliquos habuerunt in Concilio Toletano, de damnatione Priscilliani, vel sectæ eius, in hunc modum: Post aliquanta, & inter aliquanta eodem tempore acta, Dictinius episcopus dixit: Audite me, optimi sacerdotes, corrigite omnia: quia vobis correctio data est. Scriptum est enim: Vo-
Matth. 16. bis datæ sunt claues regni cælorum. Sed peto a vobis, vt claues nobis regni, non portæ aperiantur inferni. Hæc, si dignamini, omnia ante oculos pono. Hoc enim in me reprehendo, quod dixerim vnam Dei & hominis esse naturam. Item dixit: Ego non solum correctionem vestram rogo, sed & omnem præsumptionē meam de scriptis meis arguo, atque condemno. Itē dixit: Sic sensi, testis est Deus. Si erraui, corrigite. Item dixit: Et paulo ante dixi, & nunc iterum repeto: In priori comprehensione mea, & in principiis conuersionis meæ, quæcumque conscripsi, omnia me toto corde respuere. Item dixit: Excepto nomine Dei, omnia anathematizo. Item dixit: Omnia quæ inueniuntur contra fidem, cum ipso auctore condemno. Symphosius episcopus dixit: Iuxta id quod paulo ante lectum est in membrana nescio qua, in qua dicebatur filius innascibilis, hanc ego doctrinam, quæ aut duo principia dicit, aut filium innascibilem, cum ipso auctore damno, *qui scripsit.* Item dixit: Ego sectam quæ recitata est, damno cum auctore. Item dixit: Date mihi chartulam; ipsis verbis condemno. Et cum accepisset chartulam, de scripto recitauit: Omnes libros hæreticos, & maxime Priscilliani doctrinam, iuxta quod hodie lectum est, vbi innascibilem filium scripsisse dicitur, cum ipso auctore damno. Comasius presbyter dixit: Nemo dubitet, me cum domino meo episcopo sentire, & omnia damnare quæ damnauit, & nihil eius præferre sapientiæ, nisi solum Deum. Atque ideo nolo me dubitetis aliud esse facturum, aliterve sensurum, quam quod professus est: ac proinde quomodo dixit episcopus meus, quē sequor; quidquid ille damnauit, & ego damno.

Æra, qua supra, sub diem tertium Iduum Septembrium, professiones sanctæ memoriæ episcoporum do-

ANNO CHRISTI 400.

mini Symphosii, & domini Dictinii, & sanctæ memoriæ Comasii tunc presbyteri. Comasius presbyter dixit: Non timeo frequenter dicere, quod semel dixissem, vt gaudeam. Sequor auctoritatem episcopi mei Symphosii; sequor sapientiam senis. Sentio quod dixi; si iubetis, ex chartula relegam. Omnes id sequantur, qui voluerint vestro hærere consortio. Et Comasius presbyter ex chartula legit: Cum catholicam & Nicænam fidem sequamur omnes, & scriptura recitata sit, quam Donatus presbyter, vt legitur, ingessit, vbi Priscillianus innascibilem esse filium dixit, constat hoc contra Nicænam fidem esse dictum: atque ideo Priscillianum huius dicti auctorem, cum ipsius dicti peruersitate, & quos male condidit libros, cum ipso auctore condemno. [q] Symphosius episcopus dixit: Si quos male condidit libros, cum ipso auctore condemno. [r] Dictinius episcopus dixit: Sequor sententiam domini mei & patris mei, & genitoris & doctoris mei, Symphosii: Quæcumque locutus est, loquor. Nam scriptum legimus: Si quis vobis aliter euangelizauerit præterquam quod euangelizatum est vobis, anathema sit: & idcirco omnia quæ Priscillianus aut male docuit, aut male scripsit, cum ipso auctore condemno. 1. Thess. 6.

EXEMPLAR DIFFINITIVÆ SENTENTIÆ TRANSLATÆ DE GESTIS.

DIE qua supra, episcopi dixerunt: Legatur scriptura sententiæ. Et legit: Etsi diu deliberãtibus verum, post Cæsarauguſtanum Concilium, in quo sententia in certos quosque dicta fuerat, sola tamen vna die, præsente Symphosio, qui postmodum declinando sententiam, præsens audire contempserat, arduum nobis esset audire iam dictos, literis tamen sanctæ memoriæ Ambrosii, quas post illud Concilium ad nos miserat; vt si condemnassent quæ perperam egerant, & implessent conditiones quas præscriptas literæ continebant, reuerterentur ad pacem (adde quæ sanctæ memoriæ Siricius papa suasisset) magnam nos constat præstitisse patientiam: & si prius indictum in Toletana vrbe Concilium declinarant, ad quod illos euocaueramus, & audissemus, cur non implessent conditiones, quas sibi ipsi, sancto Ambrosio præsente & audiente,

posuissent, patuit respondisse Symphosium, se a recitatione eorum quæ dicebant martyres, recessisse, ac dehinc deceptum tentumque, per plurimos secus aliqua gessisse reperimus, nullis libris apocryphis, aut nouis scientiis, quas Priscillianus composuerat, inuolutum: Dictinium epistolis aliquantis pene lapsum, quas omnes sua professione condemnans, correctionem petens, veniam postularet. Quem constat, vt Symphosius fecit, quæcumque contra fidem catholicam Priscillianus scripserat, cum ipso auctore damnasse. Ceterum extortum sibi de multitudine plebis probaret Symphosium, vt ordinaret Dictinium episcopum, quē sanctus Ambrosius decreuisset, bonæ pacis locum tenere presbyterii, non accipere honoris augmentum. Confitentur etiam illud, quod alios per diuersas ecclesias ordinassent, quibus deerant sacerdotes; habentes hanc fiduciam, quod cum illis propemodum totius Galliciæ sentiret plebium multitudo. Ex quibus ordinatus est Paternus Bracarensis ecclesiæ episcopus. In hanc vocem confessionis primus erupit, & sectam Priscilliani se scisse, sed factum episcopum liberatum se ab ea, lectione librorum sancti Ambrosii, esse, iuraret. Anno Christi 400.

Paternus Bracarēsis.

Item Isonius nuper baptizatum se a Symphosio, & episcopum factum, hoc se tenere, quod in præsenti Concilio Symphosius professus est, respondit.

Isonius episcopus.

Vegetinus vero olim ante Cæsarauguſtanum Concilium episcopus factus, similiter libros Priscilliani *cum* auctore damnauerat; vt de ceteris acta testantur. De quibus qui consuluntur episcopi, iudicabunt.

Vegetinus.

Herenas clericos suos sequi maluerat; qui sponte, nec interrogati, Priscillianum catholicum, sanctumque martyrem clamassent; atque ipse vsque ad finem, catholicum hunc esse dixisset, persecutionem ab episcopis passum. Quo dicto omnes sanctos, iam plurimos quiescentes, aliquos in hac luce durantes, suo iudicio deduxerit in reatum. Hunc cum his omnibus, tam suis clericis, quam diuersis episcopis, hoc est, Donato, Acurio, Emilio, qui ab eorum professione recedentes, maluissent sequi consortium perditorum, decernimus ab sacerdotio submouendum, quem constaret etiam de reliquis verbis suis conuictum per tres episcopos, multos quoque presbyteros, siue

Herenas.

ANNO CHRISTI 400. diaconos, cum periurio esse mentitum. Vegetinum autem, in quem nulla specialiter dicta fuerat ante sententia, data professione, quam Synodus accepit, statuimus communioni nostræ esse reddendum. Paternum, licet pro catholica fidei veritate, & publicatæ hæresis errore, libenter amplexi, ecclesiam, in qua episcopus fuerat constitutus, tenere permisimus; recepturi etiam in nostram communionem cum sedes apostolica rescripserit. Reliqui, qui ex prouincia Gallæcia ad Concilium conuenerant, & in Symphosii semper communione durauerant, accepta forma a Concilio missa, si subscripserint, etiam ipsi in cælestis pacis contemplatione consistant; expectantes pari exemplo, quid papa qui nunc est, quid sanctus Simplicianus Mediolanensis episcopus, reliquique ecclesiarum rescribant sacerdotes. Si autem subscriptionem formæ quam misimus, non dederint, ecclesias quas detinent, non retineant; neque his communicent qui reuersi de Synodo, datis professionibus ad suas ecclesias reuerterunt. Sane Vegetinum solum cum Paterno communicare decreuimus. Symphosius autem senex religiosus, qui quod egerit supra scripsimus, in ecclesia sua consistat, circumspectior circa eos quos ei reddemus, futurus, inde expectabit communionem, vnde prius spem futuræ pacis acceperat. Quod obseruandum etiam Dictinio & Anterio esse decreuimus. Constituimus autem, priusquam illis per papam, vel per[f] sanctum Simplicianum communio redditur, non episcopos, non presbyteros, non diaconos ab illis ordinandos; vt sciamus si vel nunc sciant, sub conditione remissi, tandem synodicæ sententiæ præstare reuerentiam. Meminerint autem fratres & coepiscopi nostri enixe excubandum, ne quis communione depulsus, collectiones faciat per mulierum domos, & apocrypha quæ damnata sunt, legant; ne communicantes his, pari societate teneantur. Quoniam quicumque has susceperint, certum est, eos etiam grauiori sententia retinendos esse. Fratri autem nostro Ortygio ecclesias, de quibus pulsus fuerat, pronuntiamus esse reddendas.

Epistola Innocentii ad Synodum Toletanam scripta, quam hic Garsias subiungit, infra inter epistolas eiusdem Innocentii vigesima tertia extat. Vide quæ ibi notabimus.

FRAGMENTA SVB TITVLO CONCILIORVM TOLETANORVM,

Anno Christi 400.

Vel corrupte, vel falso citata, cum in his Conciliis non inueniantur; per eumdem Garsiam Loaisam collecta.

EX CONCILIO QVARTO TOLETANO.

Cap. 8.

27. q. 1. De viduis. Burc. lib. 8. c. 48. Iuo pa. 8. c. 66.

De viduis & puellis, quæ habitum religionis in domibus propriis, tam a parentibus, quam per se mutauerunt, si postea contra instituta patrum, vel præcepta Canonum, coniugia crediderint copulanda, tamdiu vtræque habeantur a communione suspensæ, quousque quod illicite perpetrauerunt, emendent: quod si emendare neglexerint, a communione & omnium Christianorum conuiuio perpetuo sint sequestratæ.

EX CONCILIO TOLETANO.

* Relata est coram sancta Synodo querimonia plebium, quod sint quidam episcopi, nolentes ad prædicandum, vel ad confirmandum suas per annum parœcias circumire; qui tamen exigunt, vt mansiones, quibus in profectione vti debuerant, aliquo precio redimant, qui parare debebant. Quæ duplex infamia negligentiæ & auaritiæ, sanctæ Synodo magno fuit horrori. Statuerunt itaque ne quis vltra exerceat illud cupiditatis ingenium, & vt solicitiores sint episcopi de suis gregibus visitandis.

* 10. quæst. 1. Relata. Burc. l. 1. c. 229. Iuo p. 5. c. 341. In lib. MS. priuilegiorum eccles. Toletanæ citatur hoc cap. tamquam quarti Concilii Toletani. Verum Burch. & Iuo citant ex Concilio Tiburiensi, tempore Arnulphi regis.

EX CONCILIO TOLETANO.

12. q. 2. Sancimus. In collectione Canonum incerti auctoris, quæ est in bibliotheca Vaticana, attri-

Sancimus omnibus episcopis curam laicorum instare; vt si quos in fide Christi inuenerint, nimio affectu diligant. Et insuper informamus, vt si aliqua ab ipsis accipiant dona, statim in quatuor diuidant partes; ita vt prima pars secundum apostolorum præcepta, titulorum, necnon cœmeteriorum restaurationibus diligenter attribuatur; se-

ANNO CHRISTI 400.

cunda clericis; tertia cunctis pauperibus; quarta vero aduenis.

buitur Siluestro P.

EX CONCILIO TOLETANO.

Plures baptismales ecclesiæ in vna terminatione esse non possunt, sed vna tantum cum capellis suis. Et si contentio fuerit de terminatione duarum matricum, plebes vtrarumque decernant: & si non conuenerint, lis Dei iudicio decernatur.

16. q. 1. Plures baptis. Burc. li. 3. c. 22. Iuo pa. 3. ca. 27. qui illud ex Concil. Aquisgranēs. citat.

EX CONCILIO TOLETANO.

Congregatio debet sibi eligere abbatem, post abbatis sui mortem; vel eo viuente, si ipse decesserit, vel peccauerit. Episcopus enim non debet abbatem violenter retinere in loco suo. Ipse autem non potest aliquem ordinare de suis propinquis, vel amicis, sine voluntate fratrum.

16. q. 7. Cōgregatio. Burc. lib. 8. c. 86. Iuo p. 7. c. 104.

EX CONCILIO TOLETANO.

Statutum est a sacro conuentu, vt si quis sponsam alterius rapuerit, publica pœnitentia mulctetur, & sine spe coniugii maneat. Et si ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur. Quod si post hæc coniungere se præsumpserit, vterque vsque ad satisfactionem anathematizetur.

27. q. 2. Statutum. Bur. lib. 9. c. 36. Iuo pag. 8. cap. 175.

EX CONCILIO TOLETANO.

Officium vero archidiaconi est, euangelium, quando voluerit, legere, vel alicui de diaconis præcipere. Et quando episcopus missam canit, ad iussionem illius induant se Leuitæ vestimentis sacris, qualiter cum pontifice ad missam procedant. Omnem querimoniam, seu causam, vel iustitiam presbyterorum, vel diaconorum, vel subdiaconorum ipse debet deliberare, ordinare, & facere. Ideo vero strenuus, prouidus, cautus, vicem sui episcopi agens, episcopii totius curam habeat, & omne ecclesiasticum officium prouidendo, lectiones, aut responsoria in matrice ecclesia dare debet, & auscultare: in tantum, vt nullus euangelium, aut epistolam, responsoria, vel quamlibet in ecclesia lectionem legat, vel cantet, donec auscultetur ab ipso. Acolythos quoque ipse or-

Decretal. lib. 1. cap. 2. Bernardus præpositi. Papiensis, in collectione decreta. li. 1. titul. 15. cap. 3.

dinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum deferre, quisve minorum in ecclesia aliqua officia agere debeat. Anno Christi 400.

EX CONCILIO TOLETANO.

Decr. lib. 1. tit. 24. c. 1. Bern. præpos. Pap. lib. 1. titul. 16. cap. 1. Burc. lib 3. cap. 50. Iuo p. 6. cap. 20.

Vt archipresbyter sciat se subesse archidiacono, & eius præceptis sicut sui episcopi obedire; & quod specialiter pertinet ad eius ministerium, super omnes presbyteros in ordine presbyterali positos curam agere animarum, & assidue in ecclesia stare. Et in episcopi sui absentia, ad vicem eius, missarum solennia celebret, & collectam dicat, aut cui ipse iniunxerit.

EX CONCILIO TOLETANO.

Decr. lib. 1. tit. 26. ca. 1. Iuo p. 6. c. 20. Bern. præposit. Pap. lib. 2. tit. 18. cap. vnico.

Vt sciat se sacrista subiectum archidiacono, & ad eius curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, vestimentorum ecclesiasticorum, seu totius thesauri ecclesiastici, necnon quæ ad luminaria pertinent, siue in cera, siue in oleo.

EX CONCILIO TOLETANO.

Decr. lib. 1. tit. 27. c. 2. Bern. præposit. Pap. lib. 1. tit. 19. cap. 2.

Custos solicitus esse debet de omni ornamento ecclesiæ, & luminariis, siue incenso; necnon & panem, & vinum omni tempore præparatum ad missam habere debet, & per singulas horas canonicas signum ex consensu archidiaconi sonare; vt oblationes omnes, seu eleemosynas, seu decimas (cum eiusdem tamen consensu, absente episcopo) inter fratres diuidat. In his tribus ecclesiæ columnis (vt sanxit sancta Synodus) consistere debet alma mater ecclesia; vt ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores & sanctiores esse viderint, vt nulla negligentia in sancta Dei ecclesia videatur. Hi tres, archidiaconus, archipresbyter, custos, simul iuncti, vno animo prouide peragant & perfecte, & non sit inuidia neque zelus inter illos.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burc. lib. 2. cap. 23. Iuo Decret. p. 6. cap. 38.

De rebus vero illorum, vel peculiari, qui a dominis propriis libertate donantur, vt ad gradus ecclesiasticos promoueri debeant, statutum est, vt in potestate dominorum consistat, quidquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere, an sibi retinere voluerint.

EX

ANNO CHRISTI 400.

EX CONCILIO TOLETANO.

Debent autem supra scriptæ ingenuitatis chartæ, non solum nomen illius qui has fieri rogat, sed etiam nomina sacerdotum & nobilium laicorum, qui ibi fuerint, in ordine digesta, cum signis propria manu impressis continere. Nam sine horum adstipulatione, pagina auctoritate testium nudata, pro nihilo deputatur. Oportet etiam vt locum, diem, annum, & principem, & indictiones in fine vel in margine annotatas habeat, in hunc modum: Actum in illa ciuitate, in domo S. Petri, Calendis illis, anno Dominicæ incarnationis illo, regnante illo rege, & præsidente in cathedra supradictæ ciuitatis episcopo illo, indictione illa, in Dei nomine feliciter. Amen. Ait enim Romana auctoritas: Quæcumque leges sine die & consule fuerint prolatæ, non valeant. Burc. lib. 2. cap. 27. Iuo p. 6. c. 128.

EX EODEM CONCILIO.

Instruendi sunt præterea laici, vt sciant, quod nullatenus alio loco manumittere proprios possunt seruos, quos Dominicis castris aggregari decreuerunt, nisi in sacrosancta ecclesia, ordine supra notato. Quomodo enim clerici extra ecclesiam libertatem consequi possunt, qui a lege mundana extranei sunt? Et quibus interdicitur, ne ad sæculare iudicium procedant, quomodo sæculari iudicio a iugo seruitutis absoluuntur? Sed fortasse dicit aliquis: Clericus fieri non permittitur, nisi ante susceptum clericatus officium, ingenuitatis dignitate potiatur. Reuera verum dicit: & ideo quod infirmari vel vituperari potest, præcaueri debet. Burc. lib. 2. cap. 28. Iuo p. 6. c. 129. Bern. præpos. Pap. l. 1. tit. 10. c. 1.

EX EODEM.

Non solum autem qui ad clericatus ordinem promouendi sunt, in ecclesia manumittendi sunt, verum etiam hi quos quisque pro remedio animæ suæ emancipari vult: quia sic scriptum quippe est in pacto Francorum. Burc. lib. 2. cap. 29. Iuo p. 6. c. 130.

EX EODEM CONCILIO.

Qui debitum sibi nexum, atque competens relaxat seruitium, præmium in futuro apud Dominum sibi pro- Burc. lib. 2. cap. 30. Iuo p. 6. c. 131.

uenire non dubitet. Quapropter ego in Dei nomine ill. pro remedio animæ meæ, vel æterna retributione, in ecclesia sancti Petri, vel illius sancti, sub præsentia episcopi vel sacerdotum ibi consistentium, ac nobilium laicorum, ante cornu altaris istius ecclesiæ, absoluo seruum meum Ill. per hanc chartam absolutionis & ingenuitatis, ab omni vinculo seruitutis; ita vt ab hac die & deinceps ingenuus sit, & ingenuus permaneat, tamquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus. Eam pergat partem, quam maluerit, vel quam ei auctoritas canonica permittit; & sicut alii ingenui, vitam ducat ingenuam. Nulli autem heredum meorum, ac proheredum, nec cuicumque personæ alii quidquam debeat seruitutis vel libertatis obsequium, nisi soli Deo cui omnia subiecta sunt, vel pro cuius amore ipsum deuotus ad eius seruitium obtuli. Peculiare vero suum, quod ei Dominus dederit, vel deinceps Deo auxiliante laborare potuerit, concessum in perpetuum habeat; vt inde faciat quidquid illi placuerit, secundum ecclesiasticas sanctiones. Si quis vero, quod futurum esse non credo, siue ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, vel quælibet oppositapersona contra hanc ingenuitatis chartam venire tentauerit, aut eam quolibet modo infringere voluerit, in primis iram Dei incurrat, & a liminibus sanctæ Dei ecclesiæ extraneus efficiatur, & insuper cui litem intulit, sexaginta solidos persoluat, & quot repetit, euindicare non valeat; sed præsens ingenuitas, mea vel aliorum bonorum hominum manibus roborata, aut adstipulatione subnixa, omni tempore maneat inconuulsa.

EX EODEM. *Cap.* 82.

Burc. lib. 2. cap. 31. Iuo p. 6. ca. 132. Bernard. præposit. Pap. lib. 1. tit. 10. c. 2.

De seruorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscrete promouentur, placuit omnibus, cum sacris Canonibus concordare debere: & statutum est, vt nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promouere præsumat, nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti fuerint. Et si quilibet seruus dominum suum fugiens aut latitans, aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis, aut qualibet calliditate vel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit, de-

ANNO CHRISTI 400.

cretum est vt deponatur, & dominus eius eum recipiat. Si vero auus aut pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem prouincia filium genuerit, & ipse filius ibidem educatus, & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, & vtrum seruus sit, ignotum sit; & postea veniens dominus illius, legibus eum acquisierit, sancitum est, vt si dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat: si vero eum catena seruitutis a castris Dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat: quia iuxta sacros Canones, vilis persona manens, sacerdotii dignitate fungi non potest.

EX EODEM CONCILIO. *Cap.* 33.

De ecclesiarum vero seruis, communi sententia est decretum, vt archiepiscopi per singulas prouincias constituti, nostram auctoritatem sequantur; suffraganei autem illorum exemplar illius penes se habeant: & quandocumque de familia ecclesiæ vtilis inuentus aliquis ordinandus est, in ambone ipsa auctoritas coram populo legatur, & coram sacerdotibus & omni clero, ante cornu altaris, sicut in nostra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate, libertatem consequatur; & tunc demum ad gradus ecclesiasticos promoueatur. Burc. lib. 2. cap. 32. Iuo p. 6. c. 133.

EX CONCILIO TOLETANO. *Cap.* 6.

Si quis presbyter ab episcopo suo fuerit degradatus, aut officio pro certis criminibus suspensus, & ipse per contemptum & superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere præsumpserit, & postea ab episcopo suo correptus, in certa præsumptione perdurauerit; hic omnimodis excommunicetur, & ab ecclesia expellatur: & quicumque cum eo communicauerit, similiter se sciat esse excommunicatum. Similiter de clericis, laicis, vel feminis excommunicatis obseruandum est. Quod si aliquis ista omnia contempserit, & episcopus emendare potuerit minime, regis iudicio exilio damnetur. Burc. lib. 2. cap. 179. In Canonibus apostolorum. Can. 29.

EX CONCILIO TOLETANO.

Ceterum presbyter si post ordinationem aliquid acquisierit, illud obseruandum est, quod in Ca- Burc. lib. 3. cap. 122. Iuo p. 3. c. 97.

nonibus de consecratis nihil habentibus constitutum est. Anno Christi 400.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burc. lib. 3. cap. 136. De his quæ ad parochianas ecclesias offeruntur, in terris, vineis, mancipiis, peculiis, antiquorum Canonum instituta seruentur; vt omnia in episcopi potestate consistant. De his autem, quæ altaribus offeruntur, tertia pars fideliter episcopis deferatur, duæ clericis, decimæ autem secundum quosdam, singulis annis, tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos sequentes Romanos, singulis annis quartam partem, aut in quarto totam episcopi recipiant.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burc. lib. 3. c. 188. Iuo p. 3. c. 248. Fugitiuos etiam seruos ecclesiasticos, domos suas aut familias deserentes, qui etiam si reuocati fuerint, teneri non possunt, simili ratione ab episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahantur.

EX CONCILIO TOLETANO *Cap.* 5.

Burc. lib. 8. cap. 7. Iuo p. 7. c. 31. Vt clerici qui se fingunt habitu & nomine monachos esse, & non sunt, omnimodis corrigantur, atque emendentur; vt vel veri monachi sint, vel veri canonici.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burc. lib. 8. c. 20. Iuo p. 7. ca. 41. Si aliquis incognitus monasterium ingredi voluerit, ante triennium monachi habitus ei non præstetur. Et si intra tres annos, aut seruus, aut libertus, vel colonus quæratur a domino suo, reddatur ei cum omnibus quæ attulit; fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triennium requisitus non fuerit, postea quæri non potest; nisi sit tam longe, quod inueniri non possit: sed tantum ea quæ in monasterium adduxit, dominus serui recipiat.

EX CONCILIO TOLETANO.

Burc. lib. 19. cap. 76. Quicumque in quadragesimæ diebus esum carnium præsumpserit attentare, non solum reus erit resurrectionis Dominicæ, verum etiam alienus ab eiusdem diei sancta communione: & hoc illi cumuletur ad pœnam, vt

ANNO CHRISTI 400. in ipsius anni curriculo ab omni esu carnium abstineat, quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam.

EX CONCILIO TOLETANO.

De viris ordinatis, quorum occulta peccata sunt, nec manifeste ab aliquo argui possunt, si salubriter compuncti, pro peccatis suis confessionem episcopo, siue presbytero occulte faciunt, bonum mihi videtur, vt secundum id quod sibi decretum fuerit ab episcopo, siue presbytero, pœnitentiam agant, non trepide nec tarde, sed feruenter & solicite; ac si se veniam peccatorum a Domino percepturos, & gradum se retenturos confidant. Burch. l. 19. c. 151. Iuo p. 15. c. 160.

EX EODEM *Cap.* 17.

De his etiam super quibus interrogasti, hoc est, de illa femina, quæ menstruum suum sanguinem immiscuit cibo vel potui, & dedit viro suo vt comederet; & de illa quæ semen viri sui in potu bibit, & de ea quæ testam hominis combussit igni, & viro suo dedit pro infirmitate vitanda, quali pœnitentia sint plectendæ: vt nobis videtur, tali sententia sunt feriendæ, sicut magi & arioli; quia magicam artem exercuisse noscuntur. Nam de his qui magicam artem exercuisse noscuntur, & qui auguria attendunt, & diuinationes obseruant, Theodori archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus, in quibus scriptum est: Qui immolat dæmoniis in minimis, vno anno pœniteat; qui vero in magnis, decem annis pœniteat. Burch. l. 19. c. 152. Iuo p. 15. c. 163.

EX CONCILIO TOLETANO.

Ea quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti & sententia condemnantur. Burch. l. 19. c. 158. Iuo p. 15. c. 66.

EX CONCILIO TOLETANO.

Custos ecclesiæ, cui ea quæ ecclesiæ competunt, custodienda committuntur, oportet vt sui archidiaconi iussioni in cunctis obediat. In canonicis horis signa tintinnabulorum pulsanda ipso archidiacono iubente, ab eo pulsentur: pallia vero, vel linteamina, altaria, seu cuncta vtensilia ecclesiæ indesinenter custodiat: lampades & la- Bernard. præposit. Pap. lib. 1. tit. 19. c. 1.

ternas in accendendo, seu in extinguendo peruigil exi- Anno Christi 400.
stat ; vt ne supra modum lucendo oleum depereat, aut minus lucendo obscurior sit ecclesia ; sed omnia cum discretione agantur, quæ noscitur mater omnium virtutum. Si vero is cui ecclesia custodienda traditur, minus idoneus ad hoc peragendum extiterit, ab archidiacono coerceatur, vt se emendet. Si autem indomitus permanserit, archidiaconus episcopo nuntiando prouideat, vt indecente eiecto, aptus domui Dei constituatur minister ; vt omnia in laudem & nomen Domini fiant, qualiter possit Deus in ecclesia placari ab obseruientibus sibi.

NOTÆ.

Toletanæ vrbis descriptio.

[a] *Toletanum.*] Toletanæ vrbis Hispaniæ metropolis meminere Ptolemæus lib. 1. cap. 6. Plinius lib. 3. cap. 3. Antoninus in itinerario. Concilium secundum Toletanum Can. 2. vocat hoc primum : *Relatus est*, inquit, *Canon Concilii primi Toletani, in quo præceptum est*, &c. Canon 14. Hæc vrbs multis nominibus, diuitiis, religione præclara est. Concilia, fidem & bonos mores concernentia, in ea plurima habita fuerunt. Huius archiepiscopus primatus titulo insignitur. Vide plura in theatro Braunii.

Concilium nationale fuit.

Tempus Concilii Toletani I.

[b] *Primum.*] Inter ea quæ nunc extant, primum sub Anastasio pontifice celebratum fuit anno Domini 400. Anastasii pontificatus tertio, Arcadii & Honorii septimo. Cum enim supra in actis Toletani Concilii sancti Simpliciani Mediolanensis episcopi adhuc viuentis expressa mentio habeatur, post annum Domini 400. non potuit hæc Synodus celebrata fuisse. Nam anno 401. Venerium Simpliciani successorem eidem Mediolanensi ecclesiæ suffectum fuisse constat ex legatione illa Afrorum, quæ Vincentio & Frauitta consulibus contigit prædicto anno Domini 401. de qua agemus paulo post infra in notis Concilii Africani secundi. Toletana Synodus secunda habita est circa tempora Ioannis secundi : posteriores posterioribus temporibus. Vnde Ambrosius Morales, qui ex antiquo scripto codice edidit acta Synodi Toletanæ, vir cum primis doctus & de ecclesiasticis antiquitatibus rerum Hispanicarum optime meritus, & post eum Garsias Loaisa opinantur hanc, quam sub Anastasio celebratam esse confitentur, eamdem esse cum ea Toletana, ad quam Innocentius scripsit epistolam 23. infra extantem : idque senserunt ideo, quod putarint eodem anno primi consulatus Stiliconis Toletanum Concilium celebratum, defunctoque Anastasio Innocentium subrogatum fuisse. Sed cum verius sit, Anastasium, vt supra diximus in notis ad eius vitam, biennio post consulatum primum Stiliconis, obitumque Simpliciani Mediolanensis, vsque ad annum salutis 402. superuixisse ; dubium non est illam Synodum, ad quam

An hæc Synodus eadé sit cum illa, ad quam Innocétius scripsit.

ANNO CHRISTI 400. Innocentius Anastasii successor epistolam decretalem dedit, non sub Anastasio, sed Innocentio habitam, adeoque ab hac Toletana diuersam fuisse: nisi dicas, quod insolitum est, hoc prouinciale Concilium in annum sequentem propagatum esse. Hæc sententia magis confirmatur, quod Innocentius exordio epistolæ suæ fateatur, se frequenter nimiumque de schismate Hispaniæ componendo solicitum fuisse, atque adeo non initio, sed post aliquot annos sedis suæ hanc epistolam scripsisse. Quod si ita est, has duas Toletanas diuersas Synodos esse, concedere oportet. Licet in vtraque de perperam factis ordinationibus actum foret, non tamen inde bene inferretur, easdem Synodos fuisse. Nam & longe ante primum Toletanum Concilium de iisdem tractatum est a Siricio papa in literis ab eo datis ad Hunerium Tarraconensem episcopum: diu enim multumque corrupta ordinationum disciplina Hispaniarum ecclesias exagitauit; adeo vt huius Concilii tempore vlcus in schisma eruperit, vt constat ex præfatione Patroni supra in initio. Hæc Baron. anno 405. num. 43. & 44.

Sub Anastasio & Innocentio Toleti diuersa Concilia habita fuerunt.

[c] *Nouemdecim episcoporum.*] Hinc colligo nationale fuisse Concilium, cum eo tempore sedes Toletana tot suffraganeos non haberet episcopos. Similiter de Eliberitano statuo, cum eodem episcoporum numero fuerit celebratum. Et in regula fidei, in calce huius Concilii posita, aduersus Priscillianistas, dicitur: *Ipsi etiam & supra scripta viginti Canonum Capitula statuerunt in Concilio Toletano.* Qui sunt ipsi, nisi præsules Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitani, Bætici, vt supra dicitur? Adde etiam quod in subscriptionibus Marcellus subscribit, qui fuit Hispalensis episcopus. Vnde his argumentis liquet fuisse nationale. Garsias.

Concilium nationale fuit.

[d] *Stilicone consule.*] Intellige consulatum Stiliconis primum, qui cum Anastasii pontificis Romani tertio pontificatus, Arcadii & Honorii sexto imperii, atque cum anno Christi nati 400. æra Hispanica 438. coincidit.

Quo consule habitum sit.

[e] *Olympius.*] Hic est ille episcopus fama celebris, inter scriptores huius temporis clarissimus, de quo hæc Gennadius de viris illustribus, cap. 24. *Olympius natione Hispanus episcopus, scripsit librum fidei aduersus eos qui naturam & non arbitrium in culpam vocant:* (ita Manichæi dicentes carnem a malo tenebrarum principe esse productam) *ostendens non creatione, sed obedientia insertum naturæ malum.* Eiusdem scripta sanctus Augustinus contra Iul. lib. 1. cap. 3. & 7. citat, magno hoc præconio: *Olympius Hispanus episcopus, vir magnæ in ecclesia & in Christo gloriæ, in quodam sermone ecclesiastico: Si fides, inquit:* Et paulo infra. *Sanctus Olympius dicit.* Baron. anno 405. num. 58.

Olympius quis & qualis.

[f] *Celenis.*] Locus in prouincia Gallæciæ. Ptolemæus, Plinius & alii.

[g] *Quoniam singuli.*] Hinc patet quod supra dixi, corruptelam disciplinæ ecclesiasticæ in sacris ordinibus conferendis, diu multumque Hispaniarum ecclesias exagitasse; adeo vt tempore huius Con-

Disciplina ecclesiastica in Hispania corrupta.

cilii vlcus in schisma eruperit. Ex quibus etiam potest intelligi, longe post primum Concilium Toletanum, aliud esse celebratum sub Innocentio, cum iam longe lateque tunc obortum schisma diffusum, magis magisque Hispaniarum ecclesias infestaret. Baron. num. 44. Anno Christi 400.

Nicæni Cõcilii auctoritas.

h *Constituta primitus Concilii Nicæni perpetuo esse seruanda, neque ab iis esse recedendum.*] D. Ambrosius in epistola trigesima secunda ad Valentinianum iuniorem scribens: *Sequor*, inquit, *tractatum Nicæni Concilii, a quo me nec mors, nec gladius poterit separare.* Idem Basilius epistola 78. & Leo pontifex sanctissimus & doctissimus in epistola 78. ad Leonem imperatorem: *Non sunt* (inquit) *omnino inter catholicos computandi, qui diffinitiones venerabilis Synodi Nicænæ, vel sancti Calchedonensis Concilii regulas non sequuntur.* Quod illi sancti patres de Nicæna Synodo, & aliis vniuersalibus & œcumenicis Conciliis dixerunt, idem nobis dicere licet & credere de sancto & venerabili Concilio Tridentino, in quo Spiritus sanctus, sicuti in Nicæno, lucem & veritatem patribus ad reuincendas hæreses contulit. *Garsias.*

Tridentini Concilii auctoritas.

Cap. 9. Lucernariũ quid.

i *Lucernarium vero.*] Lucernarium antiquis dicebatur pars prima vespertini officii, quæ nunc vesperæ dicuntur. Id constat ex Isidoro in regula monachorum, cap. 6. *In vespertinis*, inquit, *officius, primo lucernarium, deinde psalmi duo, responsorius vnus, & laudes, hymnus atque oratio dicenda est.* Hæc Isidorus. Continebat vero vespertinum officium quatuor psalmos, vt ex regula D. Benedicti liquet, cap. 17. *Vespertina autem synaxis* (inquit) *quatuor psalmis, cum antiphonis, terminatur.* Quia vero duo priores in lucernarum accensione, & gratiarum actione vespertini luminis legebantur, inde illa prima pars vespertini officii lucernarium appellabatur. Post vespertinum autem officium, completorium Isidorus ibidem ponit, & libro primo de ecclesiasticis officiis. Ex his itaque patet, lucernarium ad nostras vesperas pertinere, vt etiam probatur ex Concilio Emeritensi, cap. 2. his verbis: *Vespertino tempore, post lumen oblatum, prius dicitur vespertinum, quam* sonum in diebus festis.* Lucernarium itaque dicitur a lucernis accensis. Nam vespertinum officium eo tempore antiquitus fieri consueuit, vt esset diurni officii finis, & diei; vt testatur idem Isidorus libro de ecclesiasticis officiis, cap. de vespertinis: *Vespertinum diuini finis officii, diurnæ & alternæ lucis occasus est.* Et infra. *Vespertinum enim nominatur a sidere quod vesper vocatur, & decedente sole exoritur.* Et lib. etymol. 6. cap. vltim. *Vespertinum officium est in noctis initio; vocatum a stella vespero, qua surgit oriente nocte.* Diuus etiam Hieronymus in explicatione psalmi 119. *Hora tertia oramus, hora sexta oramus, nona lucernarium facimus:* vbi nonam pro vltima posuit. Idem Augustinus in regula secunda. Diuus autem Benedictus in regul. cap. 41. totum ecclesiasticum officium luce diei concludendum præscripsit. *Vesperæ*, inquit, *sic agatur, vt lumine lucernæ reficientes non indigeant, sed luce adhuc diei omnia consummentur.* Basilius lucernarium fieri lib. de Spiritu sancto

Cur sic dictum.

ANNO CHRISTI 400. c.29. in exortu Luciferi docet: *Visum*, ait, *est patribus nostris, vespertini luminis gratiam haudquaquam silentio arripere, sed mox vt apparuit, gratias agere. Quis autem fuerit auctor illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non possumus: populus tamen antiquam profert vocem: neque quiquam visi sunt impietatem committere, qui dicunt: Laudemus Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.* Hactenus Basilius. Ex quibus sanctorum patrum testimoniis efficitur quod quærebamus; nempe lucernarium ad nostras vesperas pertinere, atque ita dictum a lucernarum accensione. Quare vero prohibeatur lucernarium in villa legi, nisi præsente episcopo, presbytero vel diacono, colligi licet ex Isidoro in regul. cap. 6. *Post vespertinum, congregatis fratribus, oportet vel aliquid meditari, vel de aliquibus diuinæ lectionis quæstionibus disputare, conferendo pie, ac salubriter tamquam meditando disputandoque immorari; quousque completorii tempus possit occurrere.* Eumdem morem in Cypro & Cæsarea Cappadociæ obseruatum tradit Nicephorus lib. 12. cap. 34. ecclesiasticæ historiæ. *Cum similiter*, inquit, *in Cypro & Cæsarea Cappadocum, in sabbato & in dominico die, vesperi, post lucernarum accensionem, episcopi & presbyteri sacras scripturas populo exponant.* Cum igitur post lucernarium statim scripturæ interpretatio subiungi solita sit, & id munus episcopo in primis, atque presbytero, vel iis deficientibus, diacono incumbat, merito a patribus cautum est, non nisi aliquo eorum præsente, lucernarium fieri oportere. *Garsias.*

Lucernariũ cur in villa prohibeatur.

[k] *Si quis autem acceptam.*] Antiquus ecclesiæ mos fuit, dari fidelibus euchariſtiam in manus. Nicephorus lib. 12. cap. 41. miraculum de muliere, quæ accepta communione, panem supponit, tradit. Est etiam apud Eusebium lib. 7. cap. 33. & 34. ecclesiast. histor. & in Concilio Antisiodorensi, cap. 36. & apud Balsamonem super Canones sextæ Synodi cap. 36. Idem Dionysius Alexandrinus epistola 5. ad Sixtum papam, quæ extat apud Nicephorum lib. 6. cap. 19. Idem Cyprianus in serm. de lapsis. Quomodo vero in manu accipiebant, explicat Cyrillus Hierosolymitanus catechesi mystagogica 5. *Sinistram*, inquit, *veluti sedem quamdam subiiciens dextera, quæ tantum regem susceptura est, & concaua manu suscipiebat corpus Christi.* Postea vero, propter fraudes impiorum hominum cautum est, vt in os mittatur. Id constat ex Concilio Rothomagensi, cap. 2. Et hoc tempore, non ante, qui accedebat ad communionem, manus in formam crucis figurabat: ex Synodo sexta in Trullo, cap. 102. Idem Damascenus lib. 4. orthodoxæ fidei, cap. 14. *Garsias.*

Cap. 14. Euchariſtia olim in manus dari solita, nunc secus, & cur.

[l] *Pro vxore concubinam habet, a communione non repellatur.*] Per concubinam hoc loco intellige vxorem sine dote & externa solennitate, interuentu consensus mutui perpetuo conuiuendi, ductam. Hoc modo Genes. 25. Agar & Cethura dicuntur concubinæ Abrahæ, quæ tamen veræ vxores fuerunt, vt patet Genes. 16. de Agar, & Genes. 25. de Cethura. Iustinian. Nouel. 18. cap. 5. quasdam concubinas comparat vxoribus quæ sine dotalium tabularum solennitate ductæ fuerant. Ad quod genus concubinarum referendum est,

Concubina hoc loco quæ dicatur.

quod scribit beatus Augustinus de bono coniugali, & refertur Canone, Solet. 32. qu. 2. in quibus hæc tria erant necessaria. Primum, vt vterque esset solutus. Secundum, vt daretur mutua fides, quod alteri non iungerentur, neque a procreatione prolis abhorrerent. Tertium, vt vsque ad mortem in ea vitæ coniunctione manere proponerent. Hunc contractum nuptias & connubium dici posse sanctus Augustinus concedit: hoc connubio alicui iunctam, vxorem appellare non audet, quia non interuenerunt dotalia instrumenta, de iure ciuili & canonico requisita ad hoc, vt sit legitima vxor. Can. Aliter. 30. qu. 5. Item prædicta nouella 18. Huiusmodi igitur mulieres cum non essent vxores, vocabantur concubinæ: ob prædicta tria, ac præcipue quod in affectu maritali permanere statuerent, permittebatur ipsis communicare, habebanturque tamquam vxores minus solenniter ductæ. Hoc est quod Gratianus ad finem Canonis, Omnibus, dist. 34. ait: *Concubina hic ea intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu ascisscitur. Hanc coniugem facit affectus, concubinam vero lex nominat.* Vide Bellarm. lib. 3. de Concil. cap. 8. ad 11. obiectionem. Baron. anno 305. num. 59. Item notas Can. 4. distinct. 34. iussu Gregorii duodecimi, decreto Gratiani editas. Anno Christi 420.

Can. 20. Vnctio ceremonialis presbyteris concessa.

[m] *Statutum est diaconum non chrismare, sed presbyterum absente episcopo: præsente vero non, nisi ab ipso fuerit præceptum.*] Hæc verba Canonis intelligenda sunt, non de sacramentali vnctione chrismatis in fronte, sed de vnctione ceremoniali, quæ in solenni baptismo in vertice baptizandi adhibetur. Hanc ceremonialem vnctionem olim presbyteris interdictam, non nisi cum licentia episcopi ab iisdem vsurpatam fuisse, expressis verbis quæ supra in notis ad vitam Siluestri litera [k] recensuimus, testatur Hugo Victorinus lib. 2. de sacramentis, p. 7. cap. 3. Idem sanctus Leo epistola 86. alias 88. Innocentius primus epistola 1. cap. 3. hunc Canonem ampliare videtur, vt liceat presbyteris, tam præsente quam absente episcopo, hanc vnctionem ceremonialem vsurpare. Verba illius hæc sunt: *Siue extra episcopum, siue præsente episcopo, baptizent.* Quamquam quod dicit, *Præsente episcopo*, recte etiam de eius licentia intelligi possit. Vide Suarez tom. 3. de sacramento confirmationis, disput. 34. sect. 2.

Regula fidei hæc quâdo fuerit edita.

[n] *Incipit regula.*] Quid de regula fidei hoc loco posita sentiam, a multis viris doctis dubitatum, in medium proferam. Serpente in Hispania hæresi Priscilliana, a Marco Ægyptio intra Hispanias illata, Leo papa sanctissimus, qui a Petro non quadragesimus, sed quadragesimus quintus, vt annales Romani tradunt, extitit, Turibium notarium cum epistola ad Synodum Gallæciæ misit, in qua beatus pontifex dogmatis impietate commotus, multa aduersus impiam sectam sancte & docte decreuit: quam Concilium suscipiens, Priscilliani figmenta ex auctoritate beatissimi Leonis damnauit. Eodem tempore idem pontifex alterum Concilium in Hispania fere nationale, ex Tarraconensibus, Carthaginensibus, Lusitanis & Bæticis episcopis indixit, in quo hæc regula fidei aduersus Priscillianum est

ANNO CHRISTI 400. edita, transmissaque Balconio metropolitano Gallæciæ, qui tunc etiam Concilium, Turibio instante, agebat. Quam regulam, vt orthodoxam, & a Romano pontifice approbatam, Concilium Gallæciæ suscepit, quod & Celense appellatur: forte quia vsitatum est C. pro G. poni, vt Gaspar Caspar, Gaius Caius, Galba Calba: sic Celense pro Galense. Hæc vero duo Concilia a nostris celebrata ad huius hæresis extirpationem, non extant; tantum regula fidei seruata est, in multis aliis Conciliis, cum ageretur de hac hæresi reuincenda, iterum acclamata & proposita, vt in hoc primo Toletano, & primo Bracarensi. Epistola Leonis scripta est ad Turibium notarium: vel forte fuit instructio data Turibio, vt in Hispania hæresim Priscilliani iugularet. Ex ipsius auctoritate postea creatus episcopus Asturicensis, libros edidit Leoni dicatos aduersus Priscillianum, vt ex epistola Montani ad Turibium episcopum Paletinum patet. Neque hæc Synodus secunda Toletana est appellanda, cum illa prima nationalis Synodus potius Tarraconensis, quam Toletana fuerit. Verum pullulante iterum hæresi Priscilliana, in hac prima Synodo Toletana, æra 435. iterum eadem regula fidei veluti gladio probatissimo confoditur, reprimitur & extirpatur, sicut in Bracar. primo, æra 568. Hæc de regula fidei aduersus Priscillianum a patribus Hispaniæ ex auctoritate Romani pontificis Leonis edita. *Hæc Garsias.*

Baronius anno 447. num. 15. & sequentibus, iussu sancti Leonis duo Concilia habita fuisse existimat. Vnum Toleti, in quo Carthaginensis, Lusitaniæ & Bæticæ episcopi conuenerunt, quique de rebus in Synodo gestis (teste Lucretio) ad Balconium eius prouinciæ primatem Bracarensem episcopum literas dederunt, quæque constituerant iisdem communicarunt. Alterum in Gallæcia sub Balconio in municipio Celenensi apud Lucensem vrbem, cui vna cum Balconio, Gallæciæ prouinciæ episcopi interfuerunt, idque ideo, quod Gallæci sub Sueuorum rege Rechila tunc regnante, reliquæ autem Hispaniarum prouinciæ Theodorico eiusque filio Thorismundo Gothorum regibus parerent. Quia tamen vna conueniendi causa & auctoritas extitit, in vnam eamdemque sententiam conuenerunt: duo hæc Concilia vno eodemque tempore celebrata, in vnum postea conflata fuerunt. Regula autem fidei vtrobique approbata, cum Toletano primo collectoris errore coniuncta fuit. Hæc Baronius prædicto anno 447. Bellarm. lib. 2. de Concil. cap. 8. ad 11. idem de hac regula huic Concilio subreptitie superaddita sentit ac scribit. Baronii sententia de regula fidei.

Quis fuerit Priscillianus accipe: Hispanus, familia nobilis, dives, acer, facundus, multa lectione eruditus, prauo studio corrupit optimum ingenium: ex laico & hæresi infecto Abelæ episcopus clam factus, ex omnium hæreticorum sentina hæresim hausit, præsertim Gnosticorum: contra quem Leo papa in epistola ad Asturicensem episcopum, & Augustinus lib. de hæresibus ad Quodvult, scripsit. Cæsaraugustana etiam Synodus aduersus eum est habita, Quis fuerit Priscillianus.

demum gladio sæculari interiit. Seuerus Sulpitius lib. 3. sacræ historiæ in fine. *Garsias.* ANNO CHRISTI 402.

Error collectoris.

[o] *Ipsi etiam & suprascripta viginti Canonum Capitula.*] Hæc verba ab aliquo vel perperam addita, vel non suo loco reposita sunt; quia Canones viginti non alterius Concilii quam huius esse noscuntur. Episcopi etiam subscripti non alii quam huic interfuisse leguntur. Regulã autem fidei loco Canonis 21. superadditam, a prædictis duobus Hispaniæ Conciliis, Leonis tempore celebratis, editam fuisse supra diximus. Baron. anno 447. num. 17.

[p] *Incipiunt exemplaria professionum in Concilio.*] Hæc acta Synodi Toletanæ ex antiquo scripto codice, qui asseruatur in regia bibliotheca sancti Laurentii, Ambrosius Morales vir cum primis doctus & de ecclesiasticis antiquitatibus rerum Hispanicarum optime meritus, edidit. Baron. anno 405. num. 43. & 54.

[q] *Symphosius episcopus.*] Pater Dictinii, qui vna cum catholicis episcopis aduersus Priscillianistas hæreticos tempore Concilii Cæsaraugustani conuenit, vt ea quæ extant eiusdem Synodi fragmenta declarant.

Dictinius quis.

[r] *Dictinius episcopus dixit.*] Dictinius qui hic palinodiam recantauit, fuit episcopus Asturicensis: claruit egregia sanctitate, cuius memoria anniuersario natali die in Hispania colitur.

An Mediolanensis episcopi & Romani pontificis æqualis iurisdictio fuerit.

[s] *Per sanctum Simplicianum communio redditur.*] In causa Iouiniani & Priscillianistarum, aliorumque hæreticorum, Mediolanensis ecclesiæ episcopi Ambrosius & Simplicianus, mandato pontificis, pontificia vice & legatione fungebantur. Vnde accidit, quod Hispaniarum episcopi hic profiteantur, se lapsis pœnitentibus ad ecclesias suas reuocatis non communicaturos, nisi id Romanus pontifex vel sanctus Simplicianus Mediolanensis episcopus rescriberent. In eadem Priscillianistarum causa eamdem loquendi formulam vsurpatam habes in Concilio Taurinensi, Can. v. Quisquis igitur hinc arguit, parem fuisse potestatem Mediolanensis episcopi atque Romani pontificis, grauiter errat. Baron. anno 405. num. 55. & sequentibus.

Quis Patruinus.

[t] *Patruinus episcopus subscripsi.*] An is fuerit episcopus Toletanus, an vero Asterius vel Asturius, qui sexto loco subscribit, docti immerito dubitarunt, vt constat ex Ioanne Vasæo, in chronico. Sanctus Ildefonsus in catalogo virorum illustrium de Asturio sic inquit: *Asturius post Audentium in Toletana vrbe sedis metropolis prouincia Carthaginis pontifex successor, vir egregius*, &c. Vnde de alio Asturio qui Audentio successit, loquitur Ildefonsus, de quo sic inquit: *Et in Toleto sacerdos nonus, & in Compluto agnoscitur primus. Patruinus vero in hoc ordine secundus fuit, qui anno Domini 393. ecclesiæ Toletanæ præerat: Asturius vero, circa annum Domini 455.* Garsias.

ANNO CHRISTI 401.

[a] CONCILIVM AFRICANVM II. SVB ANASTASIO,

anno Christi 401. post consulatum Stiliconis 14. Kal. Iulias celebratum.

In quo ad Anastasium Romanum pontificem, & Venerium Mediolanensem episcopum legatio decreta fuit.

Extat Græce & Latine infra post epistolas Cælestini sub nomine Concilii Africani. Initium eius hoc est.

POST consulatum Flauii Stiliconis viri clarissimi, decimo quarto Kalendas Iulias, &c. *cum sequentibus 32. capitulis vsque ad 32. inclusiue. Vide infra loco allegato.*

NOTA.

[a] *Concilium.*] Hæc Synodus celebrata post primum consulatum Stiliconis, quando adhuc Anastasius pontifex in viuis supereſſet, ad annum Dom. 401. qui est Anastasii 4. Arcadii & Honorii 7. est referenda. Posteriore enim consulatu Stiliconis, qui in annum Domini 407. incidit, Anastasius, cuius hic fit mentio, e vita migrarat. Causa habiti Concilii fuit, vt decernerentur legati, qui ab Anastasio Romanæ, a Venerio Mediolanensis ecclesiæ episcopo peterent, vt Africanæ ecclesiæ clericorum inopia laboranti succurrerent. Vtrũque Africanæ ecclesiæ petitioni acquieuisse, ex coniecturis colligit Bar. an. præd. num. 7. His peractis, triginta duo Canones de ecclesiastica disciplina, hoc aliisque præcedentibus Conciliis Africanis constituti, in hac Synodo confirmati, vel saltem iterum promulgati fuerunt.

Tempus Concilii.

Causa Concilii.

ANNO CHRISTI 401.

[a] CONCILIVM AFRICANVM III. SVB ANASTASIO,

anno Christi 401. Vincentio & Flauito consulibus, Idibus Septembris habitum de Donatistis ecclesiæ reconciliandis.

Extat Græce & Latine infra post epistolas Cælestini sub nomine Concilii Africani. Incipit sic.

VINCENTIO & Flauito viris clarissimis consulibus, Idibus Septembris, &c. *cum subsequentibus viginti Canonibus vsque ad 52. inclusiue. Vide infra loco allegato.*

NOTA.

Anno Christi 401.

Causa Concilii.

[a] *Concilium.*] Causa habiti Concilii hæc est. Anastasius pontifex de vniuersali ecclesia ex officio iure meritoque solicitus, sciens Africanam ecclesiam ex Donatistarum schismate magnopere laceratam, de vnitate ardentiore studio procuranda ad Aurelium Carthaginensem, aliosque aliarum prouinciarum in Africa episcopos literas dederat. Cuius admonitionem iidem plurimi facientes, generale Concilium Idibus Septembris anno 401. Carthagine celebrandum indixerunt. Statuto tempore conuenientes, ne qui seposita seueritate leuiter cum ipsis agere decreuerant, rationibus, si foret necessarium, destituti viderentur, illud in primis excogitarunt, vt ab Africanarum prouinciarum præfectis & iudicibus, Primianistarum contra Maximianistas res gestas, in publica monumenta relatas, consequerentur, eo fine, vt ex propriis actis manifesti erroris conuinci possent: vtque etiam quæ ipsi contra Maximianistas sæpius perpetrassent, frustra catholicis obiici intelligerent. Secundo decretum est, vt quo facilius ad pacem & vnitatem ecclesiæ schismatici redeant, ab Anastasio pontifice aliisve transmarinæ ecclesiæ episcopis pro bono pacis indulgeri ac permitti petatur, vt Donatistæ ad ecclesiam catholicam redire volentes, in iisdem ordinibus apud suos ante susceptis (si hoc recipiens episcopus conducere existimat,) perseuerare possint. Hoc ipsum Anastasium pontificem indulsisse, certum illud est argumentum, quod constet ex August. contra Cresconium lib. 2. c. 11. & 12. Africanos episcopos ea potestate sibi procul dubio concessa vsos fuisse. Tertio ex suggestione S. Augustini decretum, vt ad facilius conciliandos Donatistas legati mittantur, qui literas a Carthaginensi episcopo omnium nomine scriptas secum asportarent eo fine, vt qui ad bonum pacis cum Maximianistis coniunctionem ineundam esse decreto vniuersalis Concilii decreuerant, scirent, id propter totius orbis Christiani pacem & concordiam ineundam, magis solicite a se præstari ac fieri debere. His peractis, XIV. Canones ad disciplinam ecclesiasticam recte instituendam, & ex antiquioribus regulis reformandam, partim hoc, partim aliis præcedentibus Conciliis constituti, in hac Synodo promulgati reperiuntur. Baron. anno 401. num. 9. & seqq.

Acta Concilii.

CONCILI:
ORUM.
TOM. III.

Th
100/a

CONCILI:
ORUM.
TOM. III.

267

Th
1001a